5346. M · VALERIVS ‖ ANNORVM · XXIII ‖ CVM · EXERCITVS · GALLORVM · IN · POMPTINO · AGRO · CONSEDISSET ‖ PRINCIPEM · GALLORVM · PROVOCANTEM · SINGVLOS · BELLATORES · INTERFECIT ‖ ET · QVOD · CORVVS · INTER · EAM · PVGNAM · GALEAE · EIVS · CONSEDISSET ‖ CORVINVS · DICTVS · EST ‖ COS · ITERVM · DE · SAMNITIBVS · VOLSCIS · SATRINIS · TRIVMPHAVIT ‖ COS · III · DE · SAMNITIBVS · COS · IIII · DE · CALENIS ‖ DICTATOR · II · DE · ETRVSCIS · ET · MARSIS · IIII · TRIVMPHVM ······ ‖ INTER · PRIMVM · ET · VLTIMVM · CONSVLATVM · EIVS · ANNI · XXXIII · FVERVNT ‖ IS · CVM · EXERCITVS · PER · QVEM · SAMNITES · SVPERATI ······ ‖ INANI · SEDITIONE · FACTA · DESCISSVS · AB · POP · ROM · VIDERETVR ‖ DICTATOR · MISSVS · AD · IMPERIVM · AVCTORITATE · SVPERBIENS ‖ VT · OMNES · MILITES · IN · VRBEM · REVERTERENTVR ····· — Neapoli. Borghesius ex Cod. Vat. 5244, p. 77; *Giorn. Arcad.* 1819, I, p. 58 sqq.; de singulis v. Zell, op. cit. p. 118. [Mihi quidem constat titulum falsum esse compositumque ab homine Italo, qui neque fastos recte legere sciret neque Latine loqui; unde praeter alia barbara scripsit ineptissime *exercitum descissum.* Legitur itaque inter falsa I. N. 370*. MOMMSEN.]

§. 2. MONVMENTA HISTORICA A P. VALERIO POPLICVLA VSQVE AD C. IVLIVM CAESAREM HVIVSQVE AEQVALES.

N. 549, exemplum satis diligenter confectum, nisi quod versuum distributio non indicatur. Quam qui cognoscere volet, v. Kellermanni apographum, Orell. Anal. epigr. p. 35, et accuratissimam lapidis imaginem a Ritschelio nuper editam, Bonnae 1852. Hodie in fine et ab initio versuum litterae aliquot desiderantur, in exemplo Orelliano obviae. Praeterea l. v. 4 EXFOCIONT; v. 16 in enumerando aere capto adde ⴕ ⴕ, et lacunam nota inter versus 15 et 16.

N. 550 seqq. vidi in Museo Vaticano et recognovi cum Brunnio meo. N. 550, supra titulum in sarcophago litteris depictis legitur: ...... CN . F . SCIPIO. Versus Saturnii lineolis distinguuntur. V. ult. corr. LOVCANAM.

N. 551. CN . F .

N. 552; versus Saturnii relictis spatiis in lapide indicantur; v. ult. TEMPESTATEBVS; MERETO.

N. 553, versuum initio desunt L et A.

N. 554, pro SAC scr. SACR.

N. 555, v. 6. L . . EIS; fragmentum litterae S parum distinguitur, quod si quis pro fragmento litterae T habere maluerit, minus certe ei equidem adversor, quam Orellio, cuius *laudi* nullo modo legi potest. Quamquam ne Ritschelii quidem DITEIST comprobo (Titulus Mummianus p. XIII), quum nec prima littera D esse videatur nec frustum illud post S obvium pro T habeam; nam ad hastam quandam a sinistra dextram versus inclinatam pertinuisse videtur. Vocis sequentis MANDATVS prima syllaba

ita nunc apparet, ut vestigia tantum summarum litterarum in lapide reliqua sint. V. ult. MAND . . . . . . haud dubie legitur.

N. 558, v. 1. APICE; GESISTEI; v. 2. PERFE . . . TVA; v. 5. LICVISET, ut videtur, litteris in media voce valde attritis; v. 6. FACILE . FACTEIS. Litteras nonnullas nunc quidem evanidas, quas recte lectas esse patet, non adnotavi.

N. 562, v. 2 pro NEPOS l. COS; v. ipse.

N. 566 explica M . MAGI(us) MIN(atii) F(ilius) SVRVS.

N. 567 exstat in Museo Borbonico; v. Mommsen, I, N. 6796.

N. 570, v. 2. LVCVLLVS; v. ult. A . D . A . I. Olivieri, *Memorie di Novilara* p. 92.

N. 571, suspectus; cf. Borghesi, Bull. Inst. 1845, p. 164, et Mommsen, I. N. 4322. Praeter notam FF pro *filiis*, illa certe aetate vix usitatam, suspicionem mihi movent IIIviri aedilicia potestate, quum Arpinatium magistratus *aediles* appellari soleant. Titulus fictus esse videtur ex Cic. ad fam. XIII, 11, 3.

N. 573, spurius; cf. Borghesi, l. l.

N. 574 vidi in aedd. publicis Auximatium; litterarum formae antiquitatem satis testantur.

N. 581 defenditur a Mommsenio propter bonam, qua nititur, auctoritatem (I. N. 451), licet ab eo quoque dictatoris et imperatoris mentio valde desideretur.

N. 582, v. 3. NFICI (sic); v. 4 in. cOS; v. Mommsenius, Bull. Nap. p. 114 et I. N. 4986.

N. 583 ed. nuper Seidl, *Beiträge zu einer Chronik d. arch. Funde* cet., *Archiv f. Kunde Oesterr. Geschichtsquellen*, 1851, I, fasc. III et IV, p. 223, qui eum ad viam Romanam, quae per montem *Kreuzberg* versus civitatem *Timau* ducit, in rupe montis *Collina* extare dicit, atque sic conceptum profert: C . IVL . CAESAR | VIAM . HANC . ROT . F. — Verum vidisse Orellium opinor, saeculo fortasse XVI titulum saxo incisum esse.

N. 584, cf. Mommsen, I. N. 320*.

N. 586 exstat in Mus. Vat.; mihi tamen suspectus est.

N. 587 mihi certe suspectus.

N. 589 corr. AF SOLO; COERAVERE; pro LATVM l. ALTVM; cf. Ann. Inst. Arch. 1851, p. 8. Censores municipales sunt.

N. 590, v. 1. MVNATIVS; v. 3. EPVLON; TRIVMP; v. 4. MANIBIS; v. ult. LVGVDVNVM. Res minoris momenti omisi. Mommsen, I. N. 4089.

N. 591, confictus ex n. 590.

5347. M · CL · MARCELLO ‖ ROMANORVM · ENSI ‖ FVGATO · HANNIBALE ‖ DIREPTIS · SYRACVSIS ‖ V · CONS ‖ S · P · Q · NOLA — Nolae, litt. bonis aetatis imperatorum. Contra Mur. 1809, 2 sinceritatem tuetur Mommsen, I. N. 1984. Titulum crede statuae tempore posteriore Marcello erectae.

5348. M · AEMILIVS · M · F ‖ LEPID · COS ‖ CCXXCVI — Miliarium viae Aemiliae stratae a. U. 567. Borghesi, *G. A.* X, p. 211. Exstant tria eius viae miliaria, duo in Museo Bononiensi, tertium ad Castellum S. Petri.

5349. L · MVMMIVS ‖ COS · P · P — Parmae in theatro antiquo. Bull. Inst. Arch. 1844, p. 174. Titulum ideo hic proponendum censui, quia facile aliquem Guarinii, quantulacunque est, auctoritas (Bull. l. 1845, p. 48) inducere potest, ut ad Mummium Achaicum eum referendum esse sibi persuadeat, id quod etiam summo viro Friderico Ritschl nuper accidisse vides (Titulus Mummianus, p. IX). Legendum autem

esse: L · MVMMIVS ······· || *praef · fabr* · COS · *Primi Pilus* Borghesius affirmavit; cf. Lopez, *lettere intorno alle ruine di un antico teatro scoperto in Parma*, Parma 1847, p. 62. — Contra ad Achaicum spectat Or. 1862.

5350. S · POSTVMIVS · S · F · S · N || ALBINVS · COS || GENVA || ····· XXVII[1]) — Veronae. Giorn. Arcad. 1821, X, p. 211.

1) Cos. a. p. R. c. 606; Borghesi l. l. Omnibus nominibus dicebatur *Sp. Postumius Albinus Magnus*.

5351. C · FANNI · M · F || COS ·[1]) DE || SENA · SEN || DEDIT — Basis parva litteris parum profundis exarata, rep. 1851 in tabulario Romano. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 150.

1) a. 632; cf. quae de duobus C. Fanniis exposui, l. l.

5352. C MARIO CF || COS VII PR TRIB PL || Q AVG TR MIL — Rep. in vico *Casamari*, nunc Arpini, ubi v. Garruccius. Bull. Inst. 1851, p. 10; Mommsen, I. N. 4487.

5353. L · CORNELIV||S · L · F · CINA · COS[1]) || CIII — Venafri, cippus mil. viae Latinae. Mommsen, I. N. 6243; exscr. Garruccius.

1) a. 627; l. l.

5354. L · SILANO · M · F || D · N · PR · AVGVRI[1]) — Ad pontem Canusii. Mommsen, I. N. 641.

1) Borghesius, Ann. Inst. p. 13 sqq., hunc Iunium eum esse demonstravit, a quo, quum pro consule Asiae praeesset, a. p. R. c. 679 Bithynia in formam provinciae redacta est (Vell. II, 42); apud Plinium (N. H. II, 35, 35) vero eundem commemorari, quum pro *Licinio Silano*, vel *Silano*, quod omisso nomine praecedente Silligius in textum recepit, L. SILANVS legendum sit.

5355. MEDELLA · DASM · F || SITA · AN · D · III · K · IANV || C PISONE || M · ACILIO COS[1]) — In sepulcro Canusino, in quo praeter vasa nonnulla ornamentorum aureorum thesaurus repertus est. Ann. Inst. Arch. 1848, p. 64; Mommsen, *Unterital. Dial.* p. 50, tab. IV; I. N. 658.

1) a. 687 = 67 a. C. n.

5356. C · ANTONI · M · TVLI · COS[1]) — In villa *Ramo di Cittanova* agri Mutinensis. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 162.

1) a. 691 = 63 a. C. Consulum nomina genitivo notata significant supplendum esse cogitatione vocabulum *anno*; cf. Grut. 163, 7 et Borghesi, l. l.

5357. M · VALERIVS · M · F || M · N · MESSAL || P · SERVEILIVS · C · F || ISAVRICVS · CES[1]) || EX · S · C · TERMIN — Cippus rep. a. 1819 ad pontem Milvium. Fea, *Fasti* p. XXXVIII; Nibby, *Contorni* II, p. 536; cf. Marini, I. A. p. 21.

1) a. 699 = 55 a. C.

5358. M · COELIO · M · F · VINICIANO || PR · PRO · COS · TR · PL · Q ·[1]) || OPSILIA · VXOR · FECIT — Inscriptio sepulcri sub Tusculo nuper eruti, litteris maximis et pulcherrimis exarata. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 122.

1) cf. Cic. ad fam. VIII, 4, 3. Tribunus plebis fuisse videtur a. p. R. c. 701 cum Lucceio Hirro, qui tum Pompeium dictatorem creandum esse proposuit (Cic. ad fam.

III, 8, 4; 9, 3; Plut. Pomp. 54; Dio 40, 45). Postea a Caesare duabus legionibus in Ponto praepositus est; unde eum hanc provinciam pro consule rexisse probabile est. Ceterum ipso proconsulatu ante praeturam dato ante annum p. R. c. 727. Vinicianum functum esse constat, quare minime dubium, quin huic potissimum Viniciano recte titulus tribuatur.

§. 3. AVGVSTVS. SCRIBONIA. LIVIA.

N. 592. Cardinalius l. l. habet TRIB . MIL . BIS . Q .

N. 595, genuinus. Alterum eius exemplum Tergeste anno 1838 erutum est: v. *Archeografo Triestino* I, p. 79; Labus, *lapidi Tergestine* n. 22, in *Denkschr. d. Wiener Akad.* I, p. 356.

N. 597, v. 3 pro VIII l. VII, quo versum nunc mutilum terminatum esse spatio docetur in fine eius relicto; v. 4. POTESTA*te* . . .; numerus nunc desideratur; v. ult. fortasse legendum est: MAE*(cia)* BARBA*t*, Kellermann apud Mommsen, I. N. 4229. Titulum exscripserunt Mommsenio Tycho frater, Kellermanno Ambroschius.

N. 600; iniuria Maffeius in Augusti cippis numeros miliarios legi negat; cf. n. 5118.

N. 602, not. 2. Amiani, *Fano* II, append. 1 scribit XXVI „sic"; nihilo minus ne quadratarii quidem errorem huic numero inesse credo, sed descriptores potius eo deceptos esse, quod notae X et VI parvulo spatio separatae sunt. Ita certe in imagine arcus exhibentur, a Rossinio (*Archi trionfali*) summa diligentia delineata.

N. 604. In utroque latere pontis ambo tituli duobus versibus ita insculpti sunt, ut alterum versum Tiberii titulus efficiat, ultima autem vox DEDERE ad utrumque versum ipsa dispositione pertineat; v. 1. PONTIFEX; v. 2. IVLI; cf. Tonini, *Rimini* p. 181.

N. 611. Monumentum Ancyranum et Graecam eius versionem edd. Io. Franz et A. W. Zumpt,, Mon. Ancyr. Berolini 1845, 4. — Fastos quos dicunt Capuanos idem Zumptius, Comment. epigr. Berolini, 1850, 4, p. 3 sqq., cuius lucubrationes Capuanae tituli origine innisas refellit Mommsenius, Venusinum eum esse demonstrans, *Epigr. Analekten* 11, *Sitzungsber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 224 sqq.; cf. Museum Rhenanum, N. F X, 1853, p. 481 sqq.; de Rossi, *i fasti municipali di Venosa*, *Giornale Arcad.* t. CXXXIII.

N. 613, v. 2. AVGVSTI; v. 3. TI . CAESARIS; Mommsen, I. N. 5470.

N. 615, v. 7 dele F.

N. 616. 617 fictitii; nota Liviam filiam Augusti dictam, Augustum simpliciter Divum appellatum, Tiberii cognomina plane singularia cet.

5359. *xiiii · k · septembr · eo die · caesar · pri*MVM · CONSVLATVM · IN*iit* · · · ‖ · · · · · · · · *eo die · exer*CITVS · LEPIDI · TRADIDIT · SE · CAESARI · SVPPLI*cA*tio · · · · ‖ *viii · k · octobr · n*ATALIS · CAESARIS · IMMOLATIO · CAESARI · HOSTIA · SVPPICATIO · (sic) ‖ NONIS · OCTOBR · DRVSI · CAESARIS · NATALIS · SVPPLICATIO · VESTAE ‖ XV · K · NOVIMBR · EO DIE CAESAR · TOGAM · VIRILEM · SVMPSIT · SVPPLICATIO · SPEI · ET · IVVE*ntuti* ‖ XVI · K · DICEMBR · NATALIS TI · CAESARIS · SVPPLICATIO · VESTAE ‖ XVIII · K · IANVAR · EO DIE · A*r*A · FORTVNAE · REDVCIS · DEDICATAST · QVAE · CAESAREM · A*ug · ex transmari*‖NIS · PROVINCIS · RED*uxit* · SVPPLICATIO · FORTVNAE · REDVCI ‖ VII · IDVS · IANVAR · E*o die · caesar* · PRIMVM · FASCES · SVMPSIT · [1]) SVPPICATIO · (sic) IOVI ‖ · · III · K · FEBR · EO DI*e caesar · augustu*S APPELLATVS · EST · SVPPLICATIO · AV*gusti numini* ‖ *iii · k · febr eo die · ara · pacis · dedicata* · EST · SVPPLICATIO · IMPE*Ratoris · genio · et paci* ‖ · · · · · · · · · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · IM · · ·

. . . . ‖ . . . . XIM . . . . — **Rep. Cumis, nunc fragmentum maius Romae penes Institutum Archaeologicum, minus Neapoli in Museō Borbonico exstat. Illud ed. Kellerm. in O. Jahnii specim. epigr. p. 3—22, hoc Guarini, comm. XIV, p. 52; coniunxit ea, qui ipse exscripserat, Mommsen, Bull. Inst. 1846, p. 78 sqq. et I. N. 2557.**

1) Eo die Octavianus pro praetore cum consulibus Hirtio et Pansa imperium belli contra Antonium gerendi obtinuit; cf. Mommsen, l. l.

5360. SENATVS · POPVLVSQ*ue romanus* ‖ *imp · caesari · divi · iuli · f · augusto · imp · sept ·* ‖ COS · SEPT · DESIGNAT · OCTAVOM · 1) V*ia* · *flamin*IA · *ab eo · munita · e*T · · · · · · · ‖ CELEBERRIMEIS · ITALIAE · VIEIS · CONSILIO · *et · opera · ei*VS · *munitum · tradi*TEIS — Arimini, in arcu triumphali. Rest. et illustr. Borghesius, in Brighenti, *illustrazioni dell' arco d'Augusto in Rimini*, Rimini 1825, 8, p. 7 sqq.

1) a. 727; cf Eckhel, VI, p. 105 sqq.

5361. PRIMVS · MARC · · · · · · · ‖ VI · VIR · AV*g* ‖ — In parte inferiore lapidis Victoria clipeum sustinet, in quo haec leguntur: S · P · Q · R ‖ AVGVSTO DEO† 1) ‖ CLVPEVM · VIRTVTIS ‖ · · I[F] · · · TI · · · · T · · 2) — Potentiae Piceni. Archaeol. Ztg. 1844, p. 242.

1) Legendum esse DED†, i.e. *dedit*, facile patet, et errore tantum typographico O pro D in titulum irrepsisse puto. 2) Cf. versionem Graecam monumenti Ancyrani col. VII: *ὅ[πλ]ον τε χρυσοῦν ἐν τῷ βο[υλ]ευτηρίῳ ἀνατε[θὲ]ν ὑπό τε τῆς συνκλήτου καὶ τοῦ δήμου τῶν Ῥω[μαί]ων διὰ τῆς ἐπιγραφῆς ἀρετὴν καὶ ἐπείκειαν καὶ [δι]καιοσύνην καὶ εὐσέβειαν ἐμ[ο]ὶ μαρτυρεῖ κτλ.*, et paucas verborum reliquias in inscriptione Latina conservatas: VIRTVTIS . CLE*mentiae* . *iustitiae* . *pietatis* . EST . *Positus* . CLVPE*us* . *aureus* cet., quibus edoctus Borghesius l. l. in titulo quoque Potentino *cL.Emen*TI*ae* legendum esse affirmavit, notas autem S . P . Q . R . CL . V. in nummis obvias (Eckhel VI, p. 95, 121) ita interpretatus est: *Senatus PopulusQue Romanus CLupeum Virtutis (dedit)*. Augustales igitur Potentini quum Divo Augusto monumentum erigerent, imaginem clipei a senatu populoque Romano viventi olim Augusto dicati in eo sculpsisse videntur.

5362. DIPIRVS · ANTIGONI · VICAR ‖ BENEFICIO · HELICONIS ‖ SCRIBONIAE CAESARIS 1) ‖ VESTIFICIS ‖ AN · XIX — Romae, rep. in fundis Ammendolanis. Cardinali, *Diplomi mil.* n. 518.

1) sc. *uxoris*. De ea cf. Drumann, *R. Gesch.* IV, p. 303.

5363. **EX · DOMO ‖ CAESARVM · ET ‖ LIVIAE ‖ LIBERTORVM ‖ ET · SERVORVM — Romae, v. Borghesius.**

5364. AVGVSTAE · IVLIA*e* 1) ‖ DRVSI · F ‖ DIVI · AVGVSTI ‖ D · D — Pompeiis in Mus. Borb. translatus. Mommsen, I. N. 2214.

1) Livia antea nominata. — Titulus plane similis Aquilae ad S. Pauli asservatur; Mur. 222, 2; corr. Bull. Inst. 1835, p. 154; Mommsen, I. N. 5767.

5365. DIVAE · AVGVSTAE ‖ L · MAMMIVS · MAXIMVS · P · S — Herculaneo in Mus. Borb. translatus. Maff. M. V. 350, 5; Mommsen, I. N. 2393, ubi v. ceteros. — Patrem Liviae in titulo quodam **anno 1752 S. Benedicti reperto: M · LIVIVS · D*rus*VS · CLAVDIA*nus*,**

matrem in alio titulo ibidem olim exstante: ALFIDIA · M · F · MATER · AVGVSTAE commemoratos esse Mommsenius suspicatus est: I. N. 5486. 5487, quae sententia eo certe confirmatur, quod patris quoque Tiberii titulus eodem loco repertus est; v. n. 5392.

§. 4. MONVMENTA QVAEDAM HISTORICA, AD AVGVSTI TEMPORA SPECTANTIA.

N. 619, v. 1 pro KA I. K; v. 2 pro KAL I. K; v. 3 pro EX, ET (*sic*); ceterum nescio, cur Orellius et cetera fastorum fragmenta a Marinio publicata omiserit, neque fastos potius triumphales Capitolinos hic attulerit, quibus plenior huius aetatis descriptio continetur; cf. Grut. 297.

N. 621, v. 2 et Lerschius (C. M. II, 1) et Overbeckius (*Katalog des Rh. Mus. vaterl. Alterthümer, Bonn* 1851, n. 21) notam, quam pro signo centurionatus Or. habuit, ita exhibent: ‾O, unam antea litteram desiderari legendumque esse rati LTO, LEGATO. In *Addendis* tamen, C. M. III, p. 114, 1, centurionatum indicari idem Lerschius affirmat. Quae quum ita sint, de vera tituli lectione monumento non inspecto diiudicari nequit. Quamquam hoc affirmare licet, nec LTO in saxo legi posse, nec, si legeretur, LEGATO ita significari potuisse, ita ut nihil fere aliud reliquum sit, nisi ut centurionatum indicatum esse credamus. Quam interpretationem qui minus probant, videant, num EQ(*uiti)* fortasse scriptum fuerit, quamvis ipsa hominis ornamenta et insignia ad principalis magis, quam equitis gregarii dignitatem quadrare pateat.

N. 622, v. 5 ILYRICO; v. 6. LARTIA; v. 7. M. PLAVTIVS; recte Grut. ex Smetio.

N. 623, ut genuino nuper usus est Huschkius, *Census zur Zeit d. Geb. Christi*, Vratislaviae, 1840. 8, p. 71. Recte condemnarat Orellius. Nota praeter consecutionem verborum satis confusam et cognomen Sulpicii, qui *Quirinius*, minime *Quirinus* appellabatur, et dona militaria *honores* dicta, numerumque I cohorti pone nomen *Augustae* adiunctum; praeterea insolitum illud *decoratus honoribus castris divi Augusti*, quod intelligi omnino non potest. Observavit denique Borghesius litteris ad me de hoc titulo datis, verbis *delatus a duobus consulibus ad aerarium* usum quendam liberae rei publicae ad aetatem imperatorum transferri.

N. 624, nota 2 intellige *spectatus*; cf. ad n. 2561 sqq.

N. 625, filius. C. Asinii Galli ex Vipsania Agrippina, filia M. Agrippae et Pomponiae Attici filiae; Borghesi, G. A. 1832, fasc. LIV.

N. 626, v. 2. SEGOVIORVM, Maffei, M. V. 234, et Bethmannus, qui mihi exscripsit.

N. 630, maxime suspectus; cf. Kellerm. Vig. p. 32.

5366. · · · · *r*EGEM · QVA · REDACTA · IN POT*estatem divi* ‖ AVGVSTI · POPVLIQVE · ROMANI · SENATV*s* ‖ SVPPLICATIONES · BINAS · OB · RES · PROSP*ere · gestas · et* ‖ IPSI · ORNAMENTA · TRIVMPH*alia decrevit* ‖ PRO · CONSVL · ASIAM · PROVINCIAM OP*tinuit · leg* ‖ DIVI · AVGVSTI · ITERVM · SYRIAM · ET · PH*oeniciam* 1) — Rep. Tibure, nunc in horreis Vaticanis, ubi cum Mommsenio ipse vidi; litterae magnae sunt et pulchrae. Donat. 464, 3; Sanclemente de vulg. aerae emendat. p. 414 cet.

1) Virum hoc titulo honoratum Huschkius, *Census zur Zeit d. Geb. Christi* p. 65 sq., M. Agrippam esse affirmavit; Bergmannus, *Archaeol. Ztg., Anzeigebl.* 1850, p. 173, Sentium Saturninum. Sed hic pravo, quo utebatur, tituli exemplo in errorem inductus est; illius sententiam litteris ad me datis refutavit Borghesius, semel Agrippam ornamentis triumphalibus honoratum esse ostendens, minime vero decretis a senatu, qui triumphum ipsum ei decreverat. Neque, qui tum ab eo victi erant, Bosporani Romanis subiecti sunt, sed Polemoni traditi, ita ut ne regem quidem Agrippa tum superaverit (cf. Dion. 54, 24). Adde quod, quum primum in Asiam missus esset, omnes

provincias transmarinas imperio proconsulari Agrippa rexit, ut postea Tiberius, Gaius Caesar, Germanicus, unde nec proconsul Asiae, nec legatus Syriae recte dici poterat (Ioseph. Ant. Iud. XV, 10, § 2). Quum vero iterum eo proficisceretur, tribunicia potestate honoratus erat, nec probabile, eum minore auctoritate tunc provincias procurasse. Mitto cetera, quae de omissis aliis Agrippae honoribus vir doctissimus adnotavit. — Sanclementius l. l. ad Sulpicium Quirinium inscriptionem pertinere censet.

5367. *m · agrippa*M · COS · TERT ‖ *tribuni*C · POTEST 1) ‖ · · · · · *a*CRIPPIASTAE ‖ *quorum prince*PS . 2) C · IVLIVS ‖ *dexi*MACHVS · PRXOLA*us* ‖ *μ · ἀγρίπ*ΠΑΝ ΤΠΑΤΟΝ ‖ *τὸ γ΄ δημ*ΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥ*σίας* ‖ *τὸ* · · · · *ἀ*ΓΡΙΠΠΙΑΣΤΑΙ *ὧν* ‖ *πρέσβυς* 2) *γά*ΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ‖ *δε*ΞΙΜΑΧΟΣ ΠΡΑ*τόλαος* — Misithris Laconiae. C. I. Gr. 1299, rest. Boeckhius, quem secutus sum, nisi quod pro *Pratolai. f.* (*Πρατολάου*) minus bene, ut mihi quidem videbatur, post cognomen positum, agnomen admittendum esse credidi.

1) cf. Dion. 55, 12 et 28. 2) cf. C. I. Gr. vol. I, p. 610.

5368. Q · CAERELLIVS · Q · F · ‖ QVI · III · VIR · CAP · QVAE ‖ PRO · PR · TR · PL · LEGATO (sic) ‖ PRO · PR · TER · PR · PRAEF ‖ FRVM · EX · S · C · S ‖ LEG · TI · CAESARIS · AVG ‖ PRO · COS ‖ EX TESTAMENTO — Q · CAERELLIO · M · F ‖ QVI · PATRI · TR · MILIT ‖ QVAE · TR · PL · PRÆTORI ‖ LEG · M · ANTONI · PRO · COS 1) — Romae, in coemeterio SSS. Nerei, Achillei et Domitillae. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 57.

1) PRO · CO*nSulis*. Caerellius igitur legatus Antonii fuit mensibus prioribus anni 709, quibus hic ante triumviratum institutum sola dignitate proconsulari ornatus erat.

5369. L · DOMITIVS · AHENOBARBVS 1) ‖ PRO · COS ‖ TRIMOD · 2) POSVIT · QVA · CIVITATES · SAL EM 3) — Uticae rep. nunc Lugduni Batavorum. Janssen, Musei Lugdun. Inscr. tab. XII, 3; cf. p. 83.

1) cos a. 738, procos. Africae anno 742; cf. Marini, Arv. p. 782 = Or. 3693. 2) TRIMOD*ium*. 3) EM*etirentur*.

§. 5. GAIVS ET LVCIVS CAESARES.

N. 641, coniungendum cum Mur. 220, 2 alteroque titulo Anonym. Einsiedl. LXXVI, qui cum illis (n. LXXVII . LXXVIII) in porta *Papia* (sic) exstare dicitur, rest. Mommsen, *Epigr. Anal.* 16 (*Berichte d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 315), decem fuisse titulos docens, ita a descriptore confusos, ut pro tribus eos habuerit, dedicatos Caesari Augusto et Liviae filiisque et nepotibus pronepotibusque eorum, praeter Agrippam Postumum e familia exclusum, Claudio denique qui postea imperavit. Inscriptiones autem ita disposuit, ut nn. 1. 2. 3. 4 ad Anon. Einsiedl. n. LXXVI spectare pateat, nn. 5 et 6 ad eiusdem n. LXXVII (Mur. 220, 2), nn. 7. 8. 9. 10 ad n. LXXVIII (Mur. 227, 2; Or. 641):

1.
NERONI · IVLIO
GERMANICI *f.*
AVG · PRONEPOT
CAESARI[6])

2.
Druso iulio ti. F
AVGVSTI · NEPOTI
DIVI · PRON · CAESARI
PONTIFICI[5])

3.
GERMANICO
IVLIO · *tI* · F
AVGVSTI · NEPOT
DIVI.PRON·CAESARI[4])

4.
TI · CAESARI
A V G V S T I · F
DIVI · NEPOT · PONT
AVGVRIQVE
COS · *i*TER · IMP · TER TRIBVNICIAE · POT · VIII[3])

5.
IMP · CAESARI
DIVI · F · AVGVSTO
PONTIFIC · MAXIMO
PATRI · PATRIAE · AVG · XVVIR · S · F · VIIVIR · EPVLON
COS · XIII · IMP · XVII · (?) TRIBVNIC · POTEST · XXX[1])

6.
LIVIAI
DRVSI · F
VXORI · CAESARIS · AVG

7.
c · CAESARI
AVGVSTI · F
DIVI · NEPOT
PONTIFIC · COS
IMPERATORI[2])

8.
l · CAESARI
AVGVSTI · F
DIVI · NEPOT
AVGVRI · COS · DESIGN
PRINCIPI · IVVENTVTIS

9.
DRVSO · IVLIO
GERMANICI · F
AVG · PRONEPOT
GERMANICO[6])

10.
TI · CLAVDIO
DRVSI · GERMANICI · F
NERONI · GERMANICO[7])

1) a. 760. Imperatores quattuor magnis collegiis sacerdotalibus adscriptos fuisse, satis constat; cf. Mercklin, *Cooptation* p. 125, al. 2) C. Caesar una cum Augusto Artagiris captis imperator dictus est, cuius tituli in ceteris quidem inscriptionibus nulla mentio; cf. Dion. L, 10 a. 3) Numeri correcti ex iis, qui in Augusti titulo leguntur. Pontifex Tiberius iam anno 747 dicitur (Or. 599); auguratus vivo patre nulla mentio fide digna. 4) Iulius in nullo fortasse alio monumento dicitur Germanicus, quamquam adoptatus in Iuliam gentem (Tac. Ann. II, 83) suo iure eo nomine utitur. Quo autem tempore hic titulus ei positus est, viginti circiter duos annos natus quaestor ab Augusto in Pannoniam missus est (Dio 55, 31). Haec caussa est, cur nulli eius honores commemorentur. 5) Drusus Tiberii filius in aliis quoque monumentis pontifex dicitur; cf. 660. 6) Filii parvuli Germanici, nati circa a. 759 et 760. 7) Claudius postea imperator, de cuius nominibus cf. Suet. Claud. 2 et Dion. 60, 2, Or. 716 et 5399. — De singulis cf. Mommsen, l. l., qui pro *Papia Papiae* scribendum et monumentum in civitate *Pavia*, quae hodie dicitur, ab anonymo observatum esse affirmat. Quae sententia eo corroboratur, quod qui apud anonymum has inscriptiones sequitur titulus, haud dubie ad municipium quoddam pertinet, quod Ticinum fuisse propter tribum Papiriam probabile est; cf. Or. 2250.

5370. Ad C. et L. Caesares fragmentum pertinet Murat. 2017, 6, Ripae Transonis repertum: *p · vinicio · m · f · p · n · p · alfenio · p · f · varo · cos · l · caesar* · AVG · F · DEC*essit massiliae · xiii · k · oct* ‖ · · · · · · II · ROMAE · IVSTIT*ium · indictum · est* · 1) *et* · · ‖ · · · · · · · DONEC · OSSA · EIVS · IN · AMESO (?) · · · · · · *inferrentur* 2) *l · aelio · l · f · lamia · m · servilio · m · f · cos* · V · EID · SEPT · BELLVM · CVM · *armeniis* 3) *exortum est* ‖ · · · · · *c · caesar · aug · f* · IN ARMENIA · PERCVSS*us · est · ab addone praefecto* ‖ *quum ar*TACIRAM AR*meniorum* 4) *urbem obsideret* ‖ *sex · aelio · q · f · cato · c · sentio · c · f · c · n · saturnino · cos. c · caesar · augus*TI · F · 5) D*ecessit · limyrae · viii · kal · martias* cet.

1) cf. Tac. Ann. II, 82 de morte Germanici. 2) Eius corpus a tribunis militum et principibus municipiorum Romam delatum esse Dio narrat (55, 12). Quid sit AMESO, nescio; num IN MESO*laeum* ibi erat? 3) Bellum contra Armenios hoc loco commemoratum esse suspicatus sum, quia statim post de Artagira vulnereque a Gaio accepto agitur; cf. Dion. l. l. 10 a. 4) In exemplo Muratoriano inter A et R punctum visitur. 5) Murat. TIE. — Ceterum in supplendo titulo ipsa verba me assecutum esse minime puto.

§. 6. CAESARVM FAMILIA PRAETER IMPERATORES EORVMQVE CONIVGES ET GAIVM AC LVCIVM CAESARES.

N. 648, rep. 1786 in loco *Cesio maggiore*, nunc *Centenerae*; Hormayr, *Archiv* 1816, p. 666; v. 1. TI . CLAVDIVS cet.

N. 651, v. 1. HILARA; vidi ipse in Mus. Cap.; recte quidem Or. titulum Octaviae Claudii filiae tribuit, sed male omissam esse dicit *filiae* notam, quum *uxoris* nota, ut saepissime, desit. Fuit enim coniux Neronis imperatoris. Eadem dicitur Caesaris Augusti, i. e. Claudii, filia in titulis n. 5390 et n. 5391. Cf. Borghesi, *Giorn. Arcad.* 1831, XLIX, p. 230 sqq.

N. 652, mutilus; restitue: DRVSO . *caesari* ‖ TI . AVG . F . *divi . aug . n* ‖ DIVI . IVLI . PR*on . aug . pont* ‖ SODAL . AVGV*st . cos . ii . tr* ‖ POT . II . XV . VI*r . sacris . fac* . CIVIT . C*amunn.* — Ipse iam titulum restitueram, quum Labusii liber „*Marmi Bresciani*" ad me pervenit; cum supplementis ab eo propositis mea supplementa plane conspirant, nisi quod C*amunnos* commemoratos fuisse ille recte vidit (p. 156), *auguratum* ante pontificatum ego inserui.

N. 656 idem, qui n. 662 male exscriptus et cum alio titulo conglutinatus legitur. COS . II . IMPERAT, Mommsen, I. N. 81.

N. 657 ante FECIT insere *r*E; in Museo Capitolino ipse vidi.

N. 658, Borghesius, *Decadi num.* XV, 3, p. 20 erasum esse docet: *uxori Asinii Galli.* Vipsania enim Agrippina, filia Agrippae ex Pomponia Attici filia, sponsa Tiberio, quum *vix annicula* esset (Corn. Nep. Att. 19), a. 742 ab hoc dimissa, Asinio Gallo nupsit, de quo v. Tac. Ann. VI, 23; Borghesi l. l. et *Giorn. Arcad.* 1832, LIV, p. 66 sqq.; Tac. Ann. I, 12; Dion. 57, 2; Suet. Tib. 7. Drusi mater dicitur etiam a Tac. Ann. III, 19.

N. 659, v. 2 dele F et scribe M . AGRIPPAE . *f*; v. ipse.

N. 662, corr. n. 556. Alter titulus sic legendus est: AVGVSTAE IVLIAE ‖ DRVSI . F ‖ DIVI . AVGVST; Mommsen, I. N. 80; cf. n. 5364.

N. 666, ex sententia Mommsenii, *Epigr. Anal.* 16, p. 318 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850) ad filium Tiberii pertinet.

N. 671 ita suppl.: IVLIAE . GERM*anici . f* ‖ AGRIPPINAE . TI . CLA*udi . caes . aug . germanici* ‖ PONT . MAX . *Trib . pot . patris . patriae* ‖ L . MAM*mius maximus*; Mommsen, I. N. 2398.

N. 674 nunc mutilum v. in Mus. Cap.

N. 677, ut nn. 654, 668, 669, 670, in Mus. Vat. exstat. In n. 677 l. GERMANICI . *Caesaris . f.*

5371. C · CLAVDIVS · MARCELLAE · L ‖ AGON — Romae, in columbario prope portam S. Sebastiani reperto. Ded. Campana marchio.

5372. TYCHIVS · MARCELL ‖ DEC · QVAESTOR · BIS [1]) ‖ IRENA · MARCELLAE · L · SARCIN [2]) — Ibd.; dedit idem.

1) sc. collegii. 2) cf. Or. 645.

5373. SYNETR · · ‖ MARCELLAE ‖ MAIORIS — Ibd.; dedit idem.

5374. C · CLAVDIVS · MARCELLAE ‖ MINORIS · L · PHASIS · DECVRIO ‖ MONVMENTVM · DEDICAVIT · ET ‖ DECVRIAE · EPVLVM · DEDIT · D · S · P · HVIC ‖ DECVRIA · EX · AERE · CONLATO · IMAGINEM ‖ DECREVERVNT [1]) — Ibd.; dedit idem.

1) De Marcella maiore et minore C. Claudii Marcelli filiabus ex Octavia Augusti sorore cf. Eckhel VI, 160 et Drumann, Gesch. Roms II, p. 401. — Decuria est sive servorum sive libertorum.

5375. TI · CLAVDIVS · TI · F · NERO · PONT · COS · ĪĪ · TRIB · POtEST V̄ *imp* ‖ NERO · CLAVDIVS · TI · F · DRVSVS · GERM · AVGVR · C*os* · *i*M*p* ‖ MVRVM · PORTAS · TVRRIS · F · C [1]) — Saepini. Mommsen, I. N. 4922.

1) Pertinet ad Ti. Caesarem ante adoptionem et eius fratrem Drusum, post cuius mortem titulum incisum esse ipso nomine Germanici declaratur (cf. Dion 55, 2, Suet. Claud. 1). Tituli autem Tiberii ad a. 753—757 pertinent; cf. Eckhel VI, p. 183 sqq.

5376. EVROPA ‖ ANTONIAES ‖ DRVSI [1]) — Ibi ubi est n. 5371 deditque idem.

1) Matris Claudii imperatoris, quae a Gaio Caesare Augusto nepote Augusta dicta est; cf. Eckhel VI, 179, Dion. 59, 3, Suet. Calig. 15, et praeter Or. 649 et 650 titulum sequentem:

5377. M · ANTONIVS · AVGVSTAE · L ‖ PINDARVS · DEC [1]) ‖ CLAVDIA · GERMANICI · L · CALLITYCHE [2]) — Ibd.; dedit idem.

1) sc. collegii. 2) Nota libertos Germanici alios Iulios appellari (Or. 657), alios Claudios.

5378. ATTICVS · AGRIPP [1]) ‖ CAESARIS · DISP — Romae, Borghesio misit Vescovalius.

1) Agrippa Postumus, a. 757 in familiam Caesarum adoptatus, anno deinde 760 abdicatus et in insulam deportatus; de eo v. Eckhel VI, p. 175.

5379. DRVSO · TI · CAESAR ‖ AVGVSTI · F · DIVI ‖ AVG · N · DIVI ‖ IVLI · PRON ‖ CAESARI · COS · [1]) PONI‖TIFICI — Caiatiae, Maff. M. V. 478, 6; corr. Mommsen, I. N. 3906.

1) a. 768; cf. Eckhel VI, 202.

5380. GERMANICO *ti* ‖ CAESARIS · AVG · *fil* ‖ DIVI · AVG · *nep* ‖ DIVI · IVLI · PR*onep* ‖ CAESARI · COS · II · [1]) AV*guri* ‖ D · D — Ibd. Maff. l. l. 478, 7; Mommsen, l. l. 3905.

1) a. 771.

5381. Fragmenta senatusconsulti, quo Druso Caesari post mortem honores tributi sunt, ed. Maff. M. V. 313, 1; corr. Borghesius, qui vidit duo, tertium ab Amatio correctum accepit, Bull. Inst. 1831, p. 137:

1) · · · · · · · · · · · · · · ·	I · · ·
· · · · · · · · · · · RIS SVI	· · · · ·
· · · *dru*SI CAESARIS INCVR	CVIV*s* · · ·
ia · · · · CAESARIS AVGVSTI	HABITV · · ·
· · · · *re*M DIVINAM PAREN	TEMPORIS V · · ·
tetur	EQVESTRIS QVOQ O*rd* · · ·
· · PRINCEPS AVTEM NOS	LEM DOLOREM PVB · · ·
· · · · · · VERIT · STVDIVM	NENDI PLVRIMOS ET · · ·
· · · I STATVA EQVES	DRVSI CAESARIS · CONSE · · ·
tris · · · · · · · · · · · VR	CAESARIS · IN LVPERCALIB*us* · · ·

2) · · · · · · · · · · · · · ?ILA	VTIQVE CLVPEVS · ARGENTEVS · C · · ·
· · ·	RENTVR · IDIB · IVL · CVM TITV*lo* ·
· · · · · · · · · *marm*OREO	ESSE DRVSO CAESARI TI CAES A*ug* · *f* ·
· · ·	VTIQVE OMNIBVS *sacris carminibus*
· · · · · · · · · · · · · OTI	CAESARIS NOMINA R*ecitentur* ·
· · ·	PLEBIS QVOQ · VRBANAE · AEQ · · · · ·
· · · · · · · *ae*DIFICASSET	RITATEM QVAE NIHIL R · · · · ·
· · · · · · · · · · O INQVO	TA MODVMQ TEMPOR · · · · · · · ·
· · · · · · · · · · CAESARIS	PLEBIVRBANA*e* · · · · · · · · ·
· · ·	QVAM C · · · · · · · · · · ·
· · · · · · · · · E · STATVA	I · · · · · · · · · · · · · · · · ·
· · ·	· · · · · ·
· · · · · · · · · · · S EIVS	· · · · · ·
	· · · · · ·

3) · · · VE · QVAS CIVIVM ROMANORV*m* · · ·
· · · I LVDOS FIERI ALIVDVE QVOD · · ·
· · *rom*ANOS CIRCIENSES FIERI SOLEN*t* · · ·
· · · *p*ONERENTVR INQVE EO HOC S · · · ·
· · · · · ARBITRARI PONTIFICES F · · · · ·
· · · · · *s*OLLEMNIBVS IN CIRCVM · · · ·
· · · · · · CONSVETVDINEM CELE · · · ·
· · · *quo*D PONTIFICES AVG X*v viri sacris faciundis*
*vii viri epulonum de*CREVISSENT · · · ·
· · · · · F ITAQVE · · · · · · · · · ·
· · · · · · · · · · · · · · · · · · · [1])

1) De honoribus Druso decretis cf. Tac. Ann. IV, 9: *memoriae Drusi eadem quae in Germanicum decernuntur, plerisque additis, ut ferme amat posterior adulatio.* Honorem clipei argentei eum fuisse Borgh. suspicatus est, ut *turmae equitum idibus Iuliis imaginem eius sequerentur* (cf. Tac. Ann. II, 83 de honoribus Germanici). Eundem vero honorem, de quo Tac. l. l., *ut ludos Circenses eburna effigies* (Germanici) *praeiret*, Druso quoque decretum esse, Circensium mentione satis constat. De nominibus carminibus sacris recitandis cf. de Augusto Dion. 51, 20, de Germanico Tac. l. l.

5382. Fragmenta senatusconsulti de honoribus Germanico post mortem tribuendis ed. Fea, *framm. di Fasti* p. XVI, tab. III; corr. Borghesius, qui vidit, et cuius exemplum hic offero, adiunctis quae varie a Fea lecta sunt, nisi male eum legisse clare apparet.

. . . .
RE . .
MI . .
ŌS (?) M . . . [1]
RATIS · E . . .
PRO COS MI . . .
NON · PAR CES . . .
CAESARIS · PONI . . .
ANTONIAE · MAT*ris* [2]
ALTER · IANVS · FIERET . . . [3]
REGIONIBVS · QV . . . .
CON · VENIENS · R\ . . . .
TERTIVS · IANVS · VE . . . . .
CITVS · DEINDE · PEI . . . . *ger*
MANIS · ET · PRAEC . . . . *ad tumu*
LVM · DRVSI · FACEI . . . .
ET · CVM · ESSET · IN · E . . . .
EX · HOC · S · C · FACTVS . . . *ubi corpus Germanici*
CAESARIS · CREMAT*um est* [4]
RASSET TRID . . . . . .
. . . .

. . . . ERQVE · DOMESTIC . . .
. . . . ˉI CAESAR · AVG . . . . .
. . . . DI IRAN . . MARE · [5] SE . . . . .
. . . \ ALIQVAM . . . .
*carmine quod canit*VR · IN PALATIO [6] . . . .
. . . IN EODEM LIBRO . . . .
*germ*ANICVM · ARBITR*i* . . . .
. . , SENATVI · PLACERE · VTI . . . . .
*im*AGINES · PONERENTVR · SVPR . . . .
. . . . \ · QVAE · EX · S · C · HONORANDI . . .
. . .QVI · INTER · ALIA · EODEM · VOI . . .
. . . . MAR · PROVINCIARVM · ASIA . . .
· *gra*TIAS · AGERE · ET · ADGNOSC*ere* · [7]
. . . OCARENTVR FIEREI . . . .
. . . . IS · CVM · HONOR [8] . . . .
. . . . *c*AESARVM · QV . . . . . .
. . . . ARENT . . . .
. . . . . . IN . . . .

Cf. Niebuhr, apud Feam, *Varietà di notizie, Roma* 1820, p. XV. — 1) MI . . . . . I'IVM . . . . , Fea. 2) Antonia mater Germanici. 3) Tres arcus Germanico decretos esse Romae, apud ripam Rheni et in monte Syriae Amano Tacitus docet, Ann. II, 83. Hunc hoc quidem loco indicari Niebuhrius censet, quia una cum tertio et Germani et tumulus Drusi commemorantur, de quo cf. Suet. Claud. 1 et Dion. 55, 2. 4) sc. Antiochiae, Tac. l. l. 5) l. TRANS MARE; CITRA Fea. 6) i. e. Saliari; cf. Tac. II, 83, Niebuhr et Borgh. Bull. Inst. 1831, p. 138. 7) „Postremum vides de *provinciis Asiaticis* agi, quibus gratias ageret senatus et agnosceret quae illae in Germanicum vivum eiusque memoriam honorificentissime fecerant." Nieb. — MAR fortasse *finiti*MAR*um* ? 8) DONAR° . . . , F.

5383. AGRIPPINAE · M · F ‖ GERMANICI — Aeserniae. Garrucci, St. d'Isernia n. 18, p. 95; corr. Mommsen, I. N. 5015.

5384. TI · CAESARI ‖ DRVSI · F ‖ TI · AVGVSTI · N ‖ DIVI · AVGVSTI · PRON[1]) ‖ P · VARIVS · P · F · AEM ‖ LIGVS · FILIVS — Albae Pompeiae. Vernazza, *Iscr. Alb.* p. 5.

1) Druso filio Tiberii natus ex Livia a. 772, consors imperii Caligulae constitutus, ab hoc adoptatus et princeps iuventutis dictus, sed paullo post interfectus; cf. Eckhel VI, p. 208.

5385. ELATE · IVLIAE ‖ DRVSI · CAESARIS ‖ FILIAE · [1]) LIBERTAE ‖ APHRODISIVS · C · CAESARIS ‖ SER · FEC — Romae, in Mus. Vat. Mur. 1001, 1; v. ipse.

1) Soror praecedentis, de qua cf. Eckhel VI, p. 202.

5386. DRVSO CAESARI ‖ GERMANICI CAESARIS ‖ FILIO ‖ TI AVGVSTI NEPOTI ‖ DIVI AVGVSTI PRONEPOTI ‖ PONTIFICI[1]) — Rep. in Troade, nunc Cantabrigiae. C. I. Gr. ad n. 3612.

1) cf. n. 666.

5387. IV́LIAE · AVGVSTAE · GERMÁNICI · CAISARI*s fil* ‖ AGRIPPÍNAÍ ‖ *t*I · *cl* · *c*AISA*ris* · *aug* ‖ *germanici* — Caere. Descr. Mommsen; ipse restitui.

5388. C · PAPIVS · ASCLEPIADES ‖ PAPIA · EROTIS · L · ‖ IVLIA · IVCVNDA · NVTRIX ‖ DRVS*i* · ET · DRVSILLAE[1]) — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani effosso. Ded. Canina.

1) Natorum Germanici.

5389. DIVAE · DRVSILLAE · SORORI ‖ . . . . [1]) AVGVSTI ‖ GERMANICI — Caere. Descr. Mommsen.

1) C. Caesaris nomen abrasum.

5390. PAEZVSAE · OCTAVIAE ‖ CAESARIS · AVGVSTI · F[1]) ‖ ORNATRICI ‖ VIX · ANN · XVIII — Romae, in Columbario ad portam D. Sebastiani reperto. Iahn, Spec. epigr. p. 25, n. 8; Borghesi, Giorn. Arcad. 1831, XLIX, p. 230 sqq.; et:

5391. PHILETVS · OCTAVIAE ‖ CAESARIS · AVGVSTI · F[1]) ‖ AB · ARGENTO · FECIT · CONTVBERNALI · SVAE ‖ CARISSIMAE · ET · SIBI — Ibd. Iahn l. l. 9; Borghesi, l. l.

1) cf. ad n. 651. Octavia Claudii imperatoris filia appellatur, quia titulus positus est, antequam Neroni nupsisset.

§. 7. TIBERIVS, EIVSQVE TEMPORA. CALIGVLA.

N. 681 spurius; cf. Mommsen, I. N. 598*.

N. 682 spurius. Neque enim Tiberius princeps iuventutis erat, et, quum ab Augusto adoptaretur, cum consul erat II (nam anno 747 fasces iterum gesserat), tum tribunicia potestate honoratus.

N. 684 spurius. Neque intelligo equidem, quo modo de censura Tiberii Orellius cogitare potuerit, quum Tiberius et Augustus cum imperio consulari illum censum egerint, de quo Suet. Tib. 20 verba facit; cf. Monum. Ancyr. II, 8, et Borghesi, *sull' ultima parte della serie de' censori* cet., Romae, 1836, 4, p. 122 ex Actis Academiae Pontif.).

N. 687, corr. nuper O. Iahn, *Ber. d. S. Ges. d. Wissensch.* 1851, p. 119 sqq. et Mommsen, I. N. 2486. Pro THENIA . . EORONXX I. . . THENIA SArdes uE-LORON.

N. 693 corr. Labus, *antiche lapidi tergestine*, *Denkschr. d. Wiener Akad.* 1850, p. 360: SEX . PALPELIO || P . F . VEL . HISTRO || LEG . TI . CLAVDI || CAES . AVG . PRO . COS || . . . . PR . TR . PL . Q || X . VIR . STLIT . IVDIC || TR . MIL . LEG . XIIII . GEM || COMITI . TI . CAES . AVG || C . PRIERIVS || FELIX || NEA-POLITANVS || BENEFIC . Ex hoc titulo nomen *P. Atellii Histri* apud Tac. Ann. XII, 29 corrigendum esse ostendit nuper Borghesius apud Noël des Vergers, *lettre à Mr. Firmin Didot*, p. 3 (*Revue encyclopédique*, *juillet* 1847).

N. 695 spurius; cf. Borghesi, *Diploma di Traiano Decio* p. 32 (Actt. Acad. Pontif. 1840).

N. 700, idem qui n. 468. Titulus male exscriptus ad Caligulam certe non pertinet, quippe qui nunquam *imp. Caesar Caius* appellatus sit, sed *C. Caesar Augustus*; cf. Eckhel, VI, p. 218 sqq. [Pertinere videtur ad impp. Diocletianum et Maximinum, v. inscr. Helv. n. 272. MOMMSEN.]

5392. TI · CLAVDIVS · NERO · PATER || TI · CAESARIS · AVG — S. Benedicti ad lacum Celani, Mommsen, I. N. 5488.

5393. TI · CAESARI DIVI || AVGVSTI · F || AVGVSTO · PONTI-FICI || MAXIMO · PRINCIPI || OPTIMO || L · GEMINIVS · Q · F · CAM || ATTICVS || AVRI · P · V || ARGENTI · P · V — Basis parva rep. in basilica Iulia, ubi vidi. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 140.

5394. LIBVRNVS · L · SEI || STRABONIS · [1]) A · MANV || SAL-VILLA · CONIVNX · FECIT — Romae, apud marchionem Campanam. Borghesi, *sopra una iscriz. del Museo Campana* (ex *Saggiatore* I, 1, Romae 1844), p. 1. Vidi ipse.

1) Pater Seiani, praefectus praetorio Caesaris Augusti (cf. Vellei. Pat. II, 127, qui eum *principem equestris ordinis* dicit, et Tac. Ann. VI, 8), post cuius mortem solus, mox cum filio cohortibus praeerat, anno 770 praefectus Aegypti a Tiberio factus est (Dion. 57, 19), in quo munere post paucos annos decessit; l. l.

5395. *rub*ELLIAE || *bla*NDI · F · BASSAE [1]) || · · OCTAVI · LAE-NATIS [2]) || SERGIVS · OCTAVIVS || LAENAS · PONTIANVS [3]) || AVIAE · OPTIMAE — Rep. sub colle Tusculano, vidi in villa Aldobrandinia Frascatana. Bull. Inst. 1845, p. 156.

1) C. Rubellius Blandus cos. a. 770 (Borghesi, l. l. p. 150 sqq.), maritus Iuliae filiae Drusi Tiberii filii inde ab anno 786 (id. p. 158). 2) Vir aliunde haud cognitus. 3) cos. a. 884, collega M. Antonio Rufino.

5396. C · CAESARI || GERMANICI · F || TI · AVG · N || DIVI · AV-GVSTI || PRONEPOTI || GERMANICO || PONTIFICI · Q [1]) — Viennae Allobrogum. *Giorn. Arc.* LVI, 1832, p. 323. Ibidem alterum huius tituli exemplum exstat, compendiis tantum verborum ab hoc diversum.

1) Caligula a. 784 pontifex, a. 786 quaestor factus est; cf. Dion. 58, 7 et 23; Eckhel VI, p. 218.

5397. S · P · Q · R || C · CAESAR || AVG · GERM || P · M · TR · POT || COS [1]) — *Caltagirone* Siciliae. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 55, 1.

1) Marmor vidit Stephanius, qui antiquum titulum esse iudicavit, nummorum inscriptionibus sane similem.

5398. · · · · · · · · LIVIA · *d*RVSI · F · VXSOR · · · · [1]) ||; deinde litteris minoribus: IMPP · *Caes*S · SEVERVS · ET · ANTO*ninus* || ET · *Iulia* ·

Pia · AVG · MATER · AVG · · · Rep. in loco, quem *Roma vecchia* dicunt, spectat ad Aquam Claudiam et Anienem novum (?) Bull. Inst. 1831, p. 28. Vidi ipse in tabulario. Litterae nonnullae nunc desunt, quae a Fea legebantur.

1) Fea l. l. C. Caesaris Aug. uxorem alteram hoc titulo commemorari credit, quam Dio (59, 8) *Corneliam Orestinam* appellat, Suetonius (Cal. 25) *Livium Orestillam* (cf. Eckhel VI, p. 229). Neque tamen video, cur huic potius, quam Liviae Augusti monumentum tribuerit, quam Drusi filiam fuisse apud omnes constat, quum Orestillae pater, quod equidem sciam, plane ignotus sit. Quod autem ad Aquam Claudiam pertinere titulum dicit, a Gaio Caesare aedificari coeptam, id nescio, num argumentis tam firmis probari possit, ut his adductus aliquis Gaii uxorem indicari sibi persuadeat. Titulum propterea hic afferendum esse censui, ne quis neglectam Liviae Orestillae memoriam mihi crimini vertat.

De Caligula cf. praeterea n. 5192.

§. 8. IMP. CLAVDIVS.

N. 708, v. 3 TR . POT . VI; v. 4. DES; *Giorn. Arcad.* LXXVIII, p. 289.

N. 709, v. 4 AEGIPTI; l. l. t. XXXIX, p. 227; not. 1 pro IVLIAE scr. VALERIAE.

N. 712 praeter alia quaedam minus accurate lecta nota in saxo esse COS *i*III (v. 5), EX TESTAME*nto* . . . *m*ESSI L . F . M*e*N (v. 7), MILIT . COHOR (v. 8); Mommsen, I. N. 2396.

N. 715, v. 4. $\overline{\text{V}}$. IM . . . ; v. 5. PO . . . . ; v. 8. GENTESQVE . B . . . ; v. 9. INDIC . . . V. in aedd. Barberinianis. Cf. Kellermann, apud Orell. Anall. epigr. p. 36.

N. 716; cf. Borghesi, Annal. Inst. 1850, p. 365.

N. 721 idem ac n. 2927.

N. 723, v. 3. TR . PL; v. 6. PATRICIOS; v. 8. CAESARIS . AVGVSTI; v. 10. MARSI . F . LAELIA; num LAELIANA ? — Haud dubie, quae notavi, recipienda erant ex Grut. 454, 1.

5399. *ti* · *c*LAVDIO ‖ *dru*SI · GERMAN · F ‖ *ner*ONI · GERMANICO ‖ *aug*VRI · SODALI · AVG ‖ *sod*ALI · TITIO · COS [1]) — *Polae.* Istria II, p. 35.

1) Claudius est, qui postea imperavit; cf. ad n. 641, 10.

5400. TI · CLAVDIVS · CAESAR ‖ AVGVSTVS · GERMANICVS ‖ PONT · MAX · TRIB · POT · VI ‖ COS · DESIG · IIII · IMP · XI · [1]) P · P ‖ VIAM · CLAVDIAM · AVGVSTAM ‖ QVAM · DRVSVS · PATER · ALPIBVS · ‖ BELLO · PATEFACTIS · DEREXSERAT ‖ MVNIT · A FLVMINE · PADO · AT ‖ FLVMEN · DANVVIVM · PER · M ‖ P · CCCXX [2]) — Mil. rep. in flumine Athesi in agro Veronensi. Férussac, *Bull.* 1829, 12, p. 458, ex Giovanelli, *Beiträge zur Gesch. etc. von Tyrol und Vorarlberg*, I, p. 1.

1) n. 799 = 46. 2) cf. nn. 648; 708.

5401. VALERIA ‖ MESSALLINAE · AVGVSTI ‖ L · CAENIS — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani rep. — Ded. Campana v. cl.

5402. EVARISTI ‖ ET · DROSI · ‖ MESSALLINAE · AVG ‖ AB ORNAMENTIS — Romae, lamina aenea inaurata. *Novelle letterarie Fior.* 1778, p. 139.

5403. I · O · M · ET ‖ DIVO · CLAVDIO CAESAR ‖ AVG · GERMAN · TRIB · POT · XIIII [1]) ‖ P · ANTEIVS · P · ANTEI · SYNTROPHI · L ‖ HERMA · IIIIII · VIR · ET · AVG ‖ PORTICVM · V · S · L · M · LOC · ACCEP? · D · D [2]) — Rep. Salonae, nunc in Museo Spalatano. Lanza, *antiche lapidi Salonitane inedite*, n. I.

1) Nota trib. pot. cum *Divi* titulo coniunctam. 2) ita in exemplo Lanzae legitur. Est: LOCo . ACCEPTo . *Decurionum Decreto*.

5404. L · ANNEIIO · L · F ‖ DOMITIO ‖ PROCVLO ‖ C · P · PRONEPOTI ‖ ANTONI ‖ FELICIS [1]) ‖ ANTONIA ‖ CLEMENTIANA ‖ AVIA ‖ L · D · D · D — Polae. Bull. Inst. Arch. 1837, p. 109.

1) Notissimus Claudii (vel potius matris Antoniae) libertus, procurator Iudaeae, de quo cf. Tac. Hist. V, 9; Ioseph. Antiqq. Iud. XX, 7, 8; Suet. Claud. 28; Tillemont, I, p. 192; Eckhel VI, p. 243. — V. Bull. l. l.

§. 9. NERO.

N. 732, not. 6: SAVFETO legit etiam Mommsenius in ectypo chartaceo Florentiae a Migliarinio sibi oblato.

N. 733, v. 2. POPPÁEÁE . AVG, sed v. 3. DISPINSATOR; idem, qui vidit Perusiae.

5405. TI · CLAVDIO ‖ TI · CLAVDI · CAESARIS ‖ AVGVSTI · GERMANICI ‖ P · P · F · NERONI ‖ CAESARI [1]) ‖ D · D — Fortasse Herculanei. Mommsen, I. N. 2399, qui vidit in Mus. Borbonico; Münter, *Reise*, p. 71.

1) His nominibus utebatur Nero, quum a Claudio adoptatus imperium nondum suscepisset; cf. Eckhel VI, p. 260, et titulum Aeclanensem l. l. n. 1097: NERONI . CLAVDIO . CAESARI ‖ TI . CLAVDII . CAESARIS . AVG . F .

5406. Q · VOLVSIO · SATVRN · ‖ P · CORNELIO · SCIP · COS [1]) ‖ AVGVSTALES ‖ QVI ////////// CLAVDIO ‖ CAESARI · AVGVST · ET ‖ ////////// AVGVSTAE [2]) ‖ I · O · M · ET · GENIO · COLONIAE ‖ LVDOS · FECER · XIII · XII · K · MART ‖ C · TANTILIVS · C · C · L · HYLA ‖ CN · POLLIVS · CN · L · VICTOR ‖ C · IVLIVS · C · L · GLAPHYR · ‖ CVRATORIBVS ‖ ········· Puteolis tribuit Mommsen, I. N. 2463; Grut. 9, 4, cet. Titulum hic referendum esse censui, ne quem in errorem induceret iudicium nimis acutum Steineri, qui, quum in priore Inscriptionum Rhenanarum editione Coloniae Agrippinae monumentum Puteolanum adscripsisset (n. 886), nuper spuriam esse affirmavit inscriptionem minime suspectam; v. Codex Inscr. Danub. et Rheni, II, p. 113.

1) a. 56. 2) Nomina Neronis et Agrippinae erasa.

5407. NERO · CLAVDIVS DIVI CLAVDI · F · GERMANICI · CAESAR ‖ N TI CAESARIS · AVG · PRON · DIVI · AVG · ABN · CAES ‖ AVG · GERMAN · PONT · MAX · TRIB · POT · VII · IMP · VII ‖ COS · IIII [1]) PEDITIB · ET · EQVITIB · QVI · MILIT · IN ‖ COH · VII QVAE · APPELLANTVR · I · ASTVR · ET · GAL‖LAECOR · ET · I · HISPAN · ET · I · ALPINOR · ET · I · LVSI‖TANOR · ET · II · ALPINOR · ET · II · HISP · ET · V · LVCIENS ‖ ET ·

GALLAECOR · ET · SVNT · IN · ILLYRICO · SVB · L · SAL‖VIDIENO · SALVIANO · RVFO · QVI · QVINA · ET · VICENA ‖ STIPEND · AVT · PLVRA · MERVER · QVOR · NOMIN ‖ SVBSCRIPT · SVNT · IPSIS · LIBERIS · POSTERISQ ‖ — EORVM · CIVITATEM · DEDIT · ET · CONVBIVM · CVM · EST ‖ CIVITAS · IIS · DATA · AVT · SI QVI · CAELIB · ESSENT ‖ CVM · IIS · QVAS · POSTEA · DVXISSENT · DVM · TAX ‖ SINGVLI · SINGVLAS · A · D · VI · NON · IVL · CN · PE‖DANIO · SALINATORE · L · VELLEIO · PATERCVLO ‖ COS · [2]) COH · II · HISPAN · CVI · PRAEST · C · CAESIVS ‖ APER · EQVITI · IANTVMARO · ANDEDVNIS · F ‖ VARCIANO · DESCR · ET · RECOGN · EX · TABVLA ‖ AENEA · QVAE · FIXA · EST · IN · CAPITOL · AD · LA‖TVS · SINISTR · AEDIS · THENSAR · EXTRISECVS — Vindobonae. Arneth, *Militärdipl.* tab. I, p. 27. pars exterior.

1) a. 60. Neronem eo anno imperatorem VII appellatum fuisse, hoc monumento docemur; Eckhel VI, p. 264. 2) Anno 60 Nero ipse per sex menses cum Cornelio Lentulo fasces gessit; kalendis autem Iuliis suffecti Velleius Paterculus et Pedanius Salinator, in cuius locum kal. oct. Pompeius Vopiscus successit; cf. Borghesi, Bull. Inst. Arch. 1846, p. 174.

Titulos Octaviae primae Neronis uxoris v. nn. 651. 5390. 5391. Ad alteram, Poppaeam, antequam imperatori nupsisset, hic titulus pertinet:

5408. TERTIVS ‖ PRISCI POPPAEAE ‖ SABINAE DISPENS ‖ VICARIVS · ARAM ‖ ET · CREPIDINEM FECIT ‖ IDEM .... AN ‖ ANO .... \ II ‖ D D L D — Asisii exscr. Mommsen; minus accurate Bull. Inst. Arch. 1835, p. 154.

5409. ARGENNE · POPPAEAE · AVGVSTAE · AVGVSTI · LIBERTA ‖ APOLLINI · ET · NYMPHIS · VOTVM · L · D — Ex Ischia insula in Mus. Borb. illatus. Idem, I. N. 3515.

5410. POLYTIMV*s* ‖ POPPAEAE · AVG · NERON*is caes · aug* ‖ DISPENSATOR · FOR*tunae · v · s* — Perusiae. Exscr. Mommsen; cf. n. 733. Vermiglioli, Iscr. Perugine p. 370, n. 9. Cf. n. 6387.

5411. AGRIMATIO ‖ STATILIAES ‖ TAVRI · F · MESSALLINAE [1]) ‖ PVMILIO — Romae. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 34, 4.

1) cf. Grut. 995, 6. Borghesius, l. l. p. 40, dubitat, utrum tertia imperatoris Neronis coniux, an huius amita filia Tauri cos. a. 764 indicata sit. Ad illam spectat titulus Grut. 618, 9, qui Romae repertus, nunc Neapoli in Mus. Borbon. asservatur: DIIs . MANIBVS ‖ SVCCESSAE ‖ MESSALINAE . (sic) NERONIS . LIB . ‖ EPAPHRODITVS . ‖ PRISCA . ONESIME . ‖ MATRI . PI . ISSIMAE . FECERVNT. Exscr. Mommsen, I. N. 7102.

5412. D · M ‖ PHOEBI · ACTES ‖ AVG · L · L · PROC ‖ SVMM [1]) ‖ DEMETRIVS ‖ PENSATA ‖ PARENT · OPTIM — Romae, in S. Mariae in Ara coeli. Ex cod. Rigazziano Borghesius.

1) PROC*urator* SVMM*arum.*

5413. D · M ‖ CLAVDIE · ACTES · L ‖ EVRYDICES · CLAVDIVS ‖ PHOEBVS CONIVGI B ‖ MERENTI ET PENSATA ‖ SORORI · PIISSIMAE ‖ FECERVNT — Ibd. idem.

5414. A · TVRRE · XVI ‖ IMP · *nero . claudius* · DIVI ‖ CLAVD · F · GERMANICI ‖ *cae*SARIS · N̄ · *ti* · CAESARIS ‖ *aug* · *pron* · DIVI · *aug* · ABN ‖ *caes*AR · AVG · GERMANIC ‖ *p · m · trib* · POTEST · X̄IIII ‖ *imp · xi · · · cos · v · pat · pat* 1) — Cippus mil. in loco *Scala di Ciocca* Sardiniae, nunc in Museo Sassaritano. Della Marmora, *voyage en Sardaigne* II, p. 472, n. 20.

1) a. 68.

§. 10. GALBA. VITELLIVS.

5415. · · *sulpic*IVS · SER · F · GALBA · COS · 1) PAVIMENTVM ‖ *faciundum locavi*T · EISDEMQVE · PROBAVIT — Tarricinae, in opere musivo. Bull. Inst. Arch. 1842, p. 98.

1) Imperator Galba cos. a. 33, cos. II a. 69; frater eius Gaius cos. a. 22. Incertum est, ad utrum titulus pertineat. Ad patrem eorum spectare nequit, quippe qui Gaii filius esset; cf. Borghesi, Ann. Inst. 1848, p. 268.

5416. Liberti imperatoris exstant apud Mur. 916, 6: SER · SVLPICIO ‖ AVG · L · FAVSTO ‖ AB ADMISSIONE ‖ SER · SER · SVLPICI ‖ AGATHEMER ‖ ET THALLVS ‖ CONLIBERTO — et 1014, 5.

5417. A · TVRRE · XXXVIII ‖ IMP · VITELLIVS · CAESAR 1) — Fragmentum cippi mil. visum anno 1828 inter *Torralbam* et *N. S. di Cabu Abbas* Sardiniae. Della Marmora, voyage II, 472, 19.

1) Vitellium Caesaris nomen recusasse et inclinante tantum fortuna superstitione nominis Caesarem se dici voluisse constat (Tac. Hist. II, 62; III, 58; Suet. Vit. 8). Neque tamen propterea pro spurio titulum habendum esse censeo, quem testis locupletissimus exstare affirmat. Fieri poterat, ut in provincia nomen Caesaris ei tribueretur, antequam id eum aspernatum esse innotuisset, ut in nummis Alexandrinis idem nomen reperitur (cf. Eckhel, VI, p. 310). Quod si minus placet, exeunti eius imperio monumentum assignandum est.

§. 11. VESPASIANVS.

N. 741 extr. corr. P . P.

N. 746 cf. 2364.

N. 747 corr. Mommsen, I. N. 2400: FLÁVIAE . DOMITILLAE ‖ *imp.* VESPÁSIÁN*i* . CAESAR*is* AVG.

N. 749, v. 7 l. LEG . X̄IIĪ; v. 16 pro P l. F; Tonini, *Rimini* p. 352, 44, ex Cod. Rigazziano. Titulum plane similem eidem viro *salinatores civitatis Morinorum* fecerunt; l. l. n. 45.

N. 750 ipse vidi. Apicibus titulus distinctus est. V. 1 extr. A . ., i. e. *Aniensi*; Fea, *Fasti* p. CIII, qui versuum distributionem accuratius indicavit. Postea l. CHERONENSI, et errore quadratarii IN ‖ IN HISPANIAM.

N. 838 spurius; cf. Mommsen, I. N. 236*.

N. 839 paullo accuratius dedit Lersch, C. M. III, 2.

N. 842, v. ult. alii MAG; not. 1 recte Mur. SEVER, ut plures etiam auctores exhibent; cf. Mommsen, I. N. 5166.

N. 843 fin. pro O fortasse ꝏ ?

N. 846. Titulum Grut. 259, 8 Borghesius pro interpolato potius quam spurio habere videtur; laudat enim praefectum municipii Dacorum Iassiorum; *lapide Grut.* p. 20 (Actt. Acad. Taurin.). Mihi nihilominus sententia Orellii magis probatur, quum praeter ea, quae hic notat, et municipium populi alicuius et praefectus municipii parum placeant.

N. 850, aperte spurius, nisi potius duas inscriptiones maxime diversas conglutinatas esse credere malis. Mirum, quod hoc monumento Eckhelius usus sit ad aetatem Faustinae definiendam; cf. VII, p. 37.

N. 851, v. 3 deest PONTIF; cf. Anon. Einsiedl. ed. Haenel, *Archiv f. Phil.* V, p. 128. Idem in nn. 852 et 853 habet IMP, in n. 852 T pro *imperatoris*, *Titi*.

5462. *imp · caes · divi* · HADRIAN*i* ‖ FIL*io* · DIVI · TRAIANI ‖ PARTHICI · NEPOTI ‖ DIVI · NERVAE · PRON ‖ T · AELIO · HADRIANO ‖ ANTONINO · AVG · PIO ‖ PONTIF · MAX · TRIB ‖ POTEST · *ii* · COS · II [1] ‖ P · D · D [2] — Compsae. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 56, 3; Mommsen, I. N. 192.

1) a. 139. 2) *Publice Decreto Decurionum.*

5463. *im*P · CAES · T · AELIO · HADRIAN*o* ‖ ANTONINO · AVG · PIO · PONT · MAX ‖ TRIB · POTES · XXI · IMP · II · COS · IIII · [1] P · P ‖ L · MATVCCIO · FVSCINO · LEG · AVG · PR · PR ‖ LEG · III · AVG — *El Kantara* Numidiae. Renier, *archives des missions* 1851, p. 442.

1) a. 158.

5464. DIVO PIO ‖ PATRI ‖ IMP · CAES · M · AVRELI ‖ ANTONINI AVG ‖ ARMENIACI · [1] ET ‖ IMP · CAES · L · AVRELI ‖ VERI · AVG · ARMENIAC ‖ C · IVLIVS · C · FIL · PAP ‖ CAESIANVS · AEDIL · ‖ II VIR · Q · P · P · STATVAM ‖ · · · · · Dianae. Hefner, *R. Inschr. mit Bemerk. Algerien* XVII (*Abh. d. B. Akad. d. W. V*, 2.).

1) Titulus anno 164 vel 165, annive 166 mensibus prioribus exaratus est; nam anno iam 166 fratres Parthicorum quoque nomine appellantur.

5465. LEPIDIAE · L · F ‖ PROCVLAE ‖ SACERDOTI · DIVAE ‖ FAVSTINAE ‖ AVG · ET · ‖ DIVAE · MATIDIAE ‖ AVG · [1] D · D · P ‖ PECVNIA · AB · EA ‖ REMISSA — Arimini. Tonini, *Rimini* p. 338, 18.

1) Matidia maior, Traiani ex Marciana neptis.

5466. *t* · (?) *aeliu*S · AVG · LIB · NARCISSVS ‖ · · · · · · NATIONE · PARTHVS · PAEDAGOGVS ‖ *pueror*VM · IMP · ET · PAPAS · GALERIAE ‖ *aug* . [1] *libert*AE · LYSISTRATES CONCVBINAE ‖ DIVI PII [2] ‖ · · · · · TORIVM · FVNDI · PAELIGNIANI ‖ *r*ESTITVIT ‖ · · · · *ma*CERIAM · A · FVNDAMENTIS · EXSTRV‖*xit et* CIRCVMDEDIT — *Tenuta di Salone*, in via Praenestina. *Nov. lett. Fior.* 1786, 181.

1) *Augustae*, sc. Faustinae, cui nomina Anniae Galeriae fuerunt; Capitol. Ant. et M. Aurel. in. 2) De hoc Antonini concubinatu nihil praeterea innotuisse credo.

§. 18. M. AVRELIVS ANTONINVS PHILOSOPHVS. FAVSTINA MINOR CET.

N. 856 : M. Aurelii matrem iniuria Calvillam a vv. dd. appellari exposuit Borghesius, G. A. I, p. 366; Bull. Inst. Arch. 1833, p 120, de figlinis eius verba faciens.

N. 861: quae in fine tituli leguntur notae S . P . Q . R, ab initio eius collocandae sunt; v. 1 l. DIVI . VERI; deinde MAX . FRATRI; v. 2 PRONEP, ABNEP; v. 3 AVRELIO, PONTIF . MAXIM . TRIBVNIC . POT . XXX; v. 4 MAXIMORVM, BELLICOSISSIMIS GENTIBVS, pro *atque* AVT; Anon. Einsiedl. ed. Haenel, *Archiv f. Phil.* cet. V, 1, p. 124.

N. 862, 863 spurii, ficti a Pratillio; Mommsen, I. N. 237* et 202*.

N. 866. Faustina, dum in vivis erat, nunquam *mater Augusti* dicebatur; duobus enim annis post mortem eius filius Augustus appellatus est. Titulus igitur interpolatus est, in quo si pro *M. Aureli.* DIVAE legerimus, omnia bene procedent; cf. Eckhel, VII, p. 81.

N. 867 a Pratillio fictus; Mommsen, I. N. 203*.

5467. O D EX · PR · DOM LVC · VER · CL · QV 1) ‖ ANT IIII Е · VERO II ‖ COS 2) — Romae. Fabr. p. 513, n. 183; corr. Borghesi, G. A. I, 1819, p. 359; cf. n. 856.

1) *Opus Doliare* EX . P*Raediis* . DOM*itiae* LVC*illae* . VER*i* (i. e. Annii Veri). CL*audius* . QV*inquatralis*; cf. Fabr. l. l. 2) a. 145.

5468. M · AVRELIO ‖ VERO · CAESARE · 1) COS ‖ IMP ‖ T · AELI · HADRIANI ‖ ANTONINI · AVG ‖ PII · FILIO ‖ P · P · 2) D · D — Tyndaride in Mus. Panormitanum illatus, rep. una cum statua M. Aurelii. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 57, 5.

1) Sic exscr. Stephanius; videtur tamen CAESARI legendum esse. 2) *Permissu Proconsulis*, Borgh. l. l., quae formula antea in solis inscriptionibus Africanis reperta erat.

5469. M · AELIO · AVRELIO ‖ CAES · COS · II · 1) FIL ‖ IMP · ANTONINI · AVG · PII ‖ P · P · 2) D · D · P 3) — Firmi, in theatro. Bull. Inst. 1839, p. 89.

1) a. 145. 2) *Patris Patriae*. 3) *Decreto Decurionum Publice*.

5470. VICTO‖RIAE ‖ PARTHI‖CAE MA‖XIMAE ‖ AVGS 1) ‖ D D P P 2) — et: VICTO‖RIAE ‖ ARME‖N*i*ACAE ‖ AVGVS‖TORVM 3) ‖ D D P P 2) — In foro Cuiculitanorum, alter in basi octogona, alter in hexagona. *Exploration de l'Algérie, beaux arts*, vol. I, pl. XXXIV, 4.

1) corr. AVGG. 2) cf. n. 5468, not. 2. 3) Divos fratres intelligo.

5471. IMP CAES ‖ M AVRELIO ‖ ANTONINO ‖ AVG ARMENI‖ACO PARTHICO ‖ MAX MEDICO ‖ TRIB P XXIII 1) IMP ‖ II COS III PP IIBT‖RISOTIVSDM‖IO 2) DIVINAE ‖ ARAM DON ‖ POSVIT ‖ P FVNDANI‖VS SOLVIT 3) — *Ksour-el-Rennaia* Africae. *Mémoires des Antiquaires de France* XXI, p. 77.

1) a. 922 = 169, sed pro IMP II corr. IMP V. 2) l. LIBERISQ . EIVS DOMVIQ. 3) In voce SOLVIT cognomen hominis latere videtur.

5472. IMP · CAES · M · AVRELIVS · ANTONINVS · AVG ‖ PONTIF · MAX · TRIB · POTEST · XV · COS · III · 1) ET ‖ IMP · CAES · L · AVRELIVS · VERVS · AVG ‖ TRIB · POT · COS · II · 1) TERMINOS · VETVSTATE ‖ COLLAPSOS · EXALTAVERVNT · ET · RESTITVE‖RVNT · R · R · 2) PROXIMO · TERMINO · PED · · · · · ‖ POSITOS · EX · AVCTORITATE · IMP · CAESARIS ‖ NERVAE · TRAIANI · AVG · CVRANTE ‖ A · PLATORIO · NEPOTE · CALPVRNIANO ‖ CVRAT · ALVEI · TIBERIS · ET · RIPARVM ‖ ET · CLOACARVM · VRBIS — Rep. Romae in regione Iudaeorum a. 1631. Mur. 455, 3; corr. Fea, *Fasti* n. 35.

1) a. 161. 2) *Recta Regione*; cf. Grut. 200, 3 et Or. 5011.

5472 a. DIVAE ‖ FAVSTINAE ‖ PIAE ‖ IMP · ANTONIN ‖ AVG ‖ P · D · D — Aeclani. Mommsen, I. N. 1101.

5473. VIBIA*e* AVRELIA*e* ‖ SABINAE 1) ‖ IMP SEVERI AVG ‖ N SORORI DI‖VI PII MARCI ‖ FILIAE ‖ C · ANNIVS C ‖ FILIVS PAPIR ‖ SATVRNINVS ‖ PATRONAE — Calamae. *Excursions dans l'Afrique septentrionale*, n. 38; Clarac, *Musée de sculpt. inscr.* pl. LXXIV, n. 29.

1) cf. Or. 869. Nomen Vibiae una cum cognomine Sabinae a Sabina Aug. Hadriani accepit, de cuius familia v. n. 5460, Borghesi, *Giorn. Arcad.* 1829 de fragmentis Constantinianis, et quae ipse nuper adnotavi apud Gerhardum, *Arch. Ztg. (Denkm. u. Forsch.)*, 1852, col. 431. Uxorem eam fuisse Claudii Severi, matrem Anniae Faustinae Elagabali, idem Borghesius docuit, l. l. (Dio 79, 5; Herod. V, 6), contra Eckhelium VII, 261. Idem vir doctus eodem loco de ceteris M. Aurelii filiabus disseruit, quibus, praeter Lucillam Veri et Domitiam Faustinam (Or. 872), *Fadillae* et *Cornificiae* nomina fuisse demonstravit. Et de illa quidem, quae ex sententia eius Antistio Burro cos. 181 nupsit, titulis quibusdam Ephesiacis constat (C. I. Gr. 2969 a, b): *ΦΑΔΙΛΛΑΝ* ‖ *ΘΥΓΑΤΕΡΑ* ‖ *Μ . ΑΥΡΗΛΙΟΥ* ‖ *ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ* ‖ *ΚΑΙΣΑΡΟΣ* ‖ *ΣΕΒΑΣΤΟΥ*, licet nomen eius gentilicium ignoretur. *Cornificiae* vero, praeter monumentum Graecum mutilum (C. I. Gr. 2970, b), titulum sequentem habemus Romae ad D. Pauli repertum (Nicolai, *Basilica di S. Paolo* p. 97):

5474. D · M ‖ IANVARIO ‖ ARKARIO ‖ CORNIFICIAE ‖ AVG · 1) SORORIS ‖ DIGNISSIMO · CANDI‖DATO ‖ HYMENAEVS · AVGG ‖ . . . .

1) sc. Commodi. De ea cf. Dion. 77, 16. Maritus eius fuit M. Petronius Mamertinus cos. 182. Nomen autem acceperat ab *Annia Cornificia Faustina* amita, uxore Ummidii Quadrati, ad quam haec inscriptio pertinet:

5475. DIS · MAN ‖ CORNIFICIAE ‖ FAVSTINAE · LIB ‖ EVPORIA ‖ ARAM · IN · FRONTE ‖ PEDES · X · IN · AGRO · PED · XI · Grut. 8 6, 4 = 971, 6. — Eidem Borghesius l. l. sequentem titulum tribuit:

5476. OPVS DOL EX PRAED VMIDI QVADRATI ‖ ET ANNIAES FAVSTINAE EX F ‖ SEX APRI SILVINI — Mar. Atti 514; corr. Borghesi l. l.; de his cf. Cap. M. Ant. Philos. 1.

Filiis M. Aurelii (Or. 870. 871) adde *Hadrianum* titulo Ephesiaco laudatum C. I. Gr. 2968: *ΑΔΡΙΑΝΟΝ* ‖ *ΥΙΟΝ Μ ΑΥΡΗΛΙΟΥ* ‖ *ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ* ‖ *ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ* cet.

5477. *t · vitrasio · · · f · · · pollioni cos ii* ‖ *pr · pr · aug*VSTORVM 1) COMIT*i m · antonini* ‖ *et l · ver*I AVGG EXPEDI*tionis* · · · ‖ · · · · · · · *germ*ANICAE ITEM COMITI *m · anto*‖*nini et com*MODI AVGG · EXPEDIT*ionis* ‖ *germanicae sar*MATICAE 2) BIS DONIS M*ilit* ‖ *donato cor*ONIS MVRALIBV*s ii vallari*‖*bus ii aur ii* HAS*tis puris viii vexillis viii* 3) *procos · asiae* 4) *leg · aug · pr · pr ·* ‖ *provinciae moesiae inferioris* 5) *procos* ‖ *provinc galliae narbonensis* 6) *leg aug leg* · · · · ‖ *pontifici s*ODALI ANTONIN*iano praef* ‖ *alimento*RVM · PRAETORI QV*aestori* ‖ *iiiviro monetal*I A · A · A · F · F · MARITO A*nniae* ‖ *flaviae fausti*NAE IMP CAESARIS M *antoni*‖*ni aug et div*AE FAVSTINAE PIAE PA*truelis* ‖ *commodi* AVG · · · · · · 7) ‖ *huic senatus* AVCTORIBVS IMP*eratoribus* ‖ *antonino et* COMMODO AVGG · G*ermanicis sarmati*CIS STATVAS DVAS V*nam ha*‖*bitu milita*RI IN FORO DIVI TRA*iani al*‖*teram habi*TV CIVILI IN PRONA*o aedis* ‖ *divi pii pon*ENDAS CENS*uit* — Romae, in Museo Kircheriano, rep. sub altari maiore aedis Iesu. *Rhein. Jahrbb.* 1843, II, p. 104. Supplementis ibi a Borghesio propositis alia nonnulla ipse addidi.

1) sc. M. Aurelii et Commodi. Consul autem fuit primum sub Antonino Pio, id quod provincia consulari apparet sub huius imperio administrata (cf. n. 5290); iterum a. 176. 2) Borghesius l. l. *Marcomannicae Sarmaticae*; neque tamen unquam in

inscriptionibus ita bellum illud nominatum me reperire memini. 3) De insolito donorum numero cf. n. 5448. 4) cf. n. 3421, licet dubitem num suo loco proconsulatum collocaverim. 5) cf. n. 5290. 6) Si quidem recte Griselicos provinciae Narbonensi tribui. 7) Filia Annii Libonis cos. 128, patrui imperatoris M. Antonini; cf. Borghesi, de fragm Const. G.A. 1829. Eius consobrina dicitur Lamprid. Comm. 5; cf. Galen. *de praecognitione*. Post Antoninum et Faustinam Commodum quoque commemoratum esse ob dignitatem eius probabile est. Unde nomen *Flaviae* Borgh. l. l. sumserit, mihi non liquet. Si ex solo titulo n. 3421, ego legere malim M. FIL. — Praefectus Pollio in locum Vindicis successit, qui in proelio contra Marcomannos ceciderat (Dio 71, 3), collega Bassaeo Rufo (Or. 3574, Kellerm. Vig. 42). — Vitrasium Pollionem, leg. prov. Lugdunensis, ad quem Hadrianus rescripsit, nescio, num pro eodem cum marito Anniae Faustinae habere liceat. Equidem pro patre eius eum habere maluerim, unde in recensendis Vitrasii honoribus legationem prov. Lugdunensis omisi.

5478. M · CLAVDIO · *ti* · F · *Quirina* ‖ FRONTONI · COS ‖ LEG · AVG · PR · PR · PROVINCIARVM · DACIARVM · ET ‖ SVPER · SIMVL · LEG · AVG · PR · PR · PROVINCIA*rum* ‖ DACIAR · LEG · AVGG · PR . PR · MOESIAE · SVPER ‖ DACIAE · APVLESIS · SIMVL · LEG · AVGG · PR · PR · PRO‖VINCIAE · MOESIAE · SVPER · [1]) COMITI · DIVI · VERI ‖ AVG · DONATO · DONIS · MILITARIB · BELLO · AR‖MENIACO · ET · PARTHICO · AB · IMPERATORE · AN‖TONINO · AVG · ET · A · DIVO · VERO · AVG · CORONA ‖ MVRALI · ITEM · VALLARI · ITEM · CLASSICA · ITEM ‖ AVREA · ITEM · HASTIS · PVRIS · IIII · ITEM · VEXILLIS ‖ IIII · CVRATORI · OPERVM · LOCORVMQ · PVBLICOR ‖ MISSO · AD · IVVENTVTEM · PER · ITALIAM · LEGEN‖DAM · [2]) LEG · AVGG · PR · PR · EXERCITVS · LEGIONARII ‖ ET · AVXILIOR · PER · ORIENTEM · IN · ARMENIAM ‖ ET · OSRHOENAM · ET · ANTHEMVSIAM · DVCTO‖RVM · LEG · AVGG · LEGIONI*s* · PRIMAE · MINERVI‖AE · IN · EXSPEDITIONEM · PARTHICAM · DEDVCEN ‖ DAE · LEG · DIVI · ANTONINI · AVG · LEG · XI · CL · PRAE‖TORI · AEDILI · CVRVLI · AB · ACTIS · SENATVS · QVAES‖TORI · VRBANO · X · VIRO · STLITIBVS · IVDICANDIS ‖ HVIC · SENATVS · AVCTOREM · IMPERATOREM · [3]) AV‖RELIO · ANTONINO · AVG · ARMENIACO · MEDICO ‖ PARTHICO · MAXIMO · QVOD · POST · ALIQVOT · SE‖CVNDA · PROELIA · ADVERSVS · GERMANOS ‖ ET · IAZYGES · AD · POSTREMVM · PRO · R · P · FORTITER ‖ PVGNANS · CECIDERIT · ARMATAM · STATVAM · ET [4]) ‖ IN · FORO · DIVI · TRAIANI · PECVNIA · PVBLICA · CEN · · · — Romae in foro Ulpio. Ex Mss. Ligorii Taurinensibus et Romanis Mai, Frontonis et M. Aur. epist. praef. p. XXII. Versus sex priores, quamvis a Ligorio corruptos, restitue ex titulo sequenti Dacico, quo ipsum monumentum ut genuinum defendit Borghesius, *Memorie dell' Inst. Arch.* p. 47; cf. *Annali* 1846, p. 346.

1) Versus priores legendo confusos ac nonnullos bis scriptos esse apparet. Nomen autem *Apulesis* a Ligorio in inscriptionem intrusum esse dixerim, si modo tantam eruditionem homini licet tribuere. Quapropter trium Daciarum nomina fortasse in titulo legebantur, qui ita fere restituendus est. *leg. Aug. pr. pr. provinciarum Daciarum trium Maluensis, Aurariae* (?), *Apulensis* (quae nomina, ni fallor, evanida male discernebantur), *simul leg. Aug. pr. pr. provinciae Moesiae superioris*. Hac autem legatione post mortem L. Veri functus est; id quod titulo n. 5479 confirmatur, quo

simplici G vox AVG scripta exstat. De nominibus trium Daciarum cf. ad n. 6919. 2) Novus in inscriptionibus honor, sed quem Ligorio tribuere minime audeam. Similes sunt *delectatores* provinciarum, gradus tamen inferioris, quippe qui e praefectis eligi soliti sint. Nec fraudi debentur, quae in sequentibus leguntur, *legatio exercitus legionarii et auxiliorum* cet., nec *legio I Minervia* ad expeditionem Parthicam deducta, licet in Dacico Frontonis titulo brevius concepto haec desiderentur, neque aliunde legionem illam in Germania tendentem bello Parthico interfuisse constet. 3) l. AVCTORE . IMPERATORE . M cet. 4) Dele ET.

5479. M · CL · TI · FILIO · QVIRIN*a* ‖ FRONTONICO · 1) LEG · AVG ‖ PR · PR · TRIVM · DAC · ET · MOES · SVP ‖ COMITI · DIVI · VERI · AVG · DONAT ‖ DONIS · MILIT · BELLO · ARMEN · ET · PARTH · AB ‖ IMP · ANTONIN · AVG · ET · A · DIVO · VERO · AVGVST ‖ CORON · MVRALI · ITEM · VALLAR · ITEM · CLASSIC ‖ ITEM · AVREA · ITEM · HAST · PVRIS IIII · ITEM · VEXILL · *iiii* ‖ CVRATOR · OPER · LOCORVMQ · PVBL · LEG · 2) I · MIN ‖ LEG · LEG · XI · CL · PRAETORI · AEDILI · CVRVLI · AB · ACTIS ‖ SENATVS · QVAESTORI · VRBANO · DECEMVIRO ‖ STLITIBVS · IVDICANDIS ‖ COL · VLP · TRAIAN · AVG · DAC ‖ SARMIZ · PATRONO ‖ FORTISSIMO · DVCI · AMPLISSIM ‖ PRAESIDI — *Hatzeg* Transilvaniae. Férussac, Bull. I, p. 299; vidit Neigebaur *Varhelii*, quae est Sarmizegethusa veterum.

1) Ita Neigebaur; corr. FRONTONI . CO*s*. 2) l. LEG . LEG.

5480. *m · statio* · M · F · CL · PRISCO ‖ *l*ICINIO · ITALICO · LEGATO · AVGVSTORVM ‖ PR · PR · PROV · CAPPADOCIAE · LEG · AVG*g* ‖ PR · PR · PROV · BRITTANNIAE · LEG · AVG*g* ‖ PR · PR · PROV · MOESIAE · SVPER · CVRATO*ri* ‖ ALVEI · TIBERIS · ET · CLOACARVM · VRBIS · C*os* ‖ LEG · AVG · PROV · DACIAE · LEG · LEG · XIII · G · P · F · LEG · LEG ‖ *x*IIII · GEM · MARTIAE · VICTRICIS · SACERDOTI · TITIALI ‖ *f*LAVIALI · PR · INTER · CIVES · ET · PEREGRINOS · TR · PL · QVAEST ‖ PROC · AVG · XX · HEREDITATIVM · PROV · NARBONENS · ET · AQVITA*n* ‖ *p*R · EQ · ALAE · I · PR · C · R · TR · MIL · LEG · I · ADIVTR · P · F · ET · LEG · X · *g* · P · *f* ‖ *e*T · LEG · IIII · GALLICAE · PRAEF · COH · IIII · LINGONVM · VEXILLO · MIL ‖ *d*ONATO · A · DIVO · HADRIANO · IN · EXPEDITIONE · IVDAIC*a* ‖ Q · CASSIVS · DOMITIVS · PALVMBVS 1) — Romae. Grut. 493, 1.

1) Titulum hic proposui, quia clarissimum belli Armeniaci et Parthici ducem eo celebratum vidi, cos. a. 159. Fuit autem legatus Cappadociae, quum sub auspiciis L. Veri contra Parthos bellum gereret; qui enim in imperio ei successit, Martius Verus, Καππαδοκίας ἄρχων a Dione (71, 24) appellatur. Daciae eum praefuisse titulis quibusdam Dacicis patet; cf. n. 5481. Borghesius (Giorn. Arcad. 1829, p. 224 de frgmm. Constantinianis) pro eodem cum eo Priscum quendam habet, quem legatum Britanniae milites quamvis recusantem imperatorem salutaverunt.

5481. I O M ‖ PRO SA‖LVTE ‖ IMP CAES ‖ *t* AEL HAD ‖ ANTONIN ‖ AVG · PII · P · P · ‖ STATIVS · ‖ PRISCVS ‖ LEG · EIVS · PR · PR 1) — *Zalathna* Transilvaniae Bull. Inst. Arch. 1848, p. 162.

1) cf. n. 5480 et Bull. 1833, p. 47 ex *Alterth. d. Oesterr. Monarchie* n. 387 (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.).

§. 19. L. AVRELIVS VERVS. LVCILLA.

N. 874: Nomen gentilicium Lucillae *Anniam* fuisse docet Borghesius, *Giorn. Arcad.* 1829, de fragmentis Const. agens; cf. Mionnet I, p. 379, n. 307.

N. 875: omissis variis lectionibus minoris momenti, id noto, neque apud Anon. Einsiedl. ed. Haenel, *Archiv f. Phil.* cet. V, 1, p. 127, neque apud Nicolaum Signorilium (de Rossi, *le prime raccolte* cet. p. 69), neque apud Grut 253, 2, a quo Smetii auctoritas laudatur, legi illud MAX, quo Hagenbuchius adductus est, ut pontificem maximum L. Verum agnosceret. Cf. tamen n. 5483. 5484.

N 877 susp.; cf. 886. 985.

5482. L · AELIO · AVRELIO ‖ COMMODO ‖ IMPERATORIS · CAESA‖RIS · T · AELI · HADRI‖ANI · ANTONINI ‖ AVG · PII · P · P · F ‖ D D · P P [1]) — *El Djem* in regno Tunetano. *Revue Archéologique* I, p. 818; cf. n. 5200.

1) Decurionum Decreto Permissu Proconsulis.

5483. IMP · CAESARI · DIVI · ANTON‖INI · F · DIVI · HADRIANI · NE‖POTI · DIVI · TRAIANI · PARTHI‖CI · PRONEPOTI · DIVI · NERVAE ‖ ABNEPOTI · L · AVRELIO ‖ *vero* · AVG · P · M · [1]) TRIB · POT ‖ COS · II · P · P [2]) ‖ *col* · AVG · TYNDARIT · [3]) D · D ‖ *curan*TE · M · VALE‖*rio* · *vital*E CVRATORE ‖ R · P — Tyndaride in Mus. Panormitanum illatus. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 59, 8.

1) Nota titulum *Pontificis Maximi* hoc monumento re vera L. Vero datum; quod quum in provincia factum est, mirum esse nequit. Quamquam prudentius Hydruntini egerunt, qui quum Augustis fratribus monumenta erigerent, ne Verum offenderent, in Marci quoque inscriptione pontificatum non commemorarunt; cf. Mur. 240, 2, 3, melius Mommsen, I. N. 442, 443. 2) De nomine *patris patriae*, quo L. Verum honoratum vides, licet nunquam eo usus sit, cf. Eckhel, VII, p. 70. 3) Tyndaris inter colonias Augustas a Plinio (III, 8, 90) commemoratur. Qui primus has inscriptiones publicavit, cl. Maggiore (in ephemeridibus quibusdam Panormitanis) scripsit TYNDARIT, i. e. Tyndaritanorum; Stephanius, qui eas mea causa exscripsit, TYNDARID . D; Borghesius l. l. TYNDARI pro TYNDARION legendum esse suspicatus est.

5484. IMP · CAESARI · DIVI ‖ ANTONINI · FIL · DIVI ‖ HADRIANI · NEP · DIVI ‖ TRAIANI · PARTH · PRoNEP ‖ DIVI · NERVAE · ABNEP ‖ L · AVRELIO · VERO · AVG ‖ PONTIF · MAX · [1]) TRIB · PoT · II · ‖ COS · II · P · P · COH · I · FL · CHA? · ‖ EO SAC[2]) SVB ATRIOIO ‖ CORNELIANO · [3]) LEG · AVG*g* ‖ PR · PR · PER · AELIVM ‖ HERCVLANVM PRAE*f* — Prope *Doneir* Syriae in parietinis castri Romani. Vidua, Inscriptiones antiquae tab. XXV.

1) cf. titulum praecedentem. 2) Borghesius, *Burbul.* p. 63 CHAL*cidensis* EQ*uitata* SAG*ittariorum* legendum esse censet, collato n. 6702. Sed in imagine a Vidua proposita exstat quod dedi; fortasse CHAM*avorum*? 3) l. ATRIDIO CORNELIANO, et cf. Capitol. M. Aur. 8; idem.

Ceionia Plautia soror L. Veri nominatur C. I. Gr. 5883 (*ΚΕΙΩΝΙΑ ΠΛΑΥΤΙΑ ΑΔΕΛΦΗ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ*); cf. Borghesi, Giorn. Arcad. 1829, fragm. Constant., et Cavedoni, Bull. Inst. Arch. 1852, p. 77.

§. 20. COMMODVS.

N. 884, v. 1 M . AVREL; vidi ipse.

N. 885 in marmore fictus adhuc Iaderae asservatur. Quem quum mea causa denuo exscriptum v. cl. Neigebaur mecum communicasset, Lanzam Iaderensium professorem de sinceritate eius consului; qui ipsam litterarum indolem nihil dubii relinquere affirmavit, quin spurius titulus sit.

N. 886, si genuinus est, initio certe versus 2 aliquid deest. Ceterum venit ex Boissardo, ut 877. 985.

N. 887, v. 2 SARMATICI deest apud Anon. Einsiedl. ed. Haenel l. l. p. 127. — Figlinas, de quibus Hagenbuchius p, 206, 207 agit, Marinius inter falsas vel suspectas retulit; Mss. Vat. susp. n. 15.

5485. I · O · M ‖ HELIOPOLITANO ‖ *ΚΟΜΜΟΔΩ* ‖ *ΑΝΔΡΙ ΒΑCΙΛΙ-ΚΩΤΑΤΩ* ‖ *ΑCΙΙΙCΤη*(?)*τῆς* ‖ *ΟΙΚΟΥΜΕνης* ‖ IMP CAES M AVR COMMODO ‖ ANTONINO PIO · IIIICI[1]) AVG ‖ SARM GERMANICO ‖ TRIB · POT · XI · IMP · *viii · cos · v · p · p ·* ‖ M · ANTONIVS · M · F · GAB*al*A ‖ CL · AVG · QVI · · IFC . DIVS ‖ CISTIBER · 2) DEDIC · V · C · *a · dcccccxxxix* ‖ IMP · COMMODO · A*nt*ONINO · PIO ‖ FELICE · AVG · V̄ · M' · ACIL · GLABRIONE ‖ ĪĪ COS ‖ III · K · DEC[3]) — Romae, in columella valde detrita, inter monumenta a Sartio v. c. olim collecta, quae nunc in Capitolio asservantur. Apographum Amatii a Borghesio mecum communicatum ipse cum archetypo contuli. Supplementa sunt eiusdem v. c.

1) i. e. *felici*. 2) *Claudialis Augustalis* esse videtur; litterae enim CL . AVG, satis clare distinguuntur. Quae quum ita sint, ad Romam titulus vix potest pertinere. — In iis, quae sequuntur, omnia incerta, neque quod Amatius proposuit, QV*inq*. REG*ionib*VS probari potest. 3) a. 186.

5486. IMP CAESAR M AVRELIVS COMMOD ‖ ANTONINVS PIVS FELIX AVG SAR‖MATICVS MAXIMVS BRITTANICVS ‖ PONTIFEX MAXIMVS TR POTES‖TATIS XI · IMP VIII COS V P P[1]) DIVI ‖ M ANTONINI PII FILIVS DIVI PII NEPOS ‖ DIVI HADRIANI PRONEPOS DIVI ‖ TRANI (sic) PARTICHI (sic) ABNEPOS DIVI NER‖VAE ADNEPOS NOBILISSIMVS OM‖N*iu*M ET FELICISSIMVS PRINCIP ‖ RESTITVIT ‖ VĪĪ — In via quae a Rusicadi Cirtam ducit. *Journal des Savants* 1847, p. 729; *Exploration de l'Algérie, Archéol.* pl. 49, 3.

1) a. 186.

5487. IMP · CAE*s · m · commodus an*‖TONINVS · AVG · PIVS · SAR · *germ* ‖ BRITT · PONT · MAX · TRIB · POT · *viiii* ‖ CON · IĪĪĪ · P · P · [1]) RIPAM · OMNEM · RV · · · · ‖ · · · *m*OLE EXTRVCTIS ITEM PRAE*si*‖DIS PER LOCA OPPORTVNA AD ‖ CLANDESTINOS · LATRVNCVLO‖RVM · TRANSITVS · OPPOSITIS ‖ MVNIVIT · PER · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · · · · — Rep. *Buttae* regionis *Stuhlweissenburgensis*, nunc Pestini. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 34.

1) a. 184. 2) RV*pibus pro m*OLE ?

5488. L · FVLVIO · C · F · POM · · · · · · · · · · · · · ‖ BRVTTIO · PRAESENTI · MIN · · · · · · · · · · ‖ VALERIO · MAXIMO POMPEIO · L · · · · · · · · · · ‖ VALENTI · CORNELIO · PROCVLO · · · · · · · · · · ‖ AQVILIO · VEIENTONI · COS · ĪĪ · PR*ocos · prov ·* [1]) · · · *patri* ‖ *cRi-s*PINAE · AVG · SOCERO · IMP · *caes · commodi · aug · sodali* ‖ HADRIANIALI (sic) SODALI ANTONIN*iano · veriano* ‖ MARCIANO · COMITI · IMPP ANT*onini et commodi augg* ‖ EXPEDITIONIS · SARMATICAE · P*raetori · tr · pl · quaes*‖TORI · AVG · TR · MIL · LEG ·

III · GALLIC · *donis · milit · donato* ‖ AB · IMP · DIVO ANTONINO AVG · P*io* · · · · · · — Volceis. Grut. 1095, 1; corr. Mommsen, I. N. 217. Ipse restitui. Cf. Or. 884.

1) Vel ob iteratum consulatum PR*aef. urbi.*

5489. D · M · ‖ IVL · VICTOR · MARTAL · F ‖ OB · AN · LV · ‖ BESSA · IVVENIS · F · VX 1) Θ · AN xL ‖ NOVELLA · ESSBINI · F · OB · A · XVIII ‖ VICTORINVS PARENTIB ‖ ET CONIVGI · E · VICTORINAE ‖ FIL · FECIT ‖ H · QVI · PER · LVEM · VITA · FVNCTI · SVNT · MAMERTINO · E RVFO COS 2) ‖ ET · AVR · IVSTINO · FRATRI ML ‖ LEG · II · ITAL · STIPEND · X · Θ · A · XXX — *Mauerkirchen* Bojoariae, nunc in Antiquario Monacensi. Hefner, *R. Denkm. Oberbaierns*, XVII (*Oberb. Arch.* VI.)

1) VX*or.* 2) a. 182. De pestilentia Marco et Commodo imperatoribus pluries Romae et per provincias sparsa loquuntur et Dio (e. g. 72, 14) et Capitolinus (Ant. Philos. 13. 17; L. Verus 8).

§. 21. P. HELVIVS PERTINAX. — DIDIVS IVLIANVS. — CLODIVS ALBINVS.

N. 896, v. 5 extr. SEN, i. e. *senatus*; v. 7, 8 VIRTVTVVM (sic); v. 10 pro *proc. l.* PR . C, i. e. *praetore . C.* cet. Praetores Capenatibus fuisse satis constat; cf. Or. 3687. Haec ipse vidi in Mus. Capitolino; quae in latere dextro exstant, non vidi, quum muro inserta sint. In quibus tamen ex Fabr. 686, 99 et Guasco n. 93 corrige v. 11 APRIL, v. 12 CVR . P . SEXTILIO . PROSPECTO.

N 901 genuinus mihi videtur esse.

5490. I · O · M · ‖ ET · MARTI ‖ CVSTODI ‖ P · HELVIVS ‖ PERTINAX ‖ PrAEF 1) — Sirmii (*Mitrovitz*). *Akerth. d. Oesterr. Monarchie* n. 382 (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.); Bull. Inst. Arch. 1833, p. 47; Cardinali, *Dipl. mil.* n. 364.

1) Is est, qui postea imperavit, quem militia equestri maiores honores assecutum esse scimus; cf. Capit. 2.

5491. IMP CAES P HEIILVIO PEREVAIICE 1) AVG P P TRIB P ‖ COS II I 2) NAEVIO ‖ QVADRATIANIIO /EG AVG PR ‖ PR *a* LAMBAESE ‖ IMP 3) ‖ VIIII — *Sbah-Meghata* Africae. Renier, *Arch. des miss.* 1851, p. 44, qui ipse non vidit.

1) corr. PERTINACE, R. 2) corr. L, id. 3) corr. M . P, id.

§. 22. L. SEPTIMIVS SEVERVS CET.

N. 902 e ms. Gualteri rest. Marini, *Atti* p. 144; post eum Mommsen, I. N. 1421: . . . . F . CLASSETIVS . . . . . ‖ . . . . C . V . NATVS . IIII . IDVS *mart* ‖ ANNIO . LARGO . PRASTIN*a me*‖SSALLINO . COS . VITA . FVNCT*us v* ‖ IDVS APRIL . IMP . ANTONIN*o aug* ‖ III *et geta nobiliss. caes. ii* ‖ COS . ANN . LXI . DIES . XXVIII ‖ MORTVVS . VIXIT . EX . MENS*e oct* ‖ IMPP . SEPTIMIO . SEVERO . *iii et m* ‖ ANTONINO . COS . ANNIS . *v* . *men*‖SIBVS . VI . ADLECTVS *est inter* ‖ PRAETORIOS . A . DIV*o commodo.*

N. 904, v. 6 HADRIANI; v. 7 PATRICI; v. 8 NERVE; v. 12 TRI . POT . IIII; Bull. Inst. Arch. 1845, p. 60, 9. Vidi ipse.

N. 907, quamquam a Mommsenio receptus (I. N. 1410), mihi tamen maxime suspectus. Praeter insolitam loquendi rationem nota et cognomen Severo deesse, et

impp. caess. titulos, iocum autem verborum, qualem voces BONEVENTO et *Benevento* offerunt, falsariorum ingeniis summopere placuisse. De Vita quidem titulum sub ponte fluminis *Calore* exstare narrat; sed ipse locus indoli monumenti parum convenit.

N. 908 pro priore *parth. max.* l. PERTINAX.

N. 912 post AVG dele P.

N. 913, v. 1 PARTH; v. 3 verba inde a III usque ad finem versus in litura posita sunt, eraso Getae nomine; item v. 5; v. 6 ARGENTARI; BOARI; verba LOCI QVI INVEHENT minoribus litteris in litura scripta sunt, in qua antea LOCI litteris maioribus exaratum fuisse apparet; cf. Kellermann, Or. Anal. epigr. p. 36. V. ipse.

N. 915 satis accurate exscriptus, nisi quod versus alio modo in monumento divisi sunt, et pro FIL legitur F, nomina vero Severi plenius indicata sunt: AVGVSTO ‖ ARABICO . ADIABENICO ‖ PARTHICO. Vidi ipse Maceratae in aedd. publ.

N. 919, not. 1. Hadria natus.

N. 922, v. 4 deest ET (?); v. 8 LEGG . I . M; v. 12 VII; v. 13 VICTORINO; v. 15 ARISTO . VLPIANO; Labus, *marmo di C. Giulio Ingenuo* p. 23; Millin *voyage* I, 519; not. 5 *Clarissima Femina* SVA, sc. uxore.

5492. IMP CAES DIVI M ANTo‖NINI PII GERMANICI SARMA-‖TICI FIL DIVI COMMODI FRA‖TRI DIVI ANTONINI PII NEPO‖TI DIVI HADRIANI PRONEPOTI ‖ DIVI TRAIANI PARTHICI ABNE-‖POTI DIVI NERVAE ADNEPOTI SE*p*‖TIMIO SEVERO PIO PERTINACI AVG ‖ ARABICO AZABENICO 1) PARTHI‖CO MAXIMO PONTIFICI MAXIMO ‖ FORTISSIMO FELICISSIMO TRIB ‖ POTEST VI IMP XII COS II 2) P P ET ‖ IMP CAES SEPTIMI SEVERI PII PER‖TINACIS AVG ARABICI AZABENICI 1) PARTHICI MAXIMI FORTISSIMI FELI‖CISSIMI FILIO DIVI M AVRELI ANTO‖NINI GERMANICI SARMATICI NE‖POTI DIVI ANTONINI PII PRONEPO‖TI DIVI HA*dria*NI ABNEPOTI DIVI ‖ TRAIANI PARTHICI ET DIVI NERVAE ADNE‖POTI M AVRELI*o* ANTONIN*o* AVG ETEST 3) ‖ . . . . *col* · NERVIANA AVG ‖ MARTIANVS VE‖ERNORVM SITIFEN 4) ‖ PR IIII — Sitifi. *Journal des Savants* **1847**, p. **732**; *Exploration de l'Algérie*, Archéol. pl. 85.

1) Litterae ZA pro DIA positae; cf. 4432. 2) corr. IMP . XI, cf. Eckhel VII, p. 193; a. 198. 3) corr. ET L SE*ptimio getae nobilissimo caesari*. 4) corr. MARTIANA VETERANORVM; cf. n. 5335.

5493. *pro sal · imp · caes · l · s*EPTIMI SEVERI ‖ *pii pertina*CIS · AVG · ARABC ‖ *adiab · parth · max · pont* · MAX · TR · POT · X · 1) IMP · XI ‖ *cos · iii · p · p · procos* · PROPAGAT · IMPERI · ‖ *fortissimi · fe*LICISSIMIQ PRINCIPS · ET ‖ *imp · caes · m · aure*LI ANTONINI PII · FELICIS ‖ *aug · pontif* · (?) TR · POT · V · COS · PROCOS ‖ *fortissimi · fe*LICISSIMIQ · PRINCIPS · ET ‖ *p · septimi · getae* · INDVLGENTSSMI AC FORTSSIMI 2) CAES ‖ *principis* · IVVENTVTIS · AVG 3) — Rusicadi. *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. **30**, **1**.

1) a. 202. 2) Verba *indulg. ac fort.* minoribus litteris in litura scripta sunt, in qua Getae nomina et honores antea legebantur. 3) AVG postea additum; Geta enim anno demum 209 Augustus dictus est.

5494. P PORCIO OPTAT*o* ‖ FLAMMAE C P FIL ‖ · · PORCI OPTATI FLAMMA*e* ‖ C · V · PRAETORIS INTER TRIBVNT ‖ ADLECTI

QVAESTORIS PRO*vin*‖CIAE BAETICAE SACERDOT*io* FLAVIALI · ṪTIAL · IVDICIO DOM*i*‖*ni* N̄ SANCTISSIMI ET FORṪSSI*mi* ‖ IMP CAES · L · SEPTIMI SEVER*i* ‖ *per*TINACIS AVG PII EXOR*nati* ‖ LEGATI AB AMPLISSIMO *Sen*‖*atu* AD EVNDEM DOMINVM ‖ *i*MP · IN GERMANIAM · ET ‖ *ad* ANTONINVM CAES ‖ *im*P DESṪNATVM IN PANNONI‖*am* MISSI [1]) OB DEBITAM PIETAT*em* ‖ MEMORIAE EIVS ‖ C VOLVMNVS MARCELLVS C*Ae*‖LIANVS · EQ · PVBL · EXORNAT ‖ POSVIT — Cirtae. Clarac, *Musée*, Inscr. pl. LXXV, n. 31. Ipse rest.

1) a. 196, quo Pescennio devicto, Byzantio expugnato, Severus, dum per Pannoniam adversus Albinum in Galliam exercitum ducit, Viminacii filium Caesarem dixit (cf. Eckhel VII, p. 174, 179). Hunc in Pannonia relictum esse, quum pater per Germaniam ad expeditionem Gallicam profectus esset, hoc titulo docemur.

5495. ISIDI REG ‖ OB REMISSA · EXAC ‖ INLIGA [1]) POPVLO ‖ A MAX · IMPERAT ‖ SEVERO ET ANTONIN ‖ AVGG ‖ C · SVBVL- NIVS · FA‖VSTINVS · V · S · L · M — Basis marmorea rep. cum octo aliis a. 1772. Florentiae ad D. Florentii. *Nov. lett. Fior.* 1773, p. 221; Bull. Inst. Arch. 1839, p. 184, 1; v. Mommsen.

1) OB REMISSA EXAC*ta* INLIGA. Borghesius, Bull. l. l., verbum *liga* cum *lega* Italorum componendum atque ad monetam referendum esse suspicatus est.

5496. PRO · SALVTE · VICTORIA · ET ‖ REDITV · IMPP · CÆSS · L · ‖ SEPTIMII · SEVERI · PERTINAC‖IS · ET · M · AVRELI · ANTONINI ‖ E [1]) P · SEPTIMII · GETAE · [2]) PIORVM ‖ AVGGG · ET · IVLIAE · DOMNAE ‖ AVGVSTAE · MATRIS · AVGG · ET ‖ *ca*STRORVM · Q · AIACIVS ‖ *mo*DESTVS · CRESCENTIA‖*nus* [3]) LEG · · · G · · OIV · · · [4]) ‖ · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · · — *Grosskrotzenburg* ad Moenum, prope Hanoviam. Steiner, I. Rh. n. 213; corr. I. R. Dan. et Rh. I, n. 618.

1) Ita corr. pro E. 2) Getae nomen abrasum adhuc legitur. 3) Cognomina rest. Borghesius, I. R. p. 3. 4) Idem l. l. a Kellermanno apographum se accepisse ait, quo LEG . G . . . . legebatur, unde LEG*atus Germaniae* supplet. St. litteram G alio loco pouit, neque tamen tradit, utrum ex exemplo Kellermanniano eam receperit, an denuo titulum exscripserit. Si recte legit, recte quoque restituit: LEG . *au*G*ust*ORVM *pr. pr.*

5497. QVOD · EVIDENTI · IN*signique sua pru*‖DENTIA · DOMINI · N*ostri severus et* ‖ ANTONINVS · PII . AV*gusti et iulia augu*‖*sta* CVM *illis sustulerint* [1]) *omnes* ‖ PARRICIDIALES · INSID*iatores* ‖ HELICO · LIBERTVS · EORVM ‖ DONVM — *ὅτι διὰ τῆς ΙΔίας ἑαυτῶν προνοίας τῆς ‖ ΕΝΑΡΓΕΣΤΑΤΗΣ ΕΠΙΦανεστάτης τε οἱ κύριοι ‖ ΗΜΩΝ ΣΕΟΥΗΡΟΣ ΚΑΙ ΑΝτωνεῖνος οἱ εὐσεβέσ‖ΤΑΤΟΙ ΤΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ καὶ μετ' αὐτῶν ‖ ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ ΠΑΝΤΑς ἠφάνισαν τοὺς ‖ παῖΔΑΣ ΤΩΝ ΑΝΟΣΙΩΝ ἐπιβουλευτῶν ἙΛΙ‖ΚΩΝ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣ ΑΥτῶν ἀνέθηκεν.* Ephesi. C. I. Gr. 2971; rest. Boeckhius.

1) *sustulerunt*, B.

5498. GENIO · EQ · SING · AVGGG · NNN · [1]) ET ‖ HERCVLI · INVICTO · PRO · SALVTE ET ‖ VICTORIA · ET · REDITV . IMPP · CAESS ‖ L · SEPTIMI · SEVERI · PII · PERTINACIS · AVG · ET ‖ M ·

AVRELI · ANTONINI · PII · FELICIS · AVG · ET ‖ P · SEPTIMI GETAE · NOBILISSIMI · CAES · ET ‖ IVLIAE · AVG · MATR . AVGG · ET · KASTR · ET ‖ P · FVLVI · PLAVTIANI PR · PR · C · V · 2) ET · NECES‖SARI — Romae in horreis Vaticanis. Ann. Inst. Arch. 1850, p. 35. Litterae punctis indicatae abrasae quidem sunt, sed adhuc leguntur.

1) EQuitum SINGularium. 2) Plautianus ut praefectus praetorio *eminentissimus vir* erat; sed propter consulatum bis gestum *clarissimum* eum appellatum esse credo. Mentio eius in alia inscriptione simili fit (n. 5508), et *procuratorem ad bona Plautiani* habemus n. 6920; praeterea v. 934. 935.

5499. DIVO · PI‖O · SEVERO ‖ PVBLICE ‖ D · D — Atinae. Mommsen, I. N. 245, ubi v. ceteros.

5500. *divo* ‖ SEVERO ‖ PATRI ‖ ANTONINI ‖ PII · FELICIS ‖ AVG ‖ *tu*SCVLAN*i* — In valle *Grottaferratae* agri Tusculani, in parietinis aedis cuiusdam. Bull. Inst. Arch. 1840, p. 161.

5501. *d* M ‖ · · · · *statilio*1) · · · *f* · BARBARO · COS2) ‖ · · · · · · *leg* · AVGG . GERM . SVPER ‖ · · · · · *l*EG · AVGG · 3) PROV · THRAC ‖ *donato · donis · mil · b*ELLO · PARTH · MESOP4) ‖ *praet* · · · · *q* · PROV · AFRIC · TR · LATIC ‖ *leg* · · · · · · *xvir stli*T · IVDIC · SEVIR · EQ · ROM ‖ *coniugi · be*NEMERENTI ‖ · · · · · · · · ARCIANA · C · F — Rep. Romae in D. Pauli. Borghesi, *Giorn. Arcad.* 1830, XLVI, 137, p. 174.

1) Nomen Borghesius ex nummis quibusdam in Thracia signatis eruit. 2) Cos. suff. anni incerti. 3) Severum et Caracallum intellige. 4) Ita bellum contra Parthos a Severo gestum a bellis Traiani et L. Veri distinguitur. Severus ab ipsa expeditione Parthica redux eam Mesopotamiae partem subiecit, quae Arabia quoque scenitica appellatur; inde nomen sumptum est; l. l.

5502. Mentio *Aemilii Papiniani* pr. pr. Severi, iuris consulti summi, exstat Mur. 351, 1, infra n. 5603.— Ex claris Septimii Severi ducibus praeter Claudium Candidum (cf. ad 798) Fabium Cilonem et Marium Maximum laudo, ad quorum alterum nobilissima spectat basis Antii adhuc asservata (Grut. 407, 1 = Mar. I. A. n. XL; cf. Gr. 407, 2, Mar. I. A. XLI), ad alterum titulus, quem anno 400 Muratorius 397, 4 tribuit: L · MARIO · L · F · QVIR ‖ MAXIMO · PERPETVO ‖ AVRELIANO COS1) ‖ SACERDOTI · FECIALI · LEG · AVGG · PR · PR ‖ PROVINCIAE · SYRIAE COLAE · LEG · AVG · PR · PR ‖ PROVINCIAE · GERMANIAE INFERIORIS · ITEM ‖ PROVINC · BELGICAE · DVCI · EXERCIT · MYSIA‖CI2) APVD BYZANTIVM ET APVD LVGDVNVM ‖ LEG · LEG · I · ITALIC · CVR · VIAE LATINAE ‖ ITEM REIP · FAVENTINORVM · ALLECTO IN‖TER PRAETORIOS · TRIB · PLEB · CANDIDATO ‖ QVAESTORI · VRBANO · TRIB · LATICL · LEG ‖ XXII · PRIMIG · ITEM III · ITALICAE ‖ IIII VIARVM3) CVRANDARVM ‖ M · IVLIVS · ARTEMIDORVS · 7 ‖ LEG · III · CYRENAICAE — Romae. Ad eundem pertinent fragmenta Veliterna apud Card. Iscr. Velit. 35 et 39, porro Mur. 354, 4. 719, 2 et 2023, 6, ex quibus tituli Ligoriani 354, 5 et 719, 1 conficti sunt.

1) a. 195. Postea iterum fasces gessit a. 223. A Macrino Augusto urbi praefectus est (Dio 78, 14; cf. Mur. 454, 4; 2023, 5), et Asiam atque Africam pro con-

sule eum rexisse titulis antea laudatis constat; cf. Borghesi, G. A. 1824, XXII, 64, p. 115 sqq. — Idem historiarum scriptor est, qui a scriptoribus historiae Augustae toties commemoratur. 2) i. e. legionum in provincia Moesia tendentium, ubi legio I Italica, cuius ille legatus erat, castra habebat. Iis igitur in obsidione Byzantii et in bello contra Albinum gesto Marius praefuit. 3) l. IIIIVIR . VIARVM cet.

§. 23. IVLIA DOMNA. CARACALLVS. GETA.

N. 923, cf. Mur. 1088, 2.

N. 926, v. 2 PROCONS; v. Mommsen.

N. 929 rectius explicatur ad n. 1709, ubi denuo legitur; minime enim ad imperatorem pertinet, sed *M. Aurelius Claudia* (tribu) *Pompeianus* monumentum fecit. — Pro K (v. 7 extr.) fortasse ID; Steiner, I. Dan. et Rh. I, n. 639.

N. 932, partis inferioris v. 3 PART; GERM . MAXIMVS; descr. Abeken.

Nn. 934, 935: in monumento antea allato (n. 5498) equidem cum Mommsenio *Publii* praenomen legere mihi visus sum; bene tamen tenendum est, ibi nomen Plautiani erasum esse, ita ut error quidem lectioni nostrae subesse possit. Quamquam in inscriptione quoque a Marinio aeri incisa ipsa illa littera vetustate corrupta est. In v. 2 tituli n. 934 recte exhibetur CONS*ulis*, sc. *uxor*.

N. 938, v. 3 SEP; v. ult. dele COLL . AVRAR. Arneth, *R. Meilensteine (Beschr. des k. k. Münz- u. Antiken-Kabinets)*, n. 10.

N. 941, v. 1 AVGG, Cod. Pighianus Berolinensis; not. 3 explica *Piae Vindicis*.

5503. M · AVRELIO ‖ ANTONINO ‖ CAES · IMP · ‖ L · SEPTIMI ‖ SEVERI · PII ‖ PERTINACIS · AVG ‖ ARABICI · ADIABENICI ‖ P · P · FILIO — Rep. Ostiae, nunc in Mus. Lateranensi, Bull. Inst. Arch. 1845, p. 61, 11.

5504. M · AVRELIO ‖ ANTONINO ‖ CAESARI ‖ IMP · CAESARIS ‖ L · SEPTIMI · SEVERI ‖ PII · PERTINACIS ‖ AVG · ARAB · ADIAB ‖ P · P · PONT · MAX · TRIB ‖ POT $\overline{IIII}$ · IMP · $\overline{VIII}$ · COS ‖ $\overline{II}$ ·1) PROCOS · FILIO ‖ COL · AVG · PVTEOL — Puteolis ad D. Francisci, l. l. n. 10; Mommsen, I. N. 2493.

1) a. 196, quo Bassianus Viminacii Caesar a patre dictus erat, cui et ipsi Puteolani monumentum fecerunt; I. N. 2492.

5505. IMP CAES M A*urelio* ‖ SEVERO ANTONINO PI*o fel* ‖ AVG DIVI SEPT SEVER PII *pert(inacis)* ‖ ARAB ADIAB PART M BRT M ‖ AVG ET IVLAE DOM AVG MA*t*‖R*i*S CASTROR ET SENAT PE1) PA*triae* ‖ FILIO DIVI ANTONIN PII GER SAR NEP *divi* ANTONIN PII ‖ PRONEP DIVI HADR ABNEP ‖ DIVI TRAI PART ET DIVI NER‖VAE ADNEP · PART · M · BRI2) GERM ‖ P M TR P XVIII IMP III COS ‖ IIII3) P P PROS4) RP SITFENSI‖VM NER ANTONINIANOR MIL ‖ CONSEII5) — Sitifi. Exploration de l'Algérie, Archéol. pl. 85, 2.

1) corr. ET. 2) corr. BRT. 3) a. 215. 4) corr. PROC. 5) R*es*P*ublica* SITIFENSIVM NER*vianorum* ANTONINIANORVM MIL*iarium*, ut est in titulo Sitifensi l. l. n. 3. — CONSEI in utroque titulo obvium pro *consecravit* haberem, nisi indoles monumenti obstaret; at certa mihi quidem esse videtur interpretatio vocis MIL, praesertim quum in fine alterius tituli litterae quaedam mutilae exstent A S E T M P, in quibus notam loci latere puto; fortasse A SET*ifi* M*ilia* P*assuum* . . . . Habemus aliud quoque miliarium mutilum, quo COL*onia* NE*rviana veter*ANOR SETIF*ensium* exhibetur cum hac nota: A SITIFI MIL PASS $\overline{III}$; l. l. n. 4.

5506. IMP CA*es* M AVRELIO SEVERO ANTONINO PIO FELICI AVG ‖ PARTH*ic*O MAXIMO · BRITANNICO MAX · GERMANICO MAX ‖ PONT *ma*X · TRIB · *p*OT · XVIIII · COS · IIII · IMP · III · [1]) P · P · PROCoS ‖ ET IVLI*ae* DOMNAE PIÆ FELICI AVG · MATRI · EIVS ET SENATVS ET PA‖TRIAE · ET · *cas*TRORVM · ET DIVO SEVERO AVG PIO PATRI · IMP · CAES · M AVRELI SE‖VERI AN*tonini* PII FELICIS AVG · ARCVM TRIVMPHALEM A SOLO · D · D · RES · P · FECIT — Cuiculi (*Djemila*). *Exploration de l'Algérie, beaux arts*, vol. I. pl. XXXV, 3.

1) a. 216.

5507. IMP · CAES · M · A*ur* · *anton* ‖ PIO · FEL · *augusto* ‖ GERM · PON · MAXIM · ‖ ET · IVLIAE · AVG · MATRI · ‖ CASTRORVM · ‖ OB · VICTORIAM ‖ GERMANICAM[1]) — *Meimsheim* Würtembergiae rep. 1838. *Kunstblatt* 1838, p. 146; Bull. Inst. Arch. 1838, p. 164; Stälin, *Würtemb. Gesch.* I, p. 41; Steiner, I. Dan. et Rh. I, n. 6.

1) Nomen Germanici Caracallus anno 213 assumpsit, quo in Gallia commoratus est. De bello eius Germanico narrat Spartianus (c. 6), tempore male indicato. Inscriptio VICTORIA GERMANICA in nummis anni modo indicati legitur; Eckhel VII, p. 211; cf. p. 222.

5508. HERCVLI · INVICTO · SACR ‖ GENIO · NVM · EQ · SING ‖ AVGG · NN · PRO · SALVTE ‖ IMPP · CAESAR · L · SEPTIMI ‖ SEVERI · ET · M · AVRELI · AN‖TONINI *et* · *p* · *septimi* · *getae* · *n* · *caes* ‖ ET · IVLIAE AVG · MATRI ‖ CASTROR · ET · AVG · *et* · *caes* ‖ *et* · *p* · *fulvi* · *plautiani*[1]) ‖ *pr* · *pr* · *c* · *v* · *et fulviae* ‖ *plautillae aug totiusq* · DO‖MVS · DIVINE · TRIB ‖ OCCIO · VALENTE · ET · L · OCTAVIO ‖ PISONE · ET 7 7 EXSERC · [2]) FL ‖ TITIANO · ET · AVR · LVPO ‖ C · IVLIVS · SECVNDVS ‖ VEXIL · ERE · SVO · DEO · DD · D — A latere sinistro: DEDIC · IDIB · SEPT ‖ SEVERO · III · ET · ANTONINO AV‖GG · NN · COS [3]) — Romae rep. prope basilicam Lateranensem. Mur. 349, 2; cf. Mar. Atti p. 300.

1) cf. n. 5498 et annotationem meam ad nn. 934. 935. 2) *centurionibus exercitatoribus*, de quibus vide quae in Annall. Instit. Arch. 1850, p. 43 sq. exposui. 3) a. 202.

5509. FVLVIAE · PLA*utillae* ‖ AVG · SP*onsae* ‖ IMP · M · AVRELI · AN*tonini* ‖ AVG · ET · NV*rui* ‖ IMP · L · SEPTIMI · SEV*eri* ‖ PERTINACIS · *augusti* ‖ RES · P · CVR · SAB · EX · D*ec* · *c* · *vir* ‖ CVR · REI · P · M · VLPIO · · · · · ‖ IIII · VIR · L · FLAVIO · BRO · · · ‖ M · ANIO · · · · — Lapis effossus anno 1774 in colle nuncupato *degli Arci* prope Cures Sabinas. Vidi in Mus. Vaticano. Cf. n. 3739, et quae ibi adnotavi. Duo versus priores scalpro deleti sunt, sed leguntur.

5510. IMPP · L · SEPTIMI SEVERI ET M · AVR · ANTONINI AVGG ET GETAE CAESAR ‖ SVB CVR RAT PROC [1]) VENVST AVGG LIB EX OFF [2]) T FLAVI TIRIDATIS LIB — In tubo plumbeo Ostiae reperto. Marini, Ms. Vat. de figulinis cet. *tubi di piombo* n. 32a; nisi potius a Borghesio, cuius apographo usus sum, haec inscriptio Marinianis adiuncta est.

1) CVRa RATionalis et PROCuratoris. 2) OFFicina.

5511. IMPP • M AVRELI ANTONINI • ET • P · SEPTIMI GETAE • AVGG[1]) SVB CVRA RAT • Ɛ VICTORIS PROC · AVGG · LIB · EX · OFF EPICTETI LIB — Ibd. item, n. 32b.

1) Titulum Getae Augusto dedicatum v. n. 3739.

§. 24. MACRINVS. DIADVMENIANVS.

N. 943 paullo accuratius apud Arneth, *R. Meilensteine* n. 12, qui Ɛ, ANTONINVS, IVVENTVTIS exhibet, in explicandis notis SC cet. parum felix.

N. 944 init. M; in fine PRINC . IV . . . . ; Marini, Ms. Vat. cit. n. 36.

5512. M OPELLI MACRINI PR PR C V[1]) — Rep. Romae prope aedem Lateranensem. Marini, Ms. Vat. cit. n. 33; Mur. 480, 7.

1) Macrinus a. 212 praetorio a Caracallo praefectus est, Papiniano interfecto; cf. Spart. Carac. 8 (Dio 78, 11), quamquam Tillemont, *hist. des empereurs* III, p. 124 conferendus est.

5513. M · OPELLI DIADVMENIANI C P[1]) — Ibd. Marini, l. l. n. 34; Mur. l. l.

1) *Clarissimi Pueri*; Mar. Atti p. 550.

§. 25. IVLIA SOAEMIAS. IVLIA MAESA. ELAGABALVS.

N. 946 in parte Graeca litterae TI nexu iunctae sunt; v. 3 *ΒΡΙΤΑΝΝΕΙΑΣ*. In Latinis v. 2 BRT; RATONIS; PRAEFF; v. 3 C . V; LEG . LEG; v. 5 SOAEMIAS; v. 6 FILIS. V. ipse in Mus. Vat.

N. 948, v. 3 post PII deest F.

N. 951. Non sine causa ipse Muratorius dubitabat essetne genuinus (250, 3); neque enim v. 1 CAES deesse potest, neque ante trib. pot. XVI imp. II Caracallus dicitur. Mihi tamen lapidem evanidum male exscriptum esse probabile est; nam insunt quaedam, quae falsarius minime excogitaverit, e. g. nomen Parthici maximi datum omissis PII et FELICIS appellationibus, quas post illud eum assumpsisse constat (Eckhel VII, p. 221). Quare si in v. 1 post IMP inserueris CAES, numerum vero II ex v. 3 ad finem v. 2 transtuleris et IMP illud v. 3 ad Severum potius, quam ad Caracallum, retuleris, nihil suspecti titulus continebit. Quod enim Parthici nomen in nummis cum tertia demum potestate tribunicia iungitur (Eckhel l. l.) nihil impedit, quum pater eo antea iam usus sit, ita ut filium quoque Parthicum nominatum esse credere possis, priusquam in nummis eo nomine honoraretur.

5514. IMP CAESA*r m* AVREL · *antoninus pius fel* ‖ AVG *summus sacerdos dei solis elagabali*[1]) ‖ *pont · max* · *t*RIB · P · *iiii* COS *iii* P P ƊVI *antonini mag f* ‖ DIVI · SEVER · NEP · *et m · aurel · alexander nob* ‖ CAESAR IMPER*i heres* · · · · · · · · ‖ ALÆ II ASTVR*um* VE*tus*XT*e collapsum restitu*‖ƎRVNT PER MARIVM VALERIA*num leg aug pr pr* ‖ INSTANTE SETIMIO NILO PRAEF · · · · · · · ‖ DƎDICAVM · III · KAL · NOVEM GRATO ET SELE*uco cos*[2]) — *Walwick Chesters*; Archaeologia Aeliana p. 124, tab. VI; rest. Borghesius, Bull. Inst. Arch. 1851, p. 76.

1) cf. Eckhel, VII, p. 250. 2) a. 221. Prioris anni titulus eodemque modo restituendus *Anguillarae* a Nibby commemoratur, *Dintorni*, I, 151:

5515. *imp . caes . m . aurelio anto*‖*nin*O · PIO · *felici · aug · summo · sacerd · dei · solis · ela*‖*gaba*L*i* · PONTIF · MAX · TRIB · POTEST · IIII *cos · iii · p · p* ·[1]) *et* ‖ *iuliae* MAESAE · SANCTISSIMAE · AVG · AVIAE

IMP · *caes* ‖ *m* · *aurelii* · *antonini* · *pii* · *felicis* · *augusti* ‖ · · · IVS · LAETVS · DICATISSIMV*s numini eorum.*

1) cf. Eckhel VII, p. 249 sqq.

5516. IVLIAE MAESAE ‖ AVG · AVIAE · IMP ‖ CAES[1]) · · · · — Rep. Minturnis, nunc penes comitem Nugent in villa eius *Tersat* prope *Fiume* Croatiae. Bull. Nap. I, p. 52; Mommsen, I. N. 4057; exscr. mea caussa v. cl. Sabljar.

1) Nomen abrasum vel Elagabali, vel Alexandri est.

§. 26. IVLIA MAMAEA. SEVERVS ALEXANDER.

N. 955, v. 5 AVGVSTI ET; Bull. Inst. Arch. 1845, p. 62.

N. 956, v. 4 fortasse LEG . AVG.

5517. *imp*ERATORI · CAESARI ‖ *divi* SEVERI · PII · NEPOT · DIVI ‖ *anto*NINI · MAGNI · PII · F · M · AVRELIO ‖ *severo alexandro* · *pio* · *felici* · *aug*[1]) ‖ *ponti*F · MAX · TRIBVN · POT · II · COS · P · P ‖ *come*NS · DEVOTI · NVMINI · MAIESTATIQ · EIVS ‖ *d* · D — Comi, Aldini, *Marmi Comensi*, p. 58; Bull. Nap. I, p. 53.

1) De nominibus Alexandri abrasis cf. Avellino, *Opusc.* III, p. 211; Bull. Nap. l. l.; Borghesi, *Memorie dell' Inst.* p. 197 sqq. — Nomina quoque uxoris eius Sallustiae Barbiae Orbianae erasa esse, titulo sequenti docemur:

5518. · · · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · ‖ IMP · CAES · M · AVRELII ‖ SEVERI · · · · · · · · ‖ PII · FELICIS · AVGVST ‖ COLONIA · FLAVIA ‖ AVG · PVTEOLI — Rep. Puteolis, nunc in Mus. Borbonico. Mommsen, I. N. 2496. Una cum eo haec basis inventa est ad ipsum Alexandrum pertinens:

5519. IMP · CAESARI ‖ DIVI · SEPTIMI · SEVERI · ‖ PII · NEP · DIVI · ANTONINI ‖ MAGNI · PII · FILIO ‖ M · AVRELIO · SEVERO ‖ *Alexandro* · PIO · FELICI ‖ AVG · PONTIFIC · MAXIM ‖ TRIB · POTEST · V̄ · COS · ĪĪ · P · P · [1]) ‖ COL · FL · AVG · PVTEOLI — Ibd. l. l. 2495.

1) a. 226. — Avellino, *Opusc.* III, 212 fortasse rectius: AVRELLIO.

5520. IMP · CAES · DIVI · ANTONINI · MAGNI ‖ PII · FIL · DIVI · SEVERI · PII · NEPOS ‖ M · AVRELLIVS · SEVERVS · ALEXANDER · PIVS · FELIX ‖ AVG · PONTIF · MAX · TRIB · POT · VIIII · COS · III · P · P ‖ EQVITIBVS QVI INTER SINGVLARES MILITAVER ‖ CASTRIS · NOVIS · SEVERIANIS · QVIBVS PRAEEST ‖ AELIVS VICTOR · TRIBVNVS · QVINIS · ET · VICENIS ‖ PLVRIBVSVE STIPENDIS EMERITIS DIMISSIS ‖ HONESTA MISSIONE QVORVM NOMINA SVBS‖CRIPTA SVNT · CIVITATEM ROMANAM QVI EO‖RVM NON HABERENT · DEDIT ET · CONVBIVM ‖ CVM VXORIBVS QVAS TVNC SECVM HABVIS‖SENT CVM ES (sic) CIVITAS IIS DATA AVT CVM IIS QVAS ‖ POSTEA DVXISSENT · DVMTAXAT SINGVLI S · [1]) A · D · VII · ID · IAN ‖ L · VIRIO AGRICOLA · ET · SEX · CATIO · CLEMENTINO · COS[2]) ‖ EX · EQVITE DOMINI N̄ · AVG ‖ M · AVRELIO · DECIANI ·

FIL · DECIANO ‖ COLONIA · MALVESE IN DACIA ‖ DESCRIPT · ET RECOGNIT · EX TABVLA AEREA QVE (sic) FIXA EST ROMAE IN MVRO POS (sic) TEMPL · DIVI AVG AD MINERVAM — Neapoli, in Mus. Borb. Avellino, Opusc. III, p. 178.

1) SINGVLI *Singulas*. 2) a. 230.

§. 27. MAXIMINVS I. ET MAXIMVS.

N. 963, v. 3 corr. P . F, *pius felix*.

N. 965, v. 2 INV . (*invictus*) P . F; GERMANIC; v. 3 DACIC; SARMATIC; POTESTATIS; IVLIVS; MAX; v. 4 CAESA .; GERMANIC; DACIC; SARMATIC; v. 5 PRINCEPS; F . D . N . IMP . C . IVLI; v. 6 PONTES; TEMPORE . VETVSTATIS (?); v. 7 LAPSOS . RESTITVERVNT; v. 8 Q . DECIO . LEG . AVGG . PR . PR . A . BRAC . AVG . M . P . I — Borghesi, *Dipl. di Trajano Decio* (Acta Acad. Pontif. Romanae) p. 22 ex Ms. quodam saeculi XVI, in quo varie versus quoque distribuuntur. Idem pro trib. pot. V scribendum esse docet IV, in marmore corroso ac mutilo male lectum. Legatus Lusitaniae Decius est, qui postea imperavit.

5521. NVMINI*b* AVG ‖ SEVERI ET ‖ ANTONINI ‖ ·············· ET ‖ DEAE DIANAE ‖ C IVLIVS MAXIMINVS ‖ LEGATVS AVG ‖ PR PR[1]) — Apuli. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 162.

1) Maximinum, antequam imperator factus esset, exercitus et provincias rexisse Herodianus VI, 8 tradidit; quare ad Maximinum Augustum inscriptionem pertinere l. l. proposui. At male tum Getae nomen deletum esse credidi. Maximinus enim ab Alexandro demum, quum antea tribunus militum fuisset, maioribus honoribus ornatus est (Capitol. Max. 5); itaque, si re vera titulus ad eum spectat, Alexandri nomen abrasum esse puto, ita ut, omissis ceteris, memoriam eorum imperatorum ab eo cultam esse dicam, a quibus ipse beneficia acceperat. Quod si verum est, v. 1 AVGGG scribendum erit.

5522. ·········· ‖ ··· ······· ‖ FELICI · AVG ·[1]) PONTIFICI ‖ MAXIMO GERMANICO ‖ MAXIMO TRIBVNICIAE PO‖TESTATIS BIS[2]) CONSVLI PAT‖RI PATRIAE CONSVLI[3]) PROCON‖SVLI M · AVRELIVS DECIMVS ‖ V I P P N[4]) EX PRINCIPE PEREGRI‖NO[5]) DEVOT *n m q e* — Cirtae. *Excursions dans l'Afrique septentr.* n. 72.

1) l. *imp. caes. c. iulio* ‖ *vero maximino pio* cet. (abrasa). [Non Maximini est, sed Maximiani, anni 286. Vide *Berichte der sächs. Ges.* 1852, p. 222. Mommsen.] 2) a. 236, quo anno Germanos saepe vicit nomenque Germanici accepit; cf. Eckhel VII, p. 291. 3) Errore quadratarii repetitum. 4) l. *Vir Perfectissimus Praeses Provinciae Numidiae*. 5) cf. Bull. Inst. 1851, p. 113 sqq.

5523. IMP · CAESAR ‖ C · IVLIVS VERVS ‖ MAXIMINVS ‖ PIVS · FELIX · AVG · P · M ‖ SARMATICVS · MAXIMVS ‖ DACICVS MAXIMVS ‖ P ······· — Espesae in Hispania. Borghesi ex cod. Orti.

5524. IMP · CAES ‖ G IVLIVS VERVS M‖AXIMIANVS (sic) PIVS · FEL ‖ AVG · GERM · MAX · ‖ SARM · MAX · DACI‖CVS · MAX · PONTIF · ‖ MAX · T · P · III · IMP · V ·[1]) ET ‖ G IVLIVS · VERVS · MAXI‖MVS · NOBIL · CAES · PR · ‖ IVVENTVTIS · GERMAN ‖ SARM · MAX · DAC · MAX ‖ VIAM · A · KARTHAG*ine* · · ‖ ·········· — *Sidi Bou Atilah*, prope *El Kaf* provinciae Tunetanae. Temple, *Excursions in the Mediterranean* II, p. 352, n. 179; cf. n. 5312.

1) a. 237.

5525. *c · iulio · vero* · MAXIMO ‖ *n*OBILISSIMO · CAES · GERMANIC ‖ *m*AX · DACICO · MAX · SARMATIC ‖ *m*AX · PRINCIPI · IVVENTVTIS ‖ *filio · d · n · c · iuli · veri* ‖ *maximini · p · f · aug* ‖ · · · · · · · — Romae in coemeterio *inter duas lauros* viae Labicanae. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 19.

5526. IMP · CAES · G · IVLIO ‖ VERO · MAXSIMINO ‖ PIO · FELICI · AVG · ET · G ‖ IVLIO · VERO · MAXSIMINO[1]) ‖ CAES · NOBILISSIMO ‖ · · · M L · · · — *Kleestadt* Hassiae Darmstadiensis. Steiner, I. Rh. 269; I. Dan. et Rh. I, 181.

1) Ita se ipsum in monumento legisse recentiore libro denuo Steinerus affirmat. Hoc igitur titulo Capitolini et Aurelii Victoris auctoritas defenditur, a quibus filius quoque pro Maximo Maximinus appellatur; cf. Borghesi, I. R. p. 4 (Ann. Inst. 1839, p. 129).

§. 28. PVPIENVS. GORDIANVS III. FVRIA SABINA TRANQVILLINA.

N. 971 idem titulus esse videtur, quem Donat. 336, 5 refert, male tamen restitutus et omisso versu integro descriptus: corr. v. 1 ANTONIO; v. 2 P . F; v. 3 PONT . MAX . TRIB . POT . *iiii* . COS . II.

N. 972 corr. v. 6 GORDIANA.

N. 975, v. ult. intellige COH*ortis* I . L*ingonum* GOR*dianae*; cf. Gough, *additions to Camden's Britannia* III, tab. 20, 9.

5679. VENERI VICTRICI ‖ HYBLENSI ‖ C PVBLIC · DONATVS ‖ D · D — *Paternò* Siciliae. *Nov. lett. Fior.* 1787, p. 260. Litterae initiales ceteris maiores aliquam de sinceritate tituli suspicionem excitare possunt, licet ipsa verba nihil suspecti contineant.

5680. VENERI ‖ VICTRICI ‖ PARTICAE ‖ AVG · SAC ‖ IN · MEMORIAM ‖ ANTONIAE ‖ DEC · F · PAVLAE ‖ DEC · ANTONIVS ‖ PROCVLVS · DECVR ‖ SALON · ET · COPONIA ‖ PARENTES ‖ L · D · D · D — *Danili* prope Iaderam. *Dalmazia* 1847, III, 1.

5681. CALVAE DEAE[1]) ‖ AEDEM OMNI SVA IMPENSA ‖ DONAVIT ‖ M VICTORIVS POLLENTIN ET OB ‖ PERPETVAM TVTELAM EIVSD · AEDIS ‖ DEDIT IIS N C ‖ DEDICATVM III NON OCT ‖ GLABRIONE ET TORQVATO COS[2]) ‖ V S L M — *Pelm* prope *Gerolstein* in Eiflia. Lersch, C. M. III, 9.

1) De Venere Calva editor cogitat, de qua Lactant. I, 20 et Serv. ad Aen. I, 720; cf. Hartung, *Rel. d. Römer* II, p. 251. 2) a. 124.

5682. METHE · COMINIAES · ATELLANA · AMAT · CHRESTVM CORDE *si*T VTREISQVE VENVS · POMPEIANA · PROPITIA SEM*p*E*r* C*o*NCORDES VIVANT — Pompeiis, in pariete domus privatae. Mommsen, *Rhein. Mus.* N. F. Jahrg. V, p. 460.

5683. A · CALVIVS · Q · L ‖ VESTIAR AB LVCO ‖ LVBITINA*e* ‖ Q · VALERI · D · L — Romae, ad portam aedis prope sepulcrum Bibuli. Exscr. mihi I. Friedlaender; ipse vidi.

§. 6. VOLCANVS. STATA MATER. VESTA.

N. 1380, spurius ex Montfauconio, qui eum ex Boissardi Ms. habuit; Mommsen, I. N. 146*.

N. 1382, v. 1. 2. apud Labusium, *M. Bresc.* n. 55, litterae initiales desunt; v. 3. LVCII . VETTI; v. 4. CHRYSANTVS . FRAT . .; v. 6. SECVNDI . . .; v. 7. FIL.

N. 1385, genuinus; v. 3. THIASVS; v. 4. BERVLLVS; v. 5. ANNI . $\overline{V}$; versus quoque aliter divisi sunt. Mommsen, I. N. 6776.

N. 1386, v. 5. LAELIO; Kellermann apud Or. Anall. epigr. p. 37. Vidi ipse in Mus. Vat.

N. 1391: cum Mur. 147, 6 Coluccius quoque. *Antich. Ascolane* p. 108 magis conspirat.

5684. M · LOLLIVS ‖ EPINICVS ‖ AED · VOVIT ‖ IIVIR ‖ DEC · DEC ‖ STATAE MATR*i* ‖ DE SVA · PECVN ‖ POSVIT ‖ SACRVM — *Kato-Achaia. Revue Archéol.* I, 5, p. 281; Oleni. Lebas, *Inscriptions grecques et latines* cett. I, n. 363.

5685. STATAE · MATRI SAC ‖ Q · PETRONIVS · Q · L · PANTHEVS ‖ MAG · VICI · ANNI · · · · ‖ GERMANICO · CAESARE ‖ C · VISELLIO · VARRONE COS[1]) — In Marsis(?). *Memorie romane* III, p. 44.

1) a. 12.

5686.	AVGVSTAE	AVG*usto*
	DEAE	D*eo*
	VESTAE	VOL*cano*

Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* I, 12, p. 15.

5687. VESTAE · SACRV*m* ‖ P · TITIVS · L · F ‖ P · CVRTIVS · P · F · SALAS ‖ IIII · VIR · DE · MVNERE ‖ GLADIATORIO[1]) ‖ EX · S · C — Canusii. Mommsen, I. N. 637; Ann. Inst. Arch. 1848, p. 104.

1) cf. *ex ludis*, de qua formula Mommsenius Bull. Inst. 1846, p. 182.

5688. SEVERA · NIGRI · F ‖ VOLCANO · ET · VENTI[1]) ‖ V · S · L · M — Nemausi. Pelet, *Inscr. ant. que renferme le cavaedium de la porte d'Auguste*, n. 10; corr. Bursian, qui vidit.

1) Num VENTI*s*? Pelet legit VENE. In lapide Vulcanus conspicitur et mulier genibus nixa.

5689. IGNIBVS ‖ AETERNIS IVL ‖ PLACIDIANVS ‖ V · C · PRAEF · PRAE‖TORI ‖ EX VOTO POSVIT — *Vif* in Vocontiis. *Mémoires présentés à l'Acad. des belles lettres* II, p. 460.

§. 7. MERCVRIVS.

N. 1397, sine dubio spurius.

N. 1402, v. 1. pro MERCVR scribendum esse MITHR Mommsenius suspicatus est; id quod eo probabilius est, quia litterae tantum dimidiatae conservatae sunt. Accedit, quod in titulo quodam Graeco et ipso Venusiae reperto haec leguntur: Ἡλίῳ Μίϑρᾳ ὑπὲρ σωτηρίας Βριττίου Πραίσεντος Σάγαρις οἰκονόμος. — V. ult. ACT*or* E*ius*. I. N. 700.

N. 1403, v. 1. prima littera nunc deest; v. 2. FRI; v. 3. TVLLIIS . . . ‖ . . TE . . ADREGIAE ‖ . . . . O . . I . . M . . . .; v. Philippi.

N. 1404, v. 8. COIVGE . ET . GEMELLIS; v. 9. dele ET; Labus, *via del Sempione*, tab. I, 1. et p. 9.

N. 1409, init. deest DEO, *Ann. d. V. f. Nassauische Alterth.* I, 16.

N. 1411, 1412, 1413 spurii; cf. Mommsen, I. N. 207*; 479*; 20*. Kellermannus, qui auctoritate motus, qua Lupulus tum habebatur, n. 1411 defendere conatus est, vigiles eorumque praefectum ad alios quosdam milites ad simile munus institutos retulit.

N. 1414, MERCVRIO . RED Grut. 55, 2 male RED*uci* interpretantur, quum sit RED*didit*, sc. *votum*; Labus, *Marmi Bresciani* p. 68, quamquam dubitans, quaenam vera explicatio sit.

N. 1415, recte ROSMERTAE.

N. 1416, nunc Noviomagi in aedd. publ. *Rhein. Jahrbb.* VII, p. 42.

5690. DEO · MERCVRIO · CAMBO · [1]) IVSTI · V · S · L · L · M — *Impflingen*, nunc *Manhemii*. Steiner, I. Rh. 181; I. Dan. et Rh. I, 771.

1) Male pro cognomine dei habetur, quamquam ne Hefneri quidem sententia (*R. Baiern* p. 10) laudari potest, qua Iustium nummularium fuisse et hoc officium voce CAMBO indicari proponitur. Mihi nomen barbaricum est hominis, qui votum solvit, servi Iusti illius.

5691. DEO MAGNO MERCVRIO ‖ ADORAVIT · · E · · XIIIVS · · · ‖ LEG II TRAIANE FORT · · · · ‖ NONIS FEBR ANNO XI IMP TRAIANI ‖ SCRIPSIT · · · · Ad *Dakke*, olim Pselcidem, Nubiae, in propylaeo templi. Vidua, Inscr. ant. tab. XIX, 1.

5692. *i*N · H · D · D ‖ DEO · ME‖RCVRIO ‖ FELICI‖O [1]) SECCI ‖ V · S · L · M — *Oppenheim*, nunc Mogontiaci. Rhein. Jahrbb. III, p. 88, n. 71.

1) *Deum Mercurium Felicem* hic memorari credidit Kleinius, quare sequentem litteram O in Q corrigendam esse proposuit; sed FELICIO nomen est dedicantis, qui SECCI servus erat.

5693. MERC · AVG · SACRVM ‖ GERMANISSA · VISCARI · V · S · L · M — *Bernay* Galliae. Cardinali, *Dipl. mil.* 362.

5694. INSTINCTV MERCVRII POTENTIS THYSDRITANAE COL PRAESIDIS ET CONSERVATORIS NVMINIS dedi n. 5326.

5695. MERCVRIVM · DOMEs‖TICVM · C · IVLIVS · SATTO — Castelli, nunc Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 341; I. Dan. et Rh. I, 258.

5696. DEAE · MAIIAE ‖ AEDEM · A · SOLO · FE‖CIT · C · ARRIVS · PA‖TRVITVS · BF · COS ‖ V · S · L · L · M — Germersheim. Opp. citt. 180 et I, 751, ubi v. ceteros.

5697. MERCVRIO · ET ‖ MAIAE · Q · SEIVS ‖ POSTVMVS ‖ V · S · L · L · M — *Rossberg* in Palatinatu. Steiner, I. Dan. et Rh. I, 803.

§. 8. MINERVA.

N. 1422: De cognominibus virorum mulieribus inditis deque cognominibus nonnunquam praenominum loco positis cf. Labus, *Marmi Bresciani* p. 28.

N. 1429, in fine Ms. Pighianum Berolinense addit: V . F . L . M .

N. 1430, extr. lege PRAESENTE ET EXTRICATO . C, cos. a. 217; not. 1. explica: *centurio . strator . C . I*(ulii) . . . *Egnatiani*. Steiner, I. Rh. 483; I. Dan. et Rh. I, 299.

N. 1431 idem qui 1969.

5698. MINERVAE ‖ T · FLAVIVS · NARCISSV*s* ‖ IMP · CAESARE · · · · · · · [1]) ‖ XVI ‖ Q · VOLVSIO SATVRNINo [2]) COS — Ara rep. in Via Ardeatina ad D. Caesarei. Bull. Inst. Arch. 1842, p. 2.

1) *Domitiano.* 2) a. p. Chr. n. 92.

5699. *min*ERVAE · MATVSIAE · [1]) ‖ *mem*MIVS · CAECILIANVS ‖ *plac*IDVS · COS · [2]) AVG*ur* ‖ V · S — Nebbiani prope Fabrianum. Bull. Inst. Arch. a. 1850. p. 140.

1) Cognomen a nomine gentis cuiusdam desumptum. 2) Cos. ignotus, distinguendus a cos. anni 343; Borghesi, l. l. p. 142.

§. 9. APOLLO.

N. 1436, v. ult. LVNESIS. Exstat Florentiae, ubi v. Aloisius Ferrucci, ut litteris mecum communicavit C. Cavedonius.

5700. Q · MINICIVS · Q · F · RVFVS ‖ LEG · APOALINEI · KIVTIO[1]) ‖ MERITO — Delphis. Murat. 23, 9; Lebas, Inscr. Gr. et Lat. I, 891.

1) num KLVTIO = κλυτίῳ? Clytius vatum nomen satis notum, ipsi fortasse Apollini datum. Ceterum Lebasium archetypum minime vidisse mihi quidem persuasum est; cf. *Rhein. Mus.* N. F. VIII, p. 465.

5701. APOLLINI · SILVANO · NYMPHIS · Q · LICINIVS · NEPOS · D D — In vase argenteo, rep. a. 1852 in fonte salutifero Aquarum Apollinarium. Marchi, *la stipe tributata alle divinità delle Acque Apollinari*, tab. III, 3 et 3a; cf. nn. 5200a; 5767.

5702. APOLLINĪ · ET · NYMPHĪS · NITRODIBVS ‖ C · METILIVS · ALCIMVS · V · S · L · A[1]) — In anaglypho Apollinem et Nymphas repraesentante, ex *Ischia* insula in Mus. Borb. allato. Mommsen, I. N. 3513; cf. nostrum n. 5760.

1) *Votum Solvit Libens Animo.*

5703. MONITV APOLLINIS ‖ P METILIVS SECVNDVS ‖ LEG AVG PR PR — Lambaese. *Mém. des Antiquaires de France* XXI, p. 110.

§. 10. DIANA.

N. 1448, not. 1. fortasse IVSO pro IVSSV; Cavedonius litteris ad me datis.

N. 1450 = 4712: GRAECEIA . P . F . RVFA . POMPON . DIANAE . LOC . H . S . P . S . C . P . S, fortasse Loco Hoc . *Sibi Permisso Senatus Consulto Pecunia Sua*? Mommsen, I. N. 2589.

N. 1453, v. 3. SACRVM; v. 5. PLARIANVS; nunc in Mus. Vat., ubi vidi; cf. Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 37.

N. 1454, spurius; Mommsen, I. N. 234*.

N. 1455, v. 13. THIONOE. V. ipse in Mus. Cap.

N. 1460, v. 4. FINES . AGRORVM DICATORVM; v. 5. TIFAT; versus aliter distributi. Mommsen, I. N. 3575.

5704. D M ‖ SACRVM ‖ DEANAE · ET · MEMORIAE ‖ AELIAE ‖ PROCVLAE ‖ P · AELIVS · ASCLEPIACVS · AVG · LIB ‖ ET · VLPIA · PRISCILLA · FILIAE ‖ DVLCISSIMAE · FECERVNT — Romae, rep. in vinea quadam prope D. Sebastiani sita, nunc in villa Coelimontana marchionis Campanae; ara magna Dianae imagine insignis. *Antol. Rom.* XX, p. 89. Vidi ipse.

5705. LANAE · [1]) AVG ‖ IN · HONOREM ‖ VIBI · LVCVLI ‖ PATRONI ‖ INDVLGENTISSIM · ‖ L · PAGATVS · [2]) LIBER · V · S · L · M — Aquileiae. *Alterth. d. Oesterr. Monarchie* n. 189 (*Wiener Iahrbb.* 1829 sqq.); Bull. Inst. Arch. 1833, p. 41.

1) corr. DIANAE, Kellerm. Bull. l. l. 2) corr. EPAGATVS; id.

5706. DEAE DEANAE ‖ INVICTAE SANCTAE SAC ‖ L · PETRONIVS · L · F ‖ POMPEIANVS ‖ VETERANVS · LEG · VIII ‖

VIC·[1]) P · F · VIVIR ‖ AVGVSTALIS ‖ SIGN · ET · BASIM ‖ VOTO SVSCEPTO ‖ L · M — Romae. Zaccaria, Excurs. litt. I, p. 361.

1) corr. AVG.

5707. DIANAE ‖ TIFATINAE ‖ TRIVIAE ‖ SACRVM — Capuae, basis quattuor lateribus scripta. Gud. 26, 7; corr. Mommsen, I. N. 3576 ex Mss. Gud. 81, 14.

5708. DEANAE CELCE‖ITIDI[1]) FLAVIVS · SI*vi*‖NVS · POS — Simulacrum Dianae triformis, Cataii in Museo Obitiano, nunc Estensi. Cavedoni, *Indicaz.* p. 113; Furlanetto, *lapidi patavine* n. XVII, p. 18.

1) cf. *ΑΡΤΕΜΙΣ ΚΕΛΚΑΙΑ* Musei Naniani; Paciaudi, Mon. Pelop. I, p. 9; C. I. Gr. 1947.

5709. DIANAE ‖ LATINAE ‖ MICCIVS MVMMIVS[1]) — *Pègue* in Vocontiis. *Mém. présentés à l'acad. des b. l.* II, p. 452.

1) Titulus, si genuinus ac bene exscriptus est, Dianam in Aventino cultam indicat, magnum olim Romanorum et Latinorum numen. *Latonam* commemorari facile aliquis crediderit.

5710. DIANAI · ROTONAI ‖ C · CLAVDIVS ‖ C · F · SER · N · LEM — *Rotavellae* prope *Palombaram.* Riccj, *pago Lemonio*, app. p. 38.

5710a. //COPSTVRIV · · ‖ DEANAE · SYR*iae* ‖ V · S · L · M — Amiterni. Mommsen, I. N. 5763, quem male correxisse affirmat Brunnius, qui lapidem ipse vidit. Deana Syria nova est.

§. 11. DIS s. PLVTO. PROSERPINA. HECATE. DII INFERI. MANES. MVSAE (?)

N. 1468, alterum exemplum rep. Coloniae Agr. a. 1837 v. Lersch, C. M. I, 12.

N. 1474, titulum iisdem verbis conceptum, nominibus tantum mutatis, v. Grut. 97, 6; pro EX . VOTO cet. ibi legitur: V S A L P. De sinceritate utriusque tituli diiudicare non ausim.

N. 1476, corr. Q . VIBVLLI . L . F . Q . N . C . CINCIVS . C . F . PAVL . IIIIVIR . I . D ‖ SIGNVM . PROSERPINAE . REFICIVNDVM . STATVENDVMQVE . ARASQVE ‖ REFICIVNDAS . EX . S . C . CVRARVNT . HS ƆCCↁXX . MAG . FVERE . HELVIA . Q . F . ORBIA . M . F; nunc in Museo Borbonico. Mommsen, I. N. 16.

N. 1477, extr. deest. V . S . L . M. In Museo Lubianensi; *Istria* VI, p. 147.

5711. PLVTONI ET CERERI SAC ‖ Q · N · MARINVS ‖ VOTVM SOL‖VIT LIBENS — Sitifi. Hefner, *R. Inschriften mit Bemerk., Algerien* I (*Abhandl. d. philos. Cl. d. k. Baier. Akad. d. W.* V, 2.)

5712. D M ‖ PRASTINAE · FRONTONIS ‖ SCRIBAE · AEDIL · DIESPITRIS — Sutrio in Mus. Vat. illatus. Mommsen, de apparitoribus p. 43 (*Rh. Mus. N. F.* VI).

5713. MAIORIBVS ‖ SANCTIS · L · NÆ‖VIVS · CAMPANVS ‖ KAST ·[1]) LEG · IIII · FI[2]) ‖ PRO · SALVTE · SVA ‖ SVORVM · V · S · L · M — Budae. Mus. nat. Hung. p. 223, 9.

1) Ante KAST aliquid deesse videtur, ut PRAEF. 2) corr. Flaviae Felicis.

§. 12. LIBER. LIBERA. SEMELE.

N. 1482: de falsitate huius tituli mihi minime constat, quum saepe signa deorum aliis diis dedicentur, et litterae D. D. male inter nomen et cognomen mulieris positae archetypum indicare videantur negligentius exscriptum.

N. 1483, merito ab Orellio condemnatur; cf. Mommsen, I. N. 199*. At genuinus est, quem Orellius spurium indicat: Grut. 66, 9 = Mur. 175 = op. cit. 2477, ut ipsum Flavii Eclectiani nomen satis probat; cf. op. cit. 2478 et 2479.

N. 1484, genuinus est; v. 1. TVLLIVS (?); v. 3. AVG; v. 6. AVRI — III.; v. 7. P. IIS; v. ult. TESTAMENTO. Tonini, *Rimini* p. 331, n. 4 ex Cod. Rigazziano, unciae nota ante III ex Marin. Arv. p. 228 addita: idem, Villanium secutus, Arimini prope aedem D. Columbae eum repertum esse tradit.

N. 1488, genuinus; vidi Romae in porticu aedis S. Mariae transtiberinae, rep. a. 1729 in coemeterio Gordiani ad viam Latinam. V. 4. LIBER ITER BROMIO

N. 1489, genuinus; sed corr. v. 1. DEO PATRIo; cf. Mommsen, I. N. 2471.

N. 1491, v. 7. Lersch, C. M. I, 6, edidit PACTA, sed in exemplo, quod eius liberalitati ipse debeo, in margine corr. FACTA.

5714. LIBERO · PATRI · SACR · ‖ L · CAELIVS · SATVRNINVS ‖ L · CAELI · PATHERNoPOLI · 1) ‖ LIB · OB · HONOREM · IIII · ‖ EDILIS · 2) LVDIS · SCAENICIS · D · D — Italicae in Hispania. Bull. Inst. Arch. 1839, p. 5.

1) corr. PARTHENOPOLI. 2) fortasse EDITIS.

5715. LiBERO ‖ PATRI ET CeR‖eRI · HERCLIA‖nVS · ET · CERVABVS ‖ ROMANVS · AVGA ‖ ET · AVR · CRESTRO ‖ POSVERVNT — *Zalathna* in Transilvania. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 184, ex apographo v. cl. Neigebaur, qui num nomina recte legerit, admodum dubito.

5716. ALFINIO FORTVNATO ‖ VISVS DICERE SOMNO ‖ LEIBER PATER BIMA‖TVS 1) IOVIS E FVLMINE ‖ NATVS BASIS HANC NO‖VATIONEM GENIO ‖ DOMVS SACRANDAM ‖ VOTVM DEO DICAPREF ‖ IPSE CASTRIS ADES ERGO CVM PANSCO 2) MEMOR ‖ HOC MVNERE NOSTRO ‖ NATIS SOSPITE MATRE ‖ FACIAS VIDERE ROMAM ‖ DOMNS MVNERE HONO‖RE MACTVM CORONA‖TVMQVE 3) — Lambaese. Descr. quidam Francogallorum eo in exilium missorum, mihique dedit v. cl. A. Noël des Vergers.

1) Num ita dictus pro *bimater*? — Utut est, hoc certe constat, Liberum patrem cum Dionyso Semeles filio plane confundi. 2) De symplegmate agi videtur Bacchi et Panisci, cuius basin Alfinius renovaverat. 3) Nota sollemnem sacrificiorum formulam, in inscriptionibus, ni fallor, nunquam antea repertam. Domini ipse videntur esse Liber pater et Paniscus, quibus munere et honore, i. e. basi renovata et coronata, satis fecerat Alfinius.

§. 13. CERES.

N. 1492, spurius; cf. Borghesi, *Decad. num.* I, 8.

N. 1493, sine dubio spurius, quamquam Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 37. nihil certi affirmare ausus est; v. in Mus. Vat.; *Cererem frugiferam* habes in titulo Grut. 26, 8 in civitate Nepesina adhuc exstante.

N. 1497, spurius; Mommsen, I. N. 738*.

N. 1498: Cumanum esse et Mommsenius I. N. ind. p. 459. docuit et demonstravi ego in *Münch. Gel. Anz.*

5717. CERERI ALVM · 1) OPT · MAX · S — *Voorburgi* Hollandiae, in margine lapidis molaris, *Rhein. Jahrbb.* IX, p. 21.

1) ALVM*nae*.

5718. CERERI ‖ VERT · 1) SAC ‖ BOVIA ‖ MAXIMA ‖ SACERDOS ‖ XVVIRAL 2) ‖ TASAAT — Potentiae. Mommsen, I. N. 375.

1) VERT*umno*. 2) De sacerdotibus quindecimviralibus in cultu M. D. M. et Mithrae obviis cf. nn. 2199. 2328. 2329.

5719. M D M ‖ CERERIAE 1) ‖ V · S · FRVTICIA ‖ THYMELE ‖ M · STATINĪ · DORI — Ara Venetiis in Mus. Obitianum Cataii translata. Grut. 1010, 2; Mur. 1655, 4; corr. Cavedonius, *Indicaz. del Museo Estense del Catajo* p. 81, et Furlanettus, *lapidi patavine* n. 10; cf. Marin. Arv. p. 248.

1) cf. tit. Aquileiensem Or. 1521: AVGVSTAE . BONAE . DEAE . CERERIE . SACRVM (Bertoli, *AA. d'Aquileja* p. 107, n. 88), quem Maff., A. cr. lap. p. 476, cum hoc nostro ut spurium condemnavit. Marinius l. l. utrumque genuinum credidit. Titulus Obitianus et ipse ad Aquileiam referendus esse videtur.

§. 14. MATER MATVTA.

N. 1501, priores duos versus lectionis valde incertae esse iam Marinius, Arv. p. 627, declaravit. Illis omissis omnia recte se habent.

§. 15. CAELVS. TERRA. SATVRNVS. OPS.

N. 1503, vidi ipse in Mus. Cap., quapropter de sinceritate eius minime dubitare licet.

N. 1510, v. 1. DEO ALO; v. ult. VALERIVS. Defendit Labusius plurium vv. dd., qui viderunt, auctoritate; M. Bresc. n. 136. De cognomine ante nomen posito cf. ibd. p. 98.

5720. SILVANO ‖ TERRAE M · H 1) ‖ HERCVLI ‖ SACR ‖ PRO · SALVTE ‖ SVA SVA‖RVMQVE 2) ‖ IVLIVS ‖ GAIANVS 3) ‖ L · P — Apuli Transilvaniae. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 179.

1) scr. MATRI. 2) scr. SVORVMQVE. 3) Titulum eiusdem hominis ibidem repertum habes l. l.; decurionem coloniae Sarmizegethusensis eum fuisse inde patet.

5721. TERRAE MATRI ‖ ABRACVRAE · 1) MA‖TRI · DEVM · MAG‖NAE · IDEAE ‖ POPILIA · M · FIL ‖ MAXIMA · TAVRO- ‖ BOLIVM · ARAM ‖ POSVIT · MOVIT ‖ FECIT — *Announah* Africae. Clarac, *Musée*, *Inscr.* pl. LXXII, n. 17; *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 168, 9.

1) Cl. AEPECVRAE; Expl. AERECVRAE. Correxit Renier, *Mélanges épigraphiques*, quem librum non vidi. Cf. n. 6042.

5722. TELLVRI · GENETRICI · RESPVBLICA CVICVLITANOR · TEMPLVM FECIT ‖ C · IVLIVS · LEPIDVS · TERTVLLVS · LEG · AVG · PR · PR · 1) DEDICAVIT ‖ SIMVLACRVM · DEAE · ACROLITHVM 2) · TĪ · IVLIVS · HONORATVS · PONT · FL · P · P · 3) DONO · DEDIT — Cuiculi (*Djimilah*). Clarac, l. l. pl. LXXIII, 18; *Exploration* cet. *Beaux arts* I, pl. 51; *Revue Archéol.* 1849, p. 194. Cf. n. 5344.

1) Legatus leg. III. Aug., cuius imperio provincia Numidia tenebatur. 2) In apographo Grabowii v. cl. a Gerhardo communicato legitur A.ONOLITHVM, i. e. MONOLITHVM. 3) FL*amen* P*er*P*etuus*.

5723. SATVRNO ‖ AVG[1] ‖ T · FL · HONORIATVS SACER‖DOS · · ST · · ‖ · · · · · · · · · PR ‖ · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · ‖ M CONSACRAVIT V S L M — Ibd. Clarac, l. l. pl. LXXI, 1.

1) Saturni cultus in titulis Africanis saepe commemoratur; cf. l. l. nn. 2—5; 7—9; 11; 12.

5724. Homo togatus stans, manum columnae imponens, in qua legitur: SALVVIM — infra: CASSIA FLAVIA SYRIA MATER ‖ VOTVM SOLVIT SATVRNO REGI QVI ‖ MEO ROC SALVOS[1] — Sitifi. *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 81, 1.

1) num MEO*s* RO*go* SALVOS *faciat*?

§. 16. BONA DEA.

N. 1518, not. 1. expl. *Felix . publicus . Asinianus* cet.; cf. nn. 6108. 6109 cet.

N. 1519, spurius; cf. similes *Bonae deae* titulos Mur. 33, 5. 7. 8. Fabr. dedit ex schedis Vaticanis.

5725. C · AVILLIVS · DECEMBER ‖ REDEMPTOR · MARMORARIVS ‖ BONAE · DEAE ‖ CVM · VELLIA · CINNAMIDE · CON ‖ V · S · L · M ‖ CLAVDIO · AVG · L ‖ PHILADES*p*OTO · SACERDOTE · POSITA ‖ DEDICATA · VI · KAL · NOVEMBRIS ‖ Q · IVNIO · MARVLLO · COS[1] — Neapoli. Gervasio, *Iscr. Nap.* p. 32; Mommsen, I. N. 2588.

1) a. 62; Borghesius apud Gervasium p. 37; cf. Tac. Ann. XIV, 48.

§. 17. HERCVLES.

N. 1532, v. 4. CONSACRAVIT; v. 5. SAMMIVS; Mommsen, I. N. 1084.

N. 1534; quamquam Odericus ipse lapidem vidit, nihilo tamen minus Gruteri lectio VELDVMNIANVS vera est; monumentum ipsum exstat in Vaticano.

N. 1536: COMITI . CVSTODI, susp.; DIVO HERCVLI Labusio, *M. Br.* 103, male lectus esse videtur; PLACIDO, ex Boissardo, i. e. Ligorio; IVLIANO v. n. 1559.

N. 1540, spurius; Mommsen, I. N. 421*.

N. 1541, v. 7. — CORINTHAM; v. 12. K . IVN; v. ult. NON .; v. ipse in Mus. Cap.

N. 1544, spurium censeo, ex Boissardi schedis desumptum.

N. 1549, v. 3. IIII; v. 4. EQVITATAE; v. 5. TRIBVN . . MILITVM . . AS. Vidi ipse in horreis Vaticani Musei.

N. 1551, v. 4. PRAET; cf. Melchiorri, *Saggiatore* ann. III, vol. VI, p. 272; Viola, *Tivoli nel decennio* ecc. p. 279. V. ipse in aedd. publicis Tiburtinis. Expl. PRAET*oriis*. Falsum eius exemplum exstat in Mus. Vat.

N. 1552, spurius; Mommsen, I. N. 119*.

N. 1555, genuinus; vidi in Mus. Cap.

N. 1558: Mommsenio anaglyphum antiquum, inscriptio vero recens incisa esse videbatur; I. N. 958. Ceterum pro M . ANT legit MANI, qua lectione admissa nihil difficultatis mihi quidem videtur remanere, nisi ipsa forma litterarum falsitatem testatur.

N. 1559: de sinceritate tituli non plane mihi constat.

5726. HERCVLI ‖ BARBATO ‖ SACRVM ‖ M · HELLIVS ‖ SECVNDVS ‖ TVBICEN ‖ LEG · X · G · P ‖ F[1] ‖ V · S · L · M — *Brohl* prope Coloniam Agr.; Lersch, C. M. III, n. 141.

1) Legionis X geminae piae fidelis.

5727. HERCVLI · VICTORI ‖ CERTENCINO[1]) ‖ M · AVREL · AVG · LIB ‖ ZOTICVS ‖ NOM ·[2]) A · CENSIBVS ‖ D · D ‖ GREGORIVS[3]) ‖ a latere dextro: DEDICATA ID · IN ‖ IVLIANO II ET · CRISPINo ‖ COS[4]) — Tibure. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 14 et 54.

1) Nomen *Certenciini* fortasse de vico desumptum. 2) *Nomenclator*. 3) Nomen posteriore aetate adscriptum. 4) A. 977 = 224.

5728. HERCVLI · GALLICO · V · S · M ‖ *c* · AEMILIVS · C · L · ELEVTHER — Allifis. Mommsen, I. N. 4745. — *Herculem Gallianum* tituli Aeserníni v. l. l. 5053.

5729. HERCVLI ‖ MAGVSAN‖*o* · SACRVM ‖ VAL · NIGRI‖NVS DVPLI[1]) ‖ ALAE TVN‖GRORVM — *Polmont* Scotiae. Stuart, *Caledonia Romana* pl. XV, fig. 9, p. 351.

1) DVPLI*carius*.

5730. AMICITIAE ‖ HERCVLIS ‖ NERIANI ‖ *i*N · FR · P · C · · — Venafri. Mommsen, I. N. 4610.

5731. HERCVLI ‖ TVTORI ‖ DOMVS ‖ NOVELLIANA — Capuae. Op. cit. 3579.

5732. HERCVLI ET ‖ SILVANO SA*c* ‖ TI · CLAVDIVS ‖ DIADVMENVS ‖ CELLARIVS FE*c* — Romae; vidi in horreis Musei Vaticani.

5733. M · P · VERTVLEIEIS ·[1]) C · F · ‖ QVOD · RE · SVA · D*if*EIDENS · ASPER*e* ‖ AFLEICTA — PARENS · TIMENS ‖ HEIC · VOVIT · VOTO · HOC ‖ SOLVTO — *de*CVMA FACTA ‖ POLOVCTA LEIBEREIS · LVBEN‖TES — DONV · DANVNT · ‖ HERCOLEI · MAXSVME ‖ MERETO — SEMOL · TE · ORANT · SE · *v*OTI CREBRO ‖ CONDEMNES — Sorae. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 71; *Rhein. Mus.* 1846, p. 70 sqq.; Mommsen, I. N. 4495. Versus Saturnii interstitiis in ipso lapide indicati.

1) De nominativo plur. decl. 2. cf. quae attuli II. II.

§. 18. CASTOR ET POLLVX.

N. *1565*: de eius sinceritate non plane mihi constat.

N. *1567*, v. 2. HON . III; verba accentibus distincta sunt. Alterum exemplum n. *4235*. Vidi in Mus. Vat. — Not. 3. expl. *Frumenti Publici*; cf. Ann. Inst. 1851, p. 160.

5734. CASTORI · ET · POLLVCI ‖ C ATEIVS · PECVLIAR ‖ PP · APOLLIN[1]) ‖ EX STIRPE · DVPIA[2]) ‖ FACIENDVM · CVRAVIT — In vico *Annecy* vetere prope oppidum *Annecy*. Bertolotti, viaggio in Savoia I, p. 129. [Hic sumpsit ex Beaumontio, de cuius fide ad inscr. Helv. n. 22 monui; titulus hic aut spurius est aut certe interpolatus. Mommsen.]

1) APOLLIN*aris*? Sed quid PP significet, nescio, quum *primipilarem* collegio Apollinarium addictum fuisse vix credam, *praepositum* autem *Apollinarium* legere non ausim, quia praepositi collegiorum non reperiuntur, nisi forte in n. *6476* exemplum eorum habemus. 2) l. *stipe dupla*.

5735. CASTO‖RIBVS ‖ AVG SACR — *Zalathnae* in Transilvania. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 184.

§. 19. AESCVLAPIVS. HYGIEIA.

N. 1573, v. 2. ACTV; v. 3. ISOCHRYSVS; Mommsen, I. N. 6751.

N. 1574, v. 2. dele M; v. in Mus. Vat.

N. 1577, genuinus est; v. 1. AVG; v. 2. PIQVENT; versus aliter divisi. Rep. prope *Pinguente* Istriae, nunc in Mus. Estensi s. Obizziano Cataii. Furlanetto, *lap. pat.* p. 50; Labus, *lap. tergest.* Actt. Acad. Vindob. vol. I, p. 344, n. 13. Quae Or. non intellexit, expl. ADIECT*a* IVNIC*e*; cf. Mar. Arv. 212; Or. 1518.

N. 1580, not. 1. CO*n*S*ularis*; not. 2. nomen *phalangariae* solo titulo Grut. 391, 4 parum accurate a Mazocchio exscripto (cf. ad n. 3454), comprobatur; nescio, num littera P hoc loco pro *Posuit* accipi possit.

5736. CAESIA ‖ T · F ‖ SECVNDA ‖ BOATI[1] ‖ AESCVLAPIO — **Salona in Mus. Spalat. translatus. Lanza,** ***lapidi Salon.*** **n. VII.**

1) *Boatio* legit deque cognomine Aesculapii ab insula *Bois* deducto agi editor credidit; ego genitivo nomen mariti indicari censeo. *Boatius* quidam est apud Kellerm. Vig. III, 1, 6 et VI, 3, 12.

5737. AESCVLAPIO · SAC ‖ EX · VOTO · SVSCEPTO ‖ MISSI · HONESTA · MISS ‖ EX · COH · III · PR · 7 · GRADIVI ‖ Q · ROSINIVS · Q · FIL· POL ‖ SEVERVS MVTINA ‖ T · POPILIVS · T·F·ANI ‖ BROCCHVS ‖ CAESAR AVG — **Romae. Vescovalius misit Borghesio.**

5738. DEO · ASCLEPIO ‖ T · IVL · TITI · FILIVS · FABIA ‖ SATVRNINVS · PROCVRATOR ‖ AVGVSTORVM · DONO ‖ DEDIT — **Treviris.** *Rhein. Jahrbb.* VIII, p. 121.

§. 20. IANVS. PORTVNVS (s. PORTVMNVS.)

N. 1584, recte vv. 3. 4. SER ‖ AETOR; v. 5. TORQ; titulus Salonitanus nunc in aedd. Contarinorum Ateste adservatus genuinus est; v. Furlanettus, *M. d'Este*, p. 1; *Lap. pat.* n. XXIII.

N. 1585: qui Grutero dedit, Metellus imaginem modo monumenti descripsit in aedd. publ. Spoletinorum depictam; cui quae auctoritas sit, nemo non videt.

5739. IANO PATRI AVG · SAC ‖ M · AVRELIVS FELIX ‖ VOTVM SOLVIT ANIMO ‖ S · P · P · D · DEDICAVIT — **Dianae. Hefner,** ***R. Inschr. mit Bemerk.,*** *Algerien* VI (*Abhandl. d. k. baier. Akad. d. Wiss., phil. Cl.* V, 2).

§. 21. SILVANVS.

N. 1596 = n. 2518.

N. 1599 extr. V . M . L . P; Labus, M. Bresc. p. 75.

N. 1602: v. 2. IW; v. 4. HARMONIANO; Romae, in aedibus Corsettianis.

N. 1603, v. 3. PRAEF; Gough, *Additions to Camden's Britannia* III, p. 363.

N. 1604, vidit Donius; quapropter genuinum titulum censeo.

N. 1605, suo iure Mommsenius sincerum esse iudicat; I. N. 1393.

N. 1607, v. 1. SILVANO; v. 2. HERCVLI; v. ult. D . D . V. ipse in Mus. Cap.

5740. SILVANO ‖ CAESERIANENSI[1] ‖ TROPHIMVS ‖ ACT ‖ EX VOTO — **Rep. in agro Beneventano ad D. Mariae** ***a Voto*****, nunc in D. Mariae** ***a Toro.*** **Garrucci, Mon. Baeb. p. 18;** ***AA. de' Lig. Beb.*** **tab. II; Mommsen. I. N. 1394.**

1) In tabula alimentaria Baebianorum fundi Caesaris commemorantur, sive *Caesariani*, *Caeseriani*, unde *Caeserianensis*, ut *familia Tironianensis coloni fundi Tironiani* appellantur; cf. n. 7224.

5741. In margine superiore: MANSTON (figura cruci similis) BALESRI ‖ S P · C T 1) — In ipsa basi: VALERIA PROFVTV‖RA · ET MARCVS ‖ ANTONIVS HY‖METVS COM FI‖LIS SVIS DONVM DEDIT SANCTO SIL‖VANO CAMINE‖SI CLODIO ALEXAN‖DRI MANCIPE ‖ CASSIA DEVTERA — Romae in Mus. Cap. Guasco n. 34: v. ipse.

1) Litteras S S interpretare *Sancto Silvano*, vel *Silvano Sacrum*, nominibus Antonii et Valeriae immixtas et maiore tantum figura distinctas; litteras sequentes haud intelligo.

5742. *s*ILVANO ‖ CONSER‖VATOR*i* ‖ FELICISSI‖MVS · ACTO*r* ‖ D D — Sulmone. Mommsen, I. N. 5436.

5743. SILVANO ‖ CVSTODI ‖ PAPIRII — Romae, in villa Giraud; v. Borghesius. Cf. Mur. 69, 9 et Or. 1537.

5744. DIVO ‖ SILVANO ‖ L · ERINACIV*s* ‖ L · LIB ‖ PANTAGATHVS ‖ *v*OT · SOL · LIB · ME — In fundo *il Castellaccio* prope *Fontanellatum* territorii Parmensis. Ronchini, *cenni intorno ad un' antica iscrizione* cet. *Parmae*, 1842, 8.

5745. DIVO · SYLVANO ‖ PORTAE ROMANAE 1) — Venafri. Mommsen, I. N. 753*.

1) Titulum spurium Borghesius (l. l.) iudicat, quia Silvanus *deus*, non divus est; sed cf. tit. praecedentem.

5746. SILVANO ‖ DOMESTICO ‖ SACRVM — Apuli. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 178; cf. Or. 1601; 4960.

5747. SILVA‖NO · ERBA‖RIO · SEP‖TIMIA ‖ CONSTA‖NTINA ‖ V · S · L · M — Budae. Labus, M. Bresc. p. 75, 1.

5748. SILVANO FLAVIORVM ‖ CASSIANVS · T · FLAVI · AVG · ‖ LIB · CELADI · LIBERTVS · FECIT · VNA ‖ CVM FLAVIS CASSIANO · ET · ‖ AMANDO · FILIS · INCHOATA ‖ ANTONINO · AVG · PIO · P · P ‖ DEDICATA · XV · K · APRIL ‖ SCIPIONE · ORPHITO · ET ‖ SOSIO · PRISCO · COS 1) — Romae, in Mus. Cap. Guasco n. 33; Fabr. 473, XXIII: vidi ipse.

1) a. 902 = 149.

5749. SILVANO · I*nvicto* ‖ Q · CORNELIVS ‖ GENITIVOS ‖ DECVRIO · EX · SING 1) ‖ V · L · M ‖ II · SILANIS COS 2) — Budae. Labus, M. Bresc. p. 75, 2.

1) EX . SING*ulari*; minus recte Labus EX *equite* SING*ulari*. 2) Iunius Silanus et Q. Servilius Silanus cos. a. 189.

5750. SANCTO ‖ SILVANO ‖ RESTITVTORI ‖ VALERI ‖ EVPHRANIDES ‖ ET · PERGAMVS ‖ VILICI ‖ D · D — Romae. Amatius cum Borghesio communicavit.

5751. · *silvano sancto sa*CRVM ‖ ATHE*nio se*XTI LATERANI ‖ LIB · ET · EVTYCHES · DISP ‖ MAGNE · DEVS · SILVANE ·

POTENS ‖ SANCTISSIME · PASTOR · QVI · NEMVS ‖ IDAEVM · ROMANAQVE · CASTRA ‖ GVBERNAS · MELLEA · QVOD · DOCILIS · IVNCTAST · TIBI · FISTVLA · CERA ‖ NAMQVE · PROCVL · CERTE · VICINVS ‖ IVNGITVR · AMNIS · LABITVR ‖ VNDA · LEVI · PER · ROSCIDA · PRATA ‖ TIRINVS · GVRGITE · NON · ALTO · NITIDIS · ARGENTI‖EVS · VNDIS · ET · TENERAM · AB · RADICE · FERENS · SILVANE ‖ CVPRESSVM · ADSIS · HVC · MIHI · SANCTE · FAVENS ‖ NVMENQ · REPORTES · QVOD · TIBI · PRO · MERITIS · SIMVLACRVM ‖ ARAMQ · DICAVI · HAEC · EGO · QVAE · FECI · DOMINORVM ‖ CAVSA · SALVTIS · ET · MEA · PROQVE · MEIS · ORANS ‖ VITAMQ · BENIGNAM · OFFICIVMQVE · GERENS · FAVTOR · TV ‖ DEXTER · ADESTO · DVM · TIBI · QVAE · REFERO · QVAEQ · ARIS ‖ INCLVTE · REDDO · EX · VOTO · MERITOQVE · LIBENS · MEA ‖ DICTA · RESOLVO · ILLE · EGO · QVI · INSERVI · NOMEN · IN ‖ ARA · MEVM · NVNC · VOS · O · LAETI · BENE · GESTIS ‖ CORPORA · REBVS · PROCVRATE · VIRI · ET · SEMPER ‖ SPERATE · FVTVRVM ‖ · D · D · — In valle *Tritani*, olim Tirini fl., sub castro *Capistrani*. Marini, *Papiri* p. 332 ex apographo *de Costanzo* abbatis; eum secutus est Mommsen, I. N. 6016; Annal. Inst. Arch. 1834, p. 156, ex exemplo Carlii; Liberatore, *Opusc.* I, p. 112. Nuper tamen vidit et correxit Brunnius. Parva est columna, cuius in latere dextro: SILVA‖NO ‖ ET AVGVRINo ‖ COS ‖ XVI · K · APRIL legitur. Consules sunt anni 156.

5752. SANCTO ‖ SILVANO VO‖TVM EX VISO ‖ OB LIBERTATEM ‖ SEX · ATTIVS DIO‖NYSIVS SIG · CVM ‖ BASE D · P[1]) — In altari oratorii S. Ioannis *dell' acqua* in montibus Simbruinis, prope Sublaqueum. *De Costanzo*, *S. Rufino*, app. n. 141.

1) De *Peculio*, sc. servili, ut n. 4416 *de peculio*, sc. *militari*, vel *de proprio*, ut vult Borghesius apud Furlanettum, *Lap. pat.* p. 135.

5753. SILVANO SILVESTRI ‖ T · C · MAGI‖O EX VOTO ‖ S · L · M — *Alcsuth*, in comitatu *Stuhlweissenburg*. Schmidl, *Oesterr. Blätter* 1846, p. 382.

5754. SILVANO · TETEO · [1]) SERVS · FITACIT · [2]) EX · VOTO · R [3]) — In quinque anaglyphis in civitatibus *Ruppertsberg* et *Rheinzabern* repertis, quibus eques repraesentatur armatus monstrum marinum aggrediens. *Rhein. Jahrbb.* II. p. 121, 122. [Cavendum est cum emptoribus tum antiquariis, ne decipiuntur promercalibus his figlinis Tabernarum Rhenanarum. MOMMSEN.]

1) TETTO in duobus ex quinque exemplis. 2) bis FITAGITI. — Ceterum dubito, num re vera TETTVS vel TETEVS dei, an dedicantis potius nomen sit: TETEO (vel TETTO) SERvVS FITACITi (vel FITAGITI) domini. De titulis votivis pluries repetitis cf. Lersch l. l. 3) *Restituit?*

§. 22. VERTVMNVS. FLORA. POMONA. PRIAPVS.

N. 1619, v. 2. SALASSVS; Mommsen, I. N. 686; cf. 687; Ann. Inst. Arch. 1848, p. 104, 3.

N. 1621, v. 2. CVRVLL sic.; Mommsen, I. N. 122; Garrucci, *Iscr. di Salerno* n. 2.
N. 1626, spurius; I. N. 818*.

5755. . . . . ‖ . . . . ANVS ‖ . . . *pollucis et* CASTORIS DECVRIO ‖ . . . . INIANAE ‖ . . . . PHOR · FABER · ARG ‖ *uo*RTVMNVM ‖ . . . . . . IXIT · CVM · SVIS ‖ A ‖ . . . . EROS · F — Romae. Sarti et Settele, ad Dionysii opus de Vaticanis cryptis appendix, Romae, 1840, p. 62, tab. IX, 2.

5756. PRIAPO ‖ L · ARPINVS · L · F ‖ V · S · L · M — Albae Iuliae. Vernazza, Inscr. Alb. p. 70. [Hic quoque liber caute adhibendus est; fraudes videntur editori imposuisse. MOMMSEN.]

5756a. CVSTOS · SEPVLCHRI · PENE · DESTRICTO · DEVS ‖ PRIAPVS · EGO · SVM · MORTIS · ET · VITAI · LOCVS — Romae, rep. in sepulcro prope portam Latinam. Iahn, Specimen p. 27. n. 28; cf. p. 63 sqq. et Or. 1624.

5757. TI · CLAVDIO · NER · P · QVINTILIO ‖ VARO COS[1] ‖ L · OCTAVIVS · CHARITO · OPERIS (sic) ‖ FACIVNDO · PRAEFVIT · ET · PARIETEM ‖ SVPRA · ARCVS · DE · SVO · FECIT · ‖ SIGNV*m* ΛBERI · ET · PRIAPISCI ‖ *pos*VIT — Telesiae, nunc *Solopacae* in hortis *Gugliae*. Mommsen, I. N. 4884.

1) A. 741 = 13 a. Chr. Est Ti. Caesar, qui postea imperavit.

§. 23. NYMPHAE. AQVAE. FONTES. FLVMINA. LACVS.

N. 1627: de Brittonibus et Britannis cf. Cardinali, *Dipl. VI*, et Borghesi, *Ann. Inst. Arch.* 1846, p. 315.

N. 1629: num PVB?

N. 1630: titulus, quem solis schedis Boissardi deberi credo, mihi suspectus est.

N. 1632: haud dubie genuinus; pro GRAECIVS, GRAECII l. C. RAECIVS, C. RAECII; cf. Furlanetto, *lap. pat.* p. 301, qui laudat Guarnieri Ottoni, *diss. epist.* p. 4. Ceterum ex *Arbe* insula maris Hadriatici lapis allatus est. Consul est Ti. Claudius Pompeianus gener M. Aurelii Aug., cos. cum Claudio Severo a. 173.

N. 1633: mihi quidem suspectus tum propter duo liberti cognomina et Corneliam, collibertam liberti Augusti, i. e. Augusti libertam, tum quia ex diario Gallettii titulus desumptus est, in quo multae inscriptiones falsae leguntur.

N. 1635: v. 5. in archetypo re vera IIIVIVM legitur, quod quin recte Marinius interpretatus sit, nihil dubium. In versu priore partis secundae legebatur olim: SALVTARIS REXTARAVIT, cuius vestigia satis clara adhuc apparent. V. ipsa in Mus. Cap.

N. 1637: v. 4. pro littera C lege C. I, *clarissimus iuvenis*; vidit Furlanettus. Cf. Borghesi, in epistola ad Ortium data, edita in huius *Monumento antico che trovasi nella terra delle Stelle presso Verona*, p. 65.

N. 1638: nescio, quam ob caussam Orellius hunc titulum pro spurio habuerit.

N. 1639: Borghetti, non Aquilae: Mommsen, I. N. 5728.

N. 1647: suo iure Mommsenius, I. N. 2445. meliorem auctoritatem hunc titulum desiderare dicit, quam Summonti et Capaccii, quum, si qui alius, facile fingi potuerit. Quamquam nuper nummus Neapolitanus repertus est, in quo nomen eiusdem fluminis legitur (*Bull. Napol. nuova serie*, 1852, p. 17, tab. IV).

N. 1648: spurius; Mommsen, I. N. 230*, ex Pratillio, p. 465.

N. 1652: Labus, *Marmi Bresciani* n. 130, in extremo titulo legendum proposuit: Q. SAMICIVS. SV*ccessu*S. ITER*um*, ita ut Successus servus votum quidem solverit, libertus autem iterum solverit.

N. 1653; v. 1. L pro M; v. 2. VEREDIVS. Mommsen, I. N. 5481 ex Chaupy, *Maison d'Horace* III, p. 235, et schedis Avezzanensibus.

5758. Q · HORTENSIVS · HYMNVS · NYMPHIS || DIVINIS · V · S · 1) COMPOTE · FACTVS || L · A · 2) ET · CASCELLIA · || ARETHVSA || PERMISSV · TI · LATINI · PANDVSAE — Rep. Sutrii 1767, inde Romam allatus. Ephem. litt. Flor. 1769, p. 246.

1) *Voti Sui.* 2) *Libens Animo.*

5758a. NVMINI · AQVAE || ALEXANDRIANAE 1) || HANC · ARAM · NYMPHIS · EXTRVXI || NOMINE · LAETVS || CVM · GEREREM · FASCES · 2) PATRIAE || RVMORE · SECVNDO || PLVS · TAMEN · EST · MIHI · GRATVS || HONOS · QVOD · FASCIBVS · ANNVS || IS · NOSTRI · DATVS · EST · QVOD · SANCHTO · NOMINE · DIVES || LAMBAESEM · LARGO · PERFVHDIT · FLVMINE · NYMPHA — Lambaese, in nymphaeo. Renier, *premier rapport etc. (extrait des archives des missions scientifiques* 1853), p. 9.

1) In litura repositum. 2) Nota fasces magistratus municipalis.

5759. NYMPHIS GEMINIS SACRVM || C · FVFIVS GEMINI L || POLITICVS || IDEM AQVAM PERDVXIT — Firmi. Colucci, Antiqq. Picen. II, p. 160.

5760. · · · VIVS LEÍTVS NYMPHIS NITRÓDIS || VÓT · SOL · L · ANI 1) — Ex insula Ischia in R. Mus. Neap. allatus. Mommsen, I. N. 3514, ubi v. ceteros; cf. n. 5702.

1) *Libens* ANI*mo.*

5761. NIMPHIS · AVG || PERCERNIBVS || T · GENGETIVS || DIONYSIVS || EX VOTO — Vasione. Bréton, *Ville de Vaison* p. 15.

5762. L · RANTIVS · L · F · TRO · LYMPHIEIS — *ΛΕΥΚΙΟΣ ΡΑΝΤΙΟΣ ΛΕΥΚΙΟΥ* || *ΤΙΟΣ ΝΥΜΦΑΙΣ* — In anaglypho ex insula Ischia in R. Mus. Neap. allato. V. Mommsen, I. N. 5323.

5763. LYMPH · VIRIB || Q · VIBIVS · SERENVS || V · S — *Villincino* in provincia Mediolanensi. Férussac, *Bull. des sciences* 1831, 17, p. 363.

5764. C · ACVLENVS · Q · F · DE · · · || C · TEVCIDIVS · N · F · LIL · · || IIII · VIR || AQVAM · VENTINAM · EX · S · C || CLVDENDAM · CELLASQ · FONTIS || ET · VENTINAE · ET VIRIVM · || FACIENDAS · CONCAMERAND || CVRARVNT · PROBARVNT || DEDICARVNTQVE — Pinnae in Vestinis. Mur. 468, 4; corr. Mommsen, I. N. 6112, qui vidit.

5765. NYMPHIS || ET || FONTIBVS || LEG · XX · || V · V 1) — *Great Broughton* in Britannia (*Chestershire*). Férussac, *Bull. des sciences* 1824, I. p. 52.

1) LEG*ionem* XX *Valeriam Victricem* constat in Britannia castra habuisse.

5766. FONTIBVS || DIVINIS 1) || SACR || M · ANTONIVS || SP · F · STEPHON || V · S · L · M — „*In Valcamonica alla chiesa di S. Michele nella parrocchia di Berzo*". Labus, *M. Bresc.* n. 128; Grut. 1072, 7.

1) cf. FONTI . DIVINO Grut. 94, 6.

5767. APOLLINI · ET · NYMPHIS · DOMITIANIS • ‖ Q · CASSIVS · IANVARIVS · D D • — In vase argenteo rep. 1852 in ipsis aquis Apollinaribus; cf. n. 5210. Marchi, *la stipe tributata alle divinità delle Acque Apollinari*, tab. II, n. 2 et 2a.

§. 24. LARES. PENATES.

N. 1662: HA explica *Herculaneus Augustalis*; cf. 2679. 3933. 3934.

N. 1664: v. 1. COMPITALIBVS; v. Iulius Friedlaender v. c. in Mus. Casselensi.

N. 1665, cf. n. 5631.

N. 1668: v. 1. VOLCANO male antepositum; v. 3. DIVI . F male additum, quum in lapide IMP . CAESAR . AVGVSTVS legatur. Exstat in R. Mus. Neap., ubi v. Mommsen, I. N. 6764.

N. 1670: spurius; cf. Mommsen, I. N. 382* et Borghesi, Giorn. Arcad. 1832, LIV, p. 66 sq.

N. 1673: ex Civitate Plebis in Mus. Oddi allatus.

N. 1675 extr.: SAC . SAC . D; Gough, *Camden's Britannia* III, p. 302; num K . AVG?

5768. L · MINICIO · PAVLLINO ‖ M · PAPVLEIO · LATRONE · Q · [1]) ‖ LAR · PVB · REPOSITI — Bononiae. Schiassi, *Guida al Mus. di Bologna*, p. 23.

1) *Quaestoribus.*

5769. *diis* · *p*ENATIBVS · SACRARIVM ‖ · · ANVS · PONTIF · MIN · [1]) PATRO*n* · · ‖ · · · T · REIQ · PVBLICAE · DO · · · — Praeneste. Petrini, Memorie I, 34.

1) MINor.

5770. DRACO · MAG · AEDICVLAM ‖ SIGILLA · ORNAMENTAQVE · OMNIA ‖ LAR · FAM · [1]) D · S · P · F · C · E*i*DEMQVE · DEDICAVIT — Anxani. Mommsen, I. N. 5289.

1) LAR*ibus* FAM*iliaribus*.

5770a. C · SALVIVS ‖ EVTYCHVS ‖ LAR · CAS [1]) ‖ OB REDIT ‖ RECTINAE NEP ‖ V · *s* — Larini. Ann. Inst. Arch. 1854, p. 25, n. 37.

1) LAR*ibus* CAS*anicis*; cf. 1600.

§. 25. GENII.

N. 1682: v. 5. C . IVL; v. ult. D . D . DE‖DIC . XIV . K . FEBR . ‖ M . CIVICA . BARBARO . M . ‖ METILIO . REGVLO . COS; Fea, *Fasti* 33. Cos a. 910=157.

N. 1691: v. 3. fortasse EX . ARG . P*(ondo)* V. P*(ecunia)* S*(ua)* P*(osuit)*.

N. 1692: v. 2. NEVIOD, fortasse errore eius, qui exscripsit; v. 4. INGENVS (?) BF . COS. *Istria* VI, p. 152, ubi versus aliter divisi sunt.

N. 1693: v. 2. BENEVENTAN; v. 3. SEPPIA; Mommsen, I. N. 1404.

N. 1694: quos pro duumviris Puteolanis Orellius habuit, Venuleius Apronianus et Sergius Paullus consules iterum erant anno 921 = 168; cf. Marini, A. A. p. 196. Ceterum Vignolius, qui aeri incisum titulum edidit, dedicationem omisit, quam errore a Como, qui Muratorio inscriptionem suppeditavit, adiunctam esse Gervasius suspicatus est; cf. *Iscriz. de' Luccei* p. 30, 2; Mommsen, I. N. 2466.

N. 1695, 2: intellige: OB H*onorem* M*agisterii* M*ercurialium*; cf. Borghesi, Bull. Inst. Arch. 1842, p. 101.

N. 1699 = 3458: titulus in litura repositus, ita tamen ut paucissima tantum vestigia litterarum deletarum appareant; v. 7. VALEREI...... ET DALMATEVS; v. 8. FeceRVNT. Vidi in Museo Capitol.

N. 1709, rectius legitur ad n. 929, ubi vide; melius vero hic explicatur, nisi quod *beneficiarius consularis* intelligendus est.

N. 1710, v. 3: ARIMINES; Tonini, *Rimini* p. 292; cf. n. 7187.

N. 1711, v. 2: FAMILIAE; v. ult. DISP. D. D; v. ipse in Mus. Vat.; cf. Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 38.

N. 1712 = n. 49, ubi vide.

N. 1716, mihi suspectus.

N. 1719, genuinus; v. 1. DOMINOR; v. ult. adiungendus: TESTAMENTO. EX. HS. ∞ ∞. Ceterum ex Dalmatia marmor allatum est; cf. Furlanetto, *lap. pat.* p. 32, et Borghesi apud eundem p. 516; Labus, *M. Bresc.* p. 94.

N. 1726, v. 3. RELIQVIAE . ANNOIIRVM . XVIIII . CONSECRATAE cet.; v. ipse in Museo Capitolino.

N. 1727, v. 3. corr. T . FLAVII; Borghesi, Ann. Inst. 1846, p. 324.

N. 1729, v. 1. DIGINIBVS; Lersch, C. M. I, 27.

5771. GENIO ‖ ANIGEMIO ‖ CVLTORES ‖ EIVS ‖ V · S · L · M — Celeiae. Seidl, *Epigr. Excurs.* IV, p. 31, n. 24; *Alterth. d. Oesterr. Monarchie* (*Wiener Iahrbb.* 1829 sqq.), n. 280; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 45.

5772. DEOS CVRIALES[1] ‖ GENIVM · TI · CLAVDI ‖ CAISARIS · AVGVSTI ‖ P P ·[2]) CVRIAE · ASERNIAE ‖ A · AVILLIVS · ACANTHVS · DICTATOR ‖ M · IVNIVS · EVTICHVS · DE · SVO POSVER—ES[3]) — Caere Centumcellas translatus. Vidi ipse. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 266.

1) cf. βουλαίους θεοὺς tituli Graeci (Ann. Inst. 1852, p. 194), et *deum scholarum* inscriptionis n. 5786. Sunt *dii curiae* vel *curiae conservatores*. 2) *Patris Patriae*; cf. Bull. Inst. 1849, p. 92; nam minus recte in Annall. l. l. notam interpretatus eram. 3) Litteras ES coniunge cum DICTATOR versus praecedentis. Quum Avillius dictator anni prioris antea solus in monumento legeretur, successor suum quoque nomen in eo exarandum curavit; id quod ipso nomine in litura reposito litterarumque vestigiis supra versum reliquis satis evincitur.

5773. I · O · M · ‖ ET · SOLI · DIVINO ‖ ET · GENIO ‖ VENALICI[1]) ‖ Q · IVLIVS · MAXIMI ‖ LIB · FELIX · ‖ CVM · IVLIA ‖ Q · F · ROMANA ‖ CONIVGE · LIBENS · ANIM ‖ VOT · SOLVIT ‖ IMP · · · · · · CAESAR · AVG GER XII ‖ SER · CORNELIO · DOLABELLA · COS[2]) — Romae, in Mus. Cap., ubi vidi. Grut. 5, 2; Guasco n. 6.

1) cf. 1947 et 1683. 2) a. 839 = 86; Domitiani nomen erasum est.

5774. GENIVS ‖ POPVLI ‖ ROMANI — Litteris quinti circiter saeculi legitur in saxo pavimento, ut videtur, olim inserto, anno 1853 ad sacram viam inter basilicam Iuliam et clivum Capitolinum effosso. Per longitudinem lapidis iisdem plane litteris inter duas phallorum figuras haec scripta sunt: ORFITE ‖ CINEDE QVI ‖ BIS PROMISITI (sic) PEDIIICARE ET NON BITIDARE[1]) — Exscr. ipse cum amicis de Rossi et Brunn.

1) Inscriptio ab homine quodam otioso in pavimento exarata (eiusmodi sive figurae sive litterae passim in basilica Iulia inveniuntur) ad genium populi Romani aureum

alludere videtur, quem Aurelianum in rostris posuisse scimus (Catal. imp. Rom. Vienn. apud Roncalli II, p. 246). — BITIDARE recte Bethmannus corrupte dictum esse coniecit pro *vis te dare*.

5775. GENIO · COLONIAE ‖ OSTIENSIVM ‖ M · CORNELIVS ‖ EPAGATHVS · CVRAT ‖ AVGVSTAL · ARGEN P X D D ‖ OB DEDICATIONE · EIVS ‖ VIRITIM · DEDIT · ✕ I · N ‖ IDIB · DEC · STLOGA · ET · SEVERO CoS[1]) — Romae, in Mus. Vat. Marini, I. A. p. 57, male; melius Fea, *Fasti* n. 28. Ipse correxi.

1) A. 894 = 141.

5776. *genio* · MVNIC*ipii* ‖ *s*AEPINATIVM ‖ *c* · NERATIVS · C · L ‖ EPINICVS · OB · ‖ HONOR · AVGVST ‖ S · P · F · C ‖ *e*T · OB · DEDICATIO*nem* ‖ EIVS · DECVRION*i*‖BVS · SING · HS · VI ‖ AVGVSTALIB · HS IIII ‖ PLEBI · VIRITIM · HS II ‖ DEDIT — Altiliae. Mommsen, I. N. 4918.

5777. GENIO ‖ DECVRION ‖ ET POPVLI ‖ T · POLLIONIV*s* ‖ T · F · LAETITIA ‖ *ex a*V*r*I LIBRA ‖ IN AVGVRAT*u* ‖ GRATV*it* · SIB*i* ‖ DEL*ato cu*M · LIB ‖ *et* FAMIL PVB — Brundisii. Op. cit. 450; Nov. Fior. 1784, p. 390.

5778. GEN · POP · PAG · IV[1]) ‖ BENEMER ‖ Q · PVB · ABASCANT*us* — Inzini agri Brixiani rep., nunc in Mus. publ. Brixiano. Labus, *M. Bresc.* n. 152.

1) GEN*io* POP*uli* PAG*orum quattuor*, Labus.

5779. GENIO ‖ CANDIDAT ‖ VEN · VICT · [1]) ‖ DAPHNVS ‖ COL · SAV · [2]) VI ‖ KAL · SEPTIMS ‖ NI · SAC · [2]) P · AEL ‖ SABINIANO — *Szomlalhely* (Sabariae). Férussac, *Bull. des sciences* 1827, 1, p. 239.

1) CANDIDAT*orum*, VEN*eri* VICT*ric*i. 2) COL*oniae* SAV*ariae*, sc. servus. 2) SAC*erdote*, nisi in litteris corruptis, quae praecedunt, M*agistrum* SAC*rorum* inesse mavis.

5780. GENIO · COM‖MERCI · ET · NE‖GOTIANTIVM ‖ PRIMITIVS[1]) ‖ IVLI · PROC · L · I · IxƆ ‖ COND · VIII · [2]) SER ‖ VIL · XX — Szöny. Mus. nat. Hung. p. 227, 14.

1) l. Primitivus. 2) l. PROCuLi. *ex* (?) COND*uctore*. Sed quid in numero VIII lateat, mihi non liquet.

5781. IDVS OCTOB GIINIO ‖ HOR N BRITTONVM[1]) ‖ A · IBLIOMARIVS · OPPI‖VS POSITTVM[2]) QVINTA‖NIISIS[3]) POSIT VII · · · [4]) — *Neuwied.* Steiner, I. Rh. 756; corr. I. Dan. et Rh. 949, ubi Lerschium C. M. III, 101 sequitur, cuius lectionem ego quoque recepi.

1) De his viri docti plane hariolantur, quamquam veram explicationem Borghesius iam proposuit (Ann. 1839, p. 138): GENIO HOR*reorum Numeri* BRITTONVM; cf. Grut. 75, 1; 109, 6; 7. 2) In his litteris fortasse minus accurate exscriptis nomen patriae Ibliomarii, vel agnomen quoddam ipsius inesse videtur. 3) Miles legionis quintae? 4) l. *posuit* . . . . — St. et L. legendum esse credunt v. 4. *pos*(u)*it*, *tum quintanesis*, i. e. qui eo tempore quintanensis erat; deinde: *positum*. Sed illud quidem inscriptionum indoli omnino adversatur.

5782. GENIO ‖ TABVLARI ‖ I · B · [1]) A · VIB ‖ MERCVRI‖ALS ·

LBRA ‖ V · S · L L M — Ibd. Steiner, I. Rh. 758; I. Dan. et Rh. 946; Lersch, C. M. III, 102.

1) LBrariorum; Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1839, p. 132.

5783. IN · H · D · D ‖ GENIO · BF · COS · G · S [1]) ET ‖ LOCI · CONCORDI AR [2]) ‖ S (sic) I · [3]) ARG · IV · I · [4]) ADVENTVS ‖ BF · COS · IMP · · · · · ‖ · · AVG · [5]) III · ET · BVRRO · COS [6]) V · S · L · L · M · ‖ TEM REST — *Altripp* prope Nemetas, nunc in Antiquario Spirensi. Iäger, *Jahresber. f. d. Pfalz* I, 1842, p. 36; t. 1, 3; Steiner, I. Dan. et Rh. 741.

1) GENIO . BeneFiciariorum COnSularis Germaniae Superioris. 2) ita St. 3) St. notam S *pondo* significare proposuit, ita ut legendum sit AVR*i pondo* I, ARG*enti* IV. 4) I*ulius*? cf. n. 6246. 5) Commodi nomen erasum. 6) a. 181.

5784. IN · H · D · D · ‖ GENIO · PE‖REGRINOR · SEVERVS ‖ MELODAT [1]) ‖ D · S · D · D — *Marbach* Würtemb. Stälin, Würtemb. Gesch. I, n. 115; Steiner, I. Dan. et Rh. I, 32 cet.

1) Stälin: MEL . DAT.

5785. GENIO ET SIGNIS ‖ COH · I · F · *v*ARDVL ‖ C · R · EQ · M [1]) ‖ · · · · · · · · · — Rochester, vel Richester, Northumb. Hodgson, *hist. of Northumberl.* I, 2, p. 142.

1) COH*ortis* I. *Fidae* vARDVL*orum Civium Romanorum* EQ*uitatae Miliariae.*

5786. DEO SCHOLAR ‖ SEX FIRMIVS CHARITO ‖ EVNARIA · IN‖RGEVI · · · [1]) ‖ EX VOLVNI [2]) ET NVTV ‖ MITRAE FEC ET SANCTE I*n*STAVRAVER ET CANCELLIS ‖ CIRCVMDATIS EX VISO ‖ N · M · QVE · EIVS · D · D — *S. M. di Capua* in hortis Teti, columna satis alta, scripta litteris fugientibus. „Descripsi, ut potui"; Mommsen I. N. 3574

1) *s*YN*e*RGE V*xor*? 2) EX VOLVNT*ate*.

§. 26. FORTVNA.

N. 1739: spurius; cf. Kellerm. Or. Anall. epigr. p. 38, qui auctorem laudat Gerhardum, qui monumentum inspexit.

N. 1743: rep. Arnae.

N. 1747: apud Murat. 82, 3 Ligorio tribuitur; spurius igitur est.

N. 1748, extr. notae vix bene exscriptae; Orellii L*iben*S certo admitti nequit. Pro APPIANVS quoque scr. APPIANIVS.

N. 1749: auctoritatem schedarum Ursini, qua sola hunc titulum commendari credo, parum sufficere puto ad sinceritatem eius tuendam.

N. 1753: Apianus p. 187, ex quo Gruterus titulum desumpsit, legit in fine eius: SALVTA ‖ POLYBII F LIBERALIS . PATR., quod male Grut. correxit. Legendum est: SALVT*e* POLYBI F *(ilii)* E *(et)* LIBERALIS PATR*(ie)*, vel POLYBII E LIBERALIS PATR*(onorum)*.

N. 1754, v. 1: FORTVN . PRAETORIAE ‖ SACRVM; v. 4. C N; EPAGATVS; v. 5. CVRATOR. Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 38. V. ipse in Mus. Vat. — Titulus anno 1640 una cum statua Fortunae repertus est, quum fundamenta ecclesiae cathedralis Tiburtinae ponerentur; Cabral e del Re, *Ville di Tivoli* p. 12.

N. 1755, v. 4: fortasse FLACCINIVS?

N. 1761: spurius, sola videlicet Boissardi auctoritate firmatus.

N. 1762, apud Grut. 78, 2 ita legitur, ut verba LARI . VIALI desiderentur; quam-

quam interpolatam titulum esse affirmare non ausim, quum *Lares viales* in aliis quoque monumentis commemorentur; cf. 1894.

N. 1764: Hagenbuchii interpretatio parum felix, ipse autem titulus male certo exscriptus.

N. 1767 = 5024, ubi tamen minus bene legitur; male quoque Steiner, I. Rh. 768; corr. Lersch, C. M. II, 18, et ex eo Steiner, I. Dan. et Rh. 1006. cf. C. M. III, p. 115. Ante CALVINIANV*s* adde L; v. ult. G I I I I . . . i. e. *legatus Aug. pr. (pr.) provinc. Germaniae Inferioris*, vel fortasse INF. Ceterum in fine versuum litterae aliquot nunc desiderantur. Overbeck, *Catal. des Rhein. Mus. vaterl. Alterth.* n. 89. penultimum versum ita exhibet: LEG . AVG . PR . . . , in fine vero tituli legit G II . .

N. 1768 = 1886: Romae.

5787. BONA · FORTVNA · DOMINAE || REGINAE ·[1]) IN · MVLTOS · AN||NOS · FELICITER · VENIT || E · VRBE · MENSE · APR · DIE · XVIII · TACI||TVS — *Ouady-Sofra* Aethiopiae. *Revue Archéol.* I, 9, p. 577.

1) Regina quaedam Meroës (l. l.); neque tamen de lectione tituli mihi satis videtur constare.

5788. FORTVNAE || CONSERVA||TRICI · PRO || SALVTE · MARCI || AVRELI IVLI V C || AVGVRI · PRAESI||DI · PROVINCIAE || DASSIVS · NO||TARIVS || VOTVM SOLVIT — Salonae. Lanza, *lapidi Salon.* n. VIII.

5789. FORTVNAE · OPSE*quenti* || P · PEILIVS · L · F · C · CALVIVS · P · F || CENS — Corae, litt. vetustis. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 260.

5790. FORTVNAE DVCI — Telesiae. Mommsen, I. N. 4831.

5791. *cn* · *ca*ESIVS · ATHICTVS || *caesia*E · SABINAE · SACER*d* || *fortunae re*DVCIS · SCHOL · COL||*lapsam* · *for*TIS · FORTVNAE A SOLO *cla*VSIT · STATVIS*q* · *ornavit* — Veiis. Nibby, *Dintorni di Roma* III, p. 416.

5792. FORTVNAE || SVPERE || AVG || SACRVM || CVM AEDE || V · S · L · L · M — Apuli Transilvaniae. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 180.

5793. FORTVNAM || SVPERAM · HO||NORI · AQVILAE || LEG · XXII · PR · P · F · M || MINICIVS · M · FIL || QVIRINA · LINDO ·[1]) MAR||TIALIS · TRIB · LEG · EI||*usdem* · · · · · · — Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 427; I. Danub. et Rh. I, n. 370.

1) *Lindus* Rhodi, *Lindum* Britanniae civitas.

5794. FORTVNAE || VERVNIENSI[1]) || IMPER · OCTAVIA || QVINTA · L · L · P — Aquileiae. *Alterth. d. Oestr. Monarchie* (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.), n. 204; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 42; Zandonati, *Guida d'Aquileja* p. 208, n. XXXVIII.

1) Kellerm. (Bull. l. l.) corrigendum putat VIRVNENSI, vel VERONENSI; Cardinalius autem (*Dipl.* 539) scribit VERONENSI.

5795. FORTVNAM VICTRICEM CVM SIMVLACRIS VICTORIARVM || *ex* INFREQVENTI ET INCVLTO LOCO IN ISTA SEDE PRIV*ata* || *proc*ONSVLATV QVARTO[1]) INSIGNI AVRELI ARISTO-

BVLI ‖ *e*T ORNAT*a* · PROVISIONE GLORIOSI MACRINI SOS ‖ · · · · LEG · · · QVARTO · IVLIVS RVSTICIA‖*nus ci*VIS ET CVR · KALAMENSIVM SPLENDID ‖ · · · VR · · *co*NST*ituit* [2]) ET LOCAVIT P · · [3]) — Calamae. *Excursions dans l'Afrique septentrionale*, n. 22; paullo accuratius *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 183, 3; *Journal des Savants* 1837, p. 713.

1) i. e. anno quarto proconsulatus eius. 2) . . MST . . . ., Expl. 3) P *p* ? = *permissu proconsulis*?

1) Litterae supra titulum positae quid significent, parum liquet.

6025. Q · LARTIO · L · F · RVFO ‖ HARISPICI · $\overline{VI}$ · VIRO ‖ Q · LARTIO · Q · F · SIMPLICI ‖ HARISPICI ‖ CICEDIA · Ɔ · L · SPERATA ‖ SIBI · VIRO · FILIO · ET ‖ LARTIAE · ABALE · LIB ‖ V · F — Faventiae. V. Mommsen.

6026. D M Ⅎ M [1] ‖ GF [2] SABINI CAM‖PANI TEANENSIS ‖ EQ R HARVSPICI ‖ SVI TEMPORIS SIN‖GVLARI Q V AN LVIII ‖ M V D V GF [2] SABINIA‖NVS FIL PATRI RARIS‖SIMO ET AMANTIS‖SIMO SIC SIBI FIERI ‖ ANTEQVAM DECE‖DIT REBVS VMANIS ‖ IPSE MANDAVIT — *Poitiers. Mémoires de la Société des Antiquaires de l'Ouest*, *année* 1843, p. 53.

1) I. ET *Memoriae*; cf. 3694. 2) Fortasse G. *Flavii*?

§. 14. SACRA ISIACA. FANATICI.

N. 2306, v. n. 6029.
N. 2315, v. 2. SACROR; Cavedoni, *M. Modenesi* n. XII.

6027. ISI ET SERAPI SACRVM ‖ Q · FABIVS TITIANI LIB INGENVVS SEVIR ‖ AVGVSTALIS FAB CANDIDA SACRORVM S · P — Regii. Logoteta, *tempio di Iside e Serapide*; Mommsen, I. N. 1.

6028. CN · HELVIVM ‖ SABINVM · AED ISIACI ‖ VNIVERSI · ROG — et: M · CVSPIVM · PANSAM ‖ · · · POLYBIVS · NATALIS · CLIENS · CVM · ISIACIS · ROG — Pompeiis, scr. in pariete. *Bull. Nap. n. s.* 1853, p. 151 et p. 177.

6029. D · FABIO · D · FILIO · PAL ‖ FLORO · VERA*n*O [1] ‖ SACERDOT · SANCT REGIN [2] ‖ IVDICIO MAIESTATIS EIVS ‖ ELECTO ANVBIACO PRIMA ‖ [DEC · LAVR · VIC · AVG · QVATTER

VI]3) ‖ NAVICVLARIO · V · CORPOR ‖ LENVNCVLARIORVM OST ‖ HONORIB · AC · MVNERIB · ‖ OMNIB · FVNCT · SODALI ‖ CORP · V̄ · REGION · COL · OST ‖ HVIC · STATVAM · FLAVIVS · ‖ MOSCHYLVS V · C · ISIACVS ‖ HVIVS · LOCI · MEMOR · EIVS ‖ SANCTIMONIAE CASTITAT ‖ TESTAMENT · SVO COSTITVI (sic) ‖ AB HEREDIB · SVIS · IVSSIT · ‖ PATRONO · MVNDITIARIO ‖ · · · · · · · 4) ‖ L D D D P — OB HONORE (sic) QVO DIE SACERD F*a* · 5) ‖ DEDICAT · XVII KAL A · · · 6) ‖ TER ET SEMEL COS 7) ‖ LOCVS · DATVS A IVLIO ‖ FAVSTINO PONT · VVLK ‖ AED SACRAR · 8) PERMISIT ‖ ACT · · · · · FL · MOSCYLI (sic) ‖ SVB QQ · C · P 9) ‖ Q · VETVRI FIRMI FELICIS ‖ SOCRATIS ET ‖ L · FLORI EVPREPETIS ‖ OB CVIVS DEDICATIONE DEDIT DECVRIONIBVS ✕ III ‖ CVM OFFICIO BASILICES — Romae, in Mus. Capitol., Ostiae, ut videtur effossus. Mur. 158, 1; Guasco n. 390 et 72. Monumentum litteris quidem grandibus exaratum, sed in aliquot locis satis detritum et in alto collocatum haud exiguo labore ipse descripsi cum Philippio.

1) VERAIIO in lapide legi, unde probabiliter videtur effici posse quod supra posui. 2) Intellige *Isidis*. 3) Quae uncis inclusi, in litura reposita sunt. 4) Mur. B. M, quae nunc desiderantur. 5) SACERD . FA*ctus est*. 6) KAL*endas Augustas*, vel *Apriles*. 7) Consulatum intellige Severi III et Caracalli, a. 202 = 954. 8) Cf. n. 2154. 9) SVB Q*uin*Q*uennalitate censoriae potestatis*.

6030. DIS · MA*nibus* ‖ TELEGENIAE · L · *l* · · · · ‖ SACRORVM ‖ C · TERENTIVS · ANTH*us* · *coniugi* ‖ SVAE · CARISSIMAE — Romae, in horreis Musei Vaticani. Vidi cum Mommsenio.

§. 16. RELIGIONES MATRIS DEVM MAGNAE IDAEAE. TAVROBOLIA. CRIOBOLIA.

N. 2326, v. 4. ET ARAM TAVROBOLATAM; v. ipse in Mus. Vat.; corr. quoque Osann, Sylloge p. 453, CLXVI, sed scripsit SACERDOTES, ut recentiori manu adiunctum in lapide legitur.

N. 2327, v. corr. n. 6033.

N. 2328, v. 3. COL . LIB . IANVARI*a*, certa coniectura corr. Mommsen, I. N. 1399; v. 8. TERENTIA corr. idem ex n. 2329.

N. 2329 ad Beneventum pertinet.

N. 2332, v. 2. fortasse CRIOB? — Not. 3. XV*virali*, sc. sacerdote, ut in N. 2333, quem vide corr. ad N. 2396.

N. 2336, v. 1. supple L. IVLIO V*rso serviano iii*, cos. a. 133 (cf. Borghesi, *Bull. Nap.* III, p. 98.); v. 2. NON O*ct*; v. 3. ECITIVM; v. 5. DEA*e*.

N. 2338, in. D. M. Titulum Aquileiae repertum esse ibique in monasterio *delle Vergini* asservari docemur *Istria* V, p. 204.

6031. : : : : : : : : : : ‖ : : : : : : : : : 1) ‖ NVMINB · AVG TOTIVSQVE ‖ DOMVS DIVINAE ET SITV 2) C C C ‖ AVG LVGVD ‖ TAVRIBOLIVM FECE‖RVNT DENDROPHORI ‖ LVGVDVNI CONSISTENTES ‖ XV · KAL · IVLIAS ‖ : : : : : : : : : : : : : : : : : : ‖ MARCO SVRA SEPTIMIANO ‖ C̄OS̄ 3) EX VATICINATIONE ‖ PVSONI IVLIANI ‖ ARCHI‖GALLI4) SACERDOTE ‖ AELIO CASTRENSE ‖ TIBICINE FL RESTITVTO ‖ HONORI OMNIVM ‖ CL SILVA-

NVS PERPETVVS ‖ QVINQVENNALIS INPEN‖DIVM HVIVS ARAE REMIST ‖ L D D D — Rep. Lugduni 1821. *Mémoires des Antiquaires de France* V, p, 87; corr. Boissieu, *Inscr. de Lyon* I, 21, p. 31.

1) Nomen Commodi Augusti abrasum est. 2) Pro *situ* in ceteris eius generis monumentis Lugdunensibus *statu* legitur; cf. 2322. 2325. 6032. 3) A. 190. Cf. *Memorie dell' Inst. Arch.* p. 159; Mar. Arv. p. 166. 167. 4) Cf. Grut. 30, 2.

6032. PRO SALVTE IMP L SEP‖TIMI SEVERI PERTNA‖CIS AVG ET *d · clodi septimi albi*Ni *caes* ‖ DOMVSQ DIVINAE ET STA‖TV C C C AVG LVG TAVROBO‖LIVM FECERVNT AVFVSTIA ‖ ALEXANDRIA ET SERGIA ‖ PARTHENOPE EX VOTO ‖ PRAEEVNTE AELIO CASTREN‖SE SACERDOTE TIBICINE FL ‖ RESTITVTO INCHOATVM EST ‖ SACRVM VII IDVS MAI CON‖SVMMATVM V ID EASDEM ‖ IMP L SEPTIMIO SEVERO PERTNAC AVG *ii* ‖ *d clodio septimio albino caes* ‖ II COS[1] ‖ *l* D *d d* — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* I, 22, p. 33.

1) A. 194.

6033. MATRI · DEVM ‖ TAVROPOLIVM · INDICTVM ‖ IVSSV IPSIVS ET STIPE CONLATA ‖ CELEBRARVNT PVBLICE NARBON · · · — Narbone, ex mss. *Mém. des Ant. du midi de la France* VI, p. 69. Est iam 2327.

6034. C · IVLIVS · EPAE‖NITVS · [1]) RELGI‖OSVS · SIBI · ET · L · RAIO · FELICI · ‖ SACERDOTI ‖ MATRIS · DEVM ‖ B · M · P · ‖ POSTERISQ ‖ SVIS — Larini. Mommsen, I. N, 5204.

1) Corr. EPAENeTVS.

6035. AGER ‖ RELIGIOSORVM ‖ C · IVLIVS · AQVILI‖NVS · PORTICVS · ET ‖ SEDILIA · DE · SVO · EXSTRVXIT — *Marani*, prope Puteolos. Op. cit. 2556.

6036. Cum *hieroceryce* fortasse conferendus est *hierosalpistes*, quem in titulo sequenti reperire mihi videor: D M ‖ PHILOTAS TALLI [1]) ‖ EROSALPISTES ‖ LAMEDON ‖ FILIVS · FECIT · ET · ‖ ROMANA · FILIA — In horreis Musei Vaticani vv. Mommsen et ego.

1) Nomen domini.

6037. · · · · · · · · ENIO · C · FIL ‖ FATALI ‖ CAESARIENSIS ‖ ANTISTI · SANCTISSIMI ‖ NVMINIS · MATRIS · DEVM ‖ DENDROPHORO ‖ DIGNISSIMO — Iuliae Caesareae (*Scherschel*). *Mém. des Ant. du midi de la France* IV, p. 207.

§. 17. SACRA ET MYSTERIA MITHRIACA.

N. 2341, not. 1. *conductoris ferrariarum Noricarum.*

N. 2343 legitur quoque apud Mazocchium fol. 68 avers. (Grut. 303, 2), cuius apographum nonnulla continet minime spernenda, licet Pighianum apud Grut. 1087, 4 accuratius videatur esse confectum. E. g. v. 4. pro *Persica* Maz. PATRICA; v. 14. HIEROCORACICA. — Not. 6. fortasse recte C . P, *clarissimo Puero?*

N. 2344, v. 5. in. PK; Stälin, *Würt. Gesch.* I, p. 49, n. 175.

N. 2353, v. 7. P . M, *pontifex maior*, ni fallor; cf. 2551. v. 8. fortasse corr. TAVROBOLIATVS.

N. 2354, v. 4. QVINDECEM; in inscriptione lateris sinistri: FEBR.

6038. M · AVRELIVS ‖ AVG · LIB · EVPREPES ‖ SOLI · INVICTO · MI‖THRAE · ARAM · ‖ EX VISO · POSVIT · ‖ PROSIDENTIBVS · BI‖CTORINO PATRE · ET · IA‖NVARIO · DEDICATA ‖ IIII · NON · IVNIAS · L · EGGI‖O · MARYLLO · ET · GN · PAPI‖RIO · AILIANO (sic) · COS · 1) — Romae, in Mus. Vat., ubi exscripsi.

1) A. 937 = 184.

6039. INVICTO · MITHRAE ‖ APRONIANVS · ARKAR ‖ REI · P · D · D ‖ DEDICATVM · VII · K · IVL ‖ MAXIMO · ET · ORFITO · COS 1) ‖ PER · C · ARENNIVM · REA‖TINVM · PATREM 2) — *Pace* in territorio Aequiculano. Ann. Inst. Arch. 1834, p. 112. I. N. 5705.

1) A. p. Chr. 172. 2) Bunsen legit PATR PA, *patrem patrum*, sed ex apographo Rossiano Kellermannus correxit PATREM, haud facile pro *patrum* PA scribi posse ratus.

6040. *ΜΗΤΕΡΙ ΤΗ ΠΑΝΤΩΝ ΡΕΙΗ ΤΕΚΕΩΝ ΤΕ ΓΕΝΕΘΛΩ ‖ ΑΤΤΕΙ Θ ΥΨΙΣΤΩΙ ΚΑΙ ΣΥΝΙΕΝΤΙ ΤΟ ΠΑΝ ‖ ΤΩ ΠΑΣΙΝ ΚΑΙΡΟΙΣ ΘΕΜΕΡΩΤΕΡΑ ΠΑΝΤΑ ΦΥΟΝΤΙ ‖ ΚΡΙΟΒΟΛΟΥ ΤΕΛΕΤΗΣ ΗΔΕ ΤΙ ΤΑΥΡΟΒΟΛΟΥ ‖ ΜΥΣΤΙΠΟΛΟΣ ΤΕΛΕΤΩΝ ΤΟΥΤΟΝ ΣΥΝΘΗΚΑΤΟ ΒΩΜΟΝ ‖ ΔΩΡΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΘΕΙΟΝ ΕΧΩΝ ΕΠΙΚΛΗΝ* — PETRONIVS · APOLLODORVS · V · C ‖ PONTIF · MAIOR · XV · VIR · SACR · FAC ‖ PATER · SACR · DEI · INVICTI · MITHRAE ‖ TAVROBOLIO · CRIOBOLIOQ · PERCEPTO ‖ VNA · CVM · RVF · VOLVSIANA · C · F · CON‖IVGE · XVI · KAL · IVLIAS · DD · NN ‖ VALENTINIANO · ET · VALENTE · AVGG · III · COSS 1) ‖ ARAM · DICAVIT — Romae. Grut. 28, 1; cf. C. I. Gr. 6012, b.

1) A. 370.

6041. Novissimum, quod huc usque innotuit, superstitionis paganae monumentum tabula vitrea est, longa palmos $2\frac{1}{2}$, alta p. $1\frac{10}{12}$, Romae quidem reperta, sed in Museum Oliveriorum Pisaurensium translata, qua cultum Mithrae et Matris Deum Magnae coniunctum et confusum optime cognoscimus. In ea sacrificium repraesentatur Mithriacum, plurimis eius cultus insignibus circumdatum. A cuius dextra in columna quadam haec leguntur: DEO MAGNO ‖ MITHRAE ‖ POLLENTI CON‖SENTI LARI ‖ SANTO SVO ‖ M · PHILONIVS ‖ PHILOMVSVS ‖ EVGENIANVS ‖ DELIBVTVS ‖ SACRATISSIM(S) ‖ MISTERIIS PER ‖ OIA 1) PROBATIS‖SIMVS QVI ET ‖ ARCANIS PER‖FVSIONIBVS ‖ IN ÆTERNVM ‖ RENATVS TAV‖ROBOLIV CRIO‖BOLIVMQVE ‖ FECIT ET BVCSI 2) — In corpore tauri: ABSOLVIT ‖ K MART ‖ AGRI A‖CERESI PA 3) ‖ ET PONT ‖ SC TAC 4) ‖ DEI MAGN — et: FA · SIMMA COSS 5) — *Olivieri*, *di alcuni antichità cristiane conservate in Pesaro nel Museo Olivieri*, *Pesaro* 1781, 4, p. XXVII (aeri incisa).

1) Expl. Omn*IA*. 2) De his mihi certe non liquet [num BVC*ranium* SI*gnavit*? quod certe solent exhibere lapides tauroboliorum. Mommsen.] 3) PA*tris*, sc. sacerdotis Mithrae. 4) Fortasse S*a*C*ris* *f*AC*iundis*? [vel *Agrii Aceresii patris et pontificis sacerdotio, tactus dei magnitudine*? Mommsen.] 5) Corr. TA, i. e. Tatiano et Symmacho cos., a. 391.

6042. *vi*NCENTI · HOC · O*ro ne in*QVETES · 1) QVOT · VIDES · PLVRES ME · ANTECESSERVNT · OMNES · EXPECTO · ‖ MAN-

DVCA VIBE LVDE TE BENI AT ME · CVM VIBES · BENE FAC · HOC · TECVM FERES · ‖ NVMINIS · ANTISTES · SABAZIS · VINCENTIVS · H*ic est* *q*VI SACRA · SANCTA ‖ DEVM · MENTE PIA · C*olu*IT · — Romae in Via Appia, inscriptio picta in hypogaeo cum coemeterio D. Praetextati coniuncto, male olim descripto a Bottario, *Roma sotterranea*, t. III, praef. et p. 1, 192, 188, 111, paucis vero abhinc annis denuo reperto et nunc egregie illustrato a P. Raph. Garrucci, *tre sepolcri con pitture ed iscrizioni appartenenti alle superstizioni pagane del Bacco Sabazio e del persidico Mitra* ecc. *Napoli*. 1852, 4, cum 6 tabulis aeri incisis; cf. Bull. Inst. Arch. 1853, p. 87 sqq. — Infra titulum hic propositum sex figurae visuntur discumbentes varii sexus et aetatis, quibus pueri dapes apponunt: supra eas scriptum legimus BONORVM · IVDICIO · IVDICATI, uni autem nomen VIBIA adiunctum est. Eandem Vibiam ANGELVS BONVS per portam arcuatam in convivium inducit (INDVCTIO · VIBIES). In alia pictura habes repraesentationem raptui Proserpinae similem, Plutonem videlicet mulierem abripientem et Mercurium, qui quadrigae eius antecedit; adscriptum autem est: ABREPTIO · VIBIES · ET · DISCENSIO. Porro alterum convivium habemus hominum septem, quorum tres pileum Phrygii similem capite gestant, quique SEPTE · PII · SACERDOTES dicuntur; unus autem eorum VINCENTIVS ille est, quem in titulo supra proposito commemoratum vidimus. Sequitur pictura, in qua DISPATER• et ABRACVRA•, i. e. Proserpina, in alto suggestu sedent, cui a dextra tres figurae adstant una barbata, feminae aliae (FATA · DIVINA), a sinistra vero advenit Mercurius (MERCVRIVS · NVNTIVS), duas mulieres inducens, quibus nomina VIBIA et ALCESTIS addita sunt. In duabus aliis eiusdem hypogaei cellis aliae exstant picturae ad cultum Mithriacum spectantes inscriptionibus carentes praeter unam, in qua hae tituli reliquiae leguntur: D · M · ‖ M · AVR · · · · · · · · · · · S · D · S · I · M [2]) ‖ QVI BASIA *v*OLVPTATEM · IOCVM ALVMNIS · SVIS · DEDIT · ‖ VT LOCV [3]) · · · · · · · · · · · · · · E ET NATIS ‖ SVIS ‖ · · · · · · · · · · · · · · · EN · LOCVS · CARICI · ‖ · SO PROLES ←←←

1) Sic proposuit de Rossi, Bull. l. l., Garruccius minus bene, ut mihi quidem videtur, HOC O*stium* QVETES pro *quietis*. 2) *Sacerdos Dei Solis Invicti Mithrae.* 3) De Rossi l. l. dubitat, num primae versuum 2 et 3 litterae re vera ita legi possint, et pro SIA in voce BASIA scribendum putat esse SVA.

6042a. DICATVS · V · ID · SEPT · [ANTONINO ·] AVG · II · ET SACERDOTE II · COS [1]) ‖ N · S · S · I · M [2]) DVO ‖ GESSI · CASTVS ‖ ET · SEVERVS · SIMV‖LACRVM · EXORNA‖TVM · VOTO · POSV‖ERVNT ‖ PROSEDENTE ‖ C · PROPERTIO · AVGVRINO · SACERD — Sentini rep., nunc penes Ramellium Fabrianensem. Ramelli, *Monumenti mitriaci di Sentino*, *Fermo* 1853, p. 20.

1) A. 219. Elagabali nomen scalpro deletum est. 2) *Numini Sancto Solis Invicti Mithrae.*

6042b.

CVLTORES . D . S . I . [1]) MITHRAE

PATRONI [2]) PROSEDENTE · C · PROPERTIO · PROFVTVRO

COIEDIVS · PROCVLVS	POMPON · VICTOR	RANTIF · VERVS
LIGVRIVS · THEODOTVS	STATIVS · VELOX	CAESONI · DEXTER
MVSSIVS VINDEX	VASSIDEN · VERVS	IANVARIVS · SENT
COIEDIVS · HILARINVS	HELVENAT · CELER	AELIVS · YLAS
SENTIN · PATER LEONVM IANVARIVS [3])	CARFAN · ACHILLE	COIED · PAMPHILVS
TITIVS · CASTOR	CASIDIVS · RVFIN	ADVREN · THESEVS
POMPEIVS POMPEIANVS	ANTIST · BENIGN ·	COIED · AVXAIoN
GESSIVS · OPTABILIS	AETRIVS · IRENÆVS	
LIGVRIVS · CLEMENTINVS	HELVEN · GEMELLIN ·	
PLOTIVS · FORTVNATVS	SENTIN · VALENTIN	
LICINIVS · FAVSTVS	IVLIVS · VICTORIN	
AETRIVS · ROMANVS	· · ICIL · SOZOI · · · ·	
ASINIVS · COMMO*dus*	· · · · Iıı · · · · · · · · D X MENESTERIO	
VISENN · QVINQV · · · · · · · · · · · · · · ·		C · SEVIO · FELICE

Ibd. l. l.

1) *Dei Solis Invicti.* 2) Nota cognomen *patroni* deo Mithrae datum. 3) *Pater leonum* novum in cultu Mithriaco officium est; cf. tamen *patres patrum*. Fortasse singulis initiatorum classibus singuli patres praepositi erant; l. l. p. 24.

§. 18. SACRA BACCHICA. MYSTERIA.

6043. · · CLAVDIO · M PERPENNA · COS · [1]) MENS · QVINC · MVSTE · DIEI [2]) CL · LVVCEIVS · M · F · LEG · P · LIVIVS · M · L · PAL ‖ M · LVVCEIVS · M · L · ARTEMIDORVS ‖ Q · HORTENSIVS · M · L · ARCHELAOS — In monte Atho. Ex cod. ms. Vat. 5250, quo iter describitur anno 1440 per Graeciam factum, communicavit Borghesius cum Mommsenio, hic cum Ritschelio, qui edidit in libello inscripto: *Monumenta epigraphica tria* cet. Berolini, 1852, 4, p. 28. Recognovit nuper codicem Brunnius, cuius exemplum hic proposui.

1) A. U. 662 = 92 a. Chr. — Praenomen Claudii deest, nisi, id quod mihi quidem probabile, littera C nominis CL initio versus 2. positi ad primum potius tituli versum pertinet, in altero autem versu L . LVVCEIVS legendum est; sed cf. titulum sequentem. [Quem accipio ego de fratribus Gaio Lucio Luceiis. MOMMSEN.] 2) Ritschelius quidem Mommsenium secutus pro MVSTE . DIEI legendum esse credit MYSTERIEIS. Quum vero punctum inter litteras E et D Brunnius in codice detexerit, nec litterae R et D ita facile confundantur equidem interpretor *mystae die prima*, ad singulas mysteriorum dies certos quosdam mystas pertinuisse ratus. — Et *mysten* quidem in altera quoque inscriptione habemus, eodem loco exstanti, quam ex eodem codice Brunnius exscripsit:

6044. CL · LVCCI · C · F · EQ ‖ C · MISPIVS · MVSTE ·

§. 19. SODALES TITII. AVGVSTALES. CLAVDIALES. FLAVIALES. TITIALES. HADRIANALES CET.

N. 2364, male ab Orellio ex variis exemplis Gruteriano, Doniano, Muratoriano desumptus, quamquam accuratissime a Smetio descriptus apud eundem Gruterum 270, 2 legitur, cuius exemplum codice Rigazziano Ariminensi confirmatur, quo paullo plenius monumentum exhibetur: *imp . caes* . VESPASIANO . AVG ‖ PONTIFICI . MAXIMo ‖

TRIBVNIC . POTESTAT . *ix* ‖ IMP . XVII . [1]) P . P ‖ COS . VIII . DESIG . VIIII . [2]) CENSORI ‖ CONSERVATORI . CAEREMONIARVM ‖ PVBLICARVM . ET ‖ RESTITVTORI . AEDIVM . SACRARVM ‖ SODALES . TITI — Romae, in D. Martinae ad Marforium. Cf. exemplum Poggii Florentini nuper a v. cl. de Rossi publici iuris factum (*le prime raccolte d'antiche iscrizioni*, p. 157), in quo minus recte tres versus priores uno versu leguntur et *pont . max . trib . pot* . scribitur, pro *caeremoniarum* autem errore haud dubio *aedium* exstat.

1) De hoc numero Smetius, Poggius, Cod. Rigazzianus consentiunt, contra Eckhelium (VI, p. 336), qui Vespasianum consulem designatum VIIII imperatorem XVIII et XIX fuisse docet; cf. eundem p. 343. 2) A. 78. — Ceterum eadem inscriptio est, quae male exhibetur n. 746.

N. 2369, v. 9. corrige Q . PR . PR, de quo honore cf. Borghesium, *Decad. num.* X, 5; nam male Orellius de *pro praetore* provinciae cogitat, quamquam imperatorum aetate legatos tantum et quaestores pr. pr. fuisse constat. — De nomine legionis XX. cf. ad n. 2054.

N. 2371, not. 2. si recte *Sevir Claudialis maior* explicatur, cf. nn. 3942 seqq.

N. 2373, v. 4. VN*i*V*s*; Mommsen, I. N. 1520.

N. 2375: *Bellicum*, neque *Bellicium* recte scribi, tabulis honestae missionis Galbae imperatoris docemur; cf. n 737; Card. *Dipl.* II. III. — Quae autem de quindecimviris Flavialium Orellius proposuit, omni probabilitate carent; *XVvir s. f.* fuit vir ille consularis, sodalis fortasse Flavialis, nec recte *Flavialium* in lapide legi mihi certe constat. [Lectio certa est et ita potest explicari, ut C. Bellicus dicatur *Flavialium*, scil. ex collegio. Similia exempla notavi ad inscr. Helvet. n. 223. MOMMSEN.]

N. 2376 a Borghesio, *Memorie dell' Inst.* p. 164, condemnatur.

N. 2377: ad eundem virum spectat n. 6492.

N. 2379, v. 12. CANDID; nunc exstat Florentiae in hortis *Boboli*. Not. 3. male Or.; expl. PR*aetori* HASTAR*io*; cf. n. 6453.

6045. De Sodalibus ad colendos Divos institutis egregie disputavit Borghesius (*Memorie dell' Inst.* p. 161 sqq.), ita singula collegia imperatorum gentibus addicta fuisse demonstrans, ut Augustales quidem et Claudiales unum efficerent collegium, Flaviales et Titiales alterum, tertium Hadrianales, Antoniniani, Veriani, Marciani, Aureliani, Commodiani, Helviani, Severiani, Alexandriani, quippe qui Divos colerent adoptione inter se coniunctos. Qui autem Aureliani vel Helviani dicebantur, eodem iure et Hadrianales appellari poterant; quoties enim imperator quidam defunctus inter deos relatus erat, novum sodalibus genti addictis nomen inditum est (cf. Capit. Pert. 15; Spart. Sev. 7); unde hoc quoque explicatur, quod Gallieni etiam aetate Hadrianalem commemoratum invenimus (3174; cf 3392), Hadrianalium vero monumenta multo plura quam Antoninianorum cet. nobis conservata sunt (l. l.). Neque tamen negat vir doctus, quamquam de Antoninianis cet. constet, de Hadrianalibus tamen dubitari posse; nam quum Sosius Priscus (Spon. p. 189; Or. 2761) *sodalis Hadrianalis*, *sodalis Antoninianus Verianus* dicatur, duo collegia indicata esse satis probabiliter aliquis affirmabit. Huic vero sententiae obstat fragmentum, quod postea (n. 6052) afferam, quo *sodalis Hadrianalis flamen Commodianus* appellatur; Romae enim flamines Divorum ex ipsis eorum sodalibus electos esse, de Augustalibus saltem certo scimus (cf. Or. 2366; 3064; Tac. Ann. I, 54), et male Orellius (ad n. 2368) distinguendos esse flamines Augustales a sodalibus Augustalibus proposuit. Quod autem de sodalibus Augustalibus constat, id de ceteris quoque collegiis affirmare licebit. — Sodalibus autem Augustalibus Claudialibus annui praeerant magistri; id quod fragmento inscriptionis docemur Bovillis reperto, nunc autem in hortis

Columnensibus Romae asservato, quod ipse cum Mommsenio recognovi, hic primus cum ceteris fragmentis omnibus, quae, ibidem reperta, ad sodales Augustales, Flaviales, Antoninianos pertinent, publici iuris fecit (*Ztschr. f. A. W.* 1845, n. 65, p. 513 sqq.; cf. Cardinali, *Memorie romane di antichità e belle arti* II, p. 307 sqq.):

6046. MAGISTERIA · SOD*alium* · *augustalium*
CLAVDIALIVM · AI *nua* 1)
IMP · ANTONINO · PIO · FELICE I*iii*
D · CAELIO · BALBINO · II
C · FABIVS · LVCILIANVS II
SEX · FVRNIVS · SVLPICIANVS · I
L · VALERIVS · PAETV S I
ANN CC 2)
MESSALLA · ET · SABINO · COS 3)
L · MANTENNIVS · SABINVS · III
L · INSTEIVS · TERTVLLVS I
L · LICINIVS · SABINVS
ANN C*ci*
C · IO · · · · · · · · · ·

1) Borghesius, exemplo parum diligenter confecto in errorem inductus, supplevit AL*banorum bovillensium* (*Burbuleio*, p. 72); sed quae in lapide mutilo superest lineola litteram N ibi intercidisse clare demonstrat. Unde suo iure Mommsenius ANNVA legendum esse proposuit, quum ANTONINIANORVM, quod ipse olim scripsi (*Ztschr. f. A. W.* 1848, n. 37, p. 290), parum sane cum voce antecedenti conspiret. Nam etiamsi omnibus eius generis collegiis unum quasi collegium magistrorum praefuisset, nihilo tamen minus Antoniniani eo loco commemorari non poterant, quum Flaviales ante eos laudari fas esset. 2) Annus scilicet institutionis collegii, qui quum consulibus designetur Caracallo IIII, Caelio Balbino II, ad ipsos sodales Augustales album pertinere patet. Hi enim Urbis anno 767 instituti sunt, ita ut annus eorum CC in annum Urbis 966 cadat, quo illi fasces gesserunt (Borghesi, l. l.). 3) A. 967 = 214. — Ex hoc fragmento deducere licet, ternos per singulos annos Augustalibus praepositos fuisse. Borghesius quidem senos magistros annuos fuisse censuit, ternis illis in lapide obviis ternos alteros in altera quadam columna oppositos fuisse ratus. Ita vero et anni collegii et consulum nomina supra nomina magistrorum collocata sunt, ut alteram columnam minime in lapide incisam fuisse appareat. Balbini saltem nomen eodem cum Antonino versu legeretur, si ad alteram quoque columnam consules pertinuissent.

6047. Cetera fragmenta ad fastos sodalium pertinent, in quibus anni non, ut in magistrorum fastis, inde ab institutione collegii, sed ab Urbe condita numerantur. Ex his unum proposuisse sufficiat melius ceteris conservatum:

U U
TE · II
AN · ƆCCCCXXXII ·
S · MAXIMV*s*
*C*OOPTAT ·
C · AVFIDIO · VICTORINO
AN · ƆCCCC · L · III ·
VERO ////////////// PIO · FEL · AV*g*
ELLO II 1)
I
PERI\

1) Nomen Alexandri Augusti deletum est. Hic anno 979 cum Marcello iterum consule ipse iterum fasces gessit. Quum igitur inde ab anno 932 usque ad annum 979 una tantum recenseatur cooptatio, nec credi possit, intra annos plus quam quadraginta unum modo sodalem mortuum esse, hos quoque sodales ex numero ipsorum in decurias distributos fuisse necesse est, ita ut numerus decuriarum cum sodalium numero plane conspiraret; cf. n. 6021 et n. 6057 seq.

6048. Q · PETRONIO · MELIORI · 1) VIRO ‖ COS · CVR · R · P · TARQVINIENS ‖ ET · GRAVISCANOR · PRAEFEC‖TO · FRVM · DANDI · LEGAT · LEG · ‖ XXX · VLPIAE · CVRAT · PYRGENS ‖ ET · CERETANOR · LEG · LEG · ‖ VIII · AVG · PRAET · TRIB · PLEB · ‖ KANDID · QVAEST · PROV · NAR‖BON · QVAEST · SODALI · AVG · ‖ CLAVDIALI · SEX · VIR · TVRM · ‖ PR · TRIB · LATICL · LEG · PR · MIN · 2) ‖ · X · VIRO · STLITIB · IVDICAND ‖ ORDO · ET · CIVES · TARQVI‖NIENSIVM · PATRONO · OP‖TIMO · QVOD · REM · P · FOVE‖RIT · ET · THERMAS · RESTI‖TVERIT — Tarquiniis. Bull. Inst. Arch. 1830, p. 198; Ann. eiusd. 1832, p. 152; Kellerm. Vig. 246. In parte aversa fragmentum inscriptionis thermarum Tarquiniensium legitur; v. n. 6622.

1) Vixit circa aetatem Severi Alexandri; cf. Bull. l. l. p. 202; Gori, Inscr. Etr. I, p. 76. 2) LEG*ionis* PR*imae* MIN*erviae*.

6049. L · AEMILIO · L · F · CAM · KARO · CO*s* ‖ LEG · AVG · PR · PR · PROVINCIAE · CAPPADOCIAE ‖ LEG · AVG · PR · PR · CENSITORI · PROVINCIAE · LVGDVNENSIS ‖ LEG · AVG · PR · PR · PROVINCIAE · ARABIAE ‖ CVRATORI · VIAE · FLAMINIAE · LEG · LEG · XXX · V · V ‖ PRAET · TRIB · PLEB · QVAEST · AVG ‖ TRIB · MILITVM · LEG · VIII · AVG ‖ TRIB · MILITVM · LEG · VIIII · HISPANAE ‖ X · VIRO · STLITIB · IVDIC ‖ SODALI · FLAVIALI · XV · VIRO · S · F · ‖ C · IVLIVS · ERVCIANVS · CRISPVS · PRAEF · ALAE · PRIMAE · VLPIAE · DACORVM ‖ AMICO · OPTIMO — Romae. Grut. 1025, 2, cet.; corr. Kellerm. Vig. 243. Vidi ipse in Mus. Capitolino.

6050. Q · CA*m*VR*io* · · · *f* · *lem* ‖ NVMISIO · *iuniori* ‖ III · VIR · A · A · A · F · F · Tr · *mil* ‖ LEG · VIIII · HI*sp* ‖ SODALI · TITIALI 1) ‖ QV*ae*ST · VRB · AE*d* · *cur* ‖ Pr · *le*G · AVG · LEG · · · · · ‖ ET · *leg* · VI · VICTR · · · · ‖ ET · *iu*NIOR · PATRI · · · · · · — Rep. Attidii, nunc Fabriani. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 128, 1.

1) Sacerdotem Flavialem Titialem dedi n. 5494, sed municipii, quem cave cum sodali Titiali confundas.

6051. L · DASVMIO · P · F ‖ STEL · TVLLIO ‖ TVSCO · 1) COS · COMITI AVGVST ‖ AVGVRI · SODAL · HADRIA‖NALI · SODAL · ANTONI‖NIANO 2) CVRAT OPERVM ‖ PVBLICORVM LEGATO · PR · PR · PROVINCIAR ‖ GERMANIAE · SVPERIOR ‖ ET · PANNONIAE · SVPERIOR ‖ PRAEFECTO · AER · SATVRNI ‖ PRAETORI · TRIBVN · PLEB ‖ LEG · PROVINC · AFRICAE 3) ‖ QVAEST · IMP · ANTONINI · AVG · PII ‖ TRIB MILIT · LEG · IIII · FLAVIAE ‖ TRIVMVIRO · A · A · A · F · F ‖ P · TVLLIVS · CALLISTIO ‖ POSVIT — Tarquiniis. Op. cit. 1830, p. 199; Ann. Inst. Arch. 1832, p. 152; Kellerm. Vig. 259; cf. n. 6622.

1) Borghesius (Bull. l. p. 202) filium eum fuisse docet Tullii Varronis (n. 6497), auctorem senatus consulti Dasumiani. 2) Cf. quae Borghesium secutus de Sosio Prisco initio huius paragraphi exposui. 3) i. e. legatus proconsulis Africae.

6052. . . . . . *adlecto inter* ‖ *patr*ICIOS A DIVO PERTI‖NACE · III · VIR · A · A · A · F · F ‖ *so*DALI · HADRIANALI · FLAMINI · COMMODIAN[1]) ‖ *pol*YTIMVS · LIB · ET · PROC · PATRONO — Romae, in Mus. Vat. *Memorie d. Inst. arch.* p. 166. Vidi ipse.

1) Vide, quae de flaminibus Divorum deque collegiis sodalium Augustalium cet. antea disputata sunt.

6053. *imp · antonino · pio* · FELICI AVG *iiii et* D · CAELIO · *balbino · ii · cos*
a · p · r · c · dcccclxi · IIII · NON · MAI · IN · AEDE · DIVI · *pii · et · divae faustinae*
*ex lit*TERIS · IMP · ANTONINI · PII · FELI*cis · aug*
*et ex consen*SV · F · [1]) L · EGNATIVS · VICTOR · LOLL*ianus · coopt*
*imp · antonino · p*IO · FELICE · AVG · ET · OCLATINIO · *advento · cos*
*a · p · r · c · dcccclx*X · PR · ID · IVL · IN · AEDE · DIVI · PII · *et · divae · faustinae*
*imp · caes · m · aureli*VS · *(antoninus ·)* PIVS · FELIX · AVG · *p · m · trib · pot · cos · p · p ·*
*pro · c*OS · EX · S · C · COOPTATVS
*grato · et · seleuco · c*OS · A · P · R · C · DCCCCLXXIII · VI · ID · IVL · IN A*ede · divi · pii*
EX S · C
m · aur · (alexandrum) NOBILISSIMVM · CAES · IMPERII · *her · cooptarunt* [2])
cn · cl (? [3]) · *se*VERO · ET · TI · CLAVD · QVINT*iano · cos*
*a · p · r · c · dcccclxx*XVIII · VIII · KAL · APRIL · IN · *aede · divi · pii · et*
*divae · faustin*AE
imp · caes · c · (iulius · verus · maximinus) pius felix · aug
*pont · max · trib · po*T · P · P · PRO · COS · EX · S · C · *Cooptatus*
imp · (c · iul · maximino ·) PIO · FEL · AVG · ET · M · *pupienio* [4])
*africano · cos · anno · po*ST · ROMAM · CONDITA*m · dcccclxxxix* . . . .
*(c · iulius verus maximus) germ*ANI*cus · nobilissimus caesar*
. . . . ERRA . . . . *ex · s · c · cooptatus*

— Rep. Romae sub Capitolio, anno 1824. Melchiorri, *Memorie romane* III, p. 91; corr. Borghesi, *Mem. dell' Inst.* p. 155 sq., cuius supplementa dedi. Litterarum formae quinque aetates diversas indicant; quae uncis inclusi, de consilio abrasa sunt. Fasti sunt sodalium Antoninianorum. De aeris Varroniana et Capitolina promiscue usitatis cf. Borgh. l. l. p. 207 sqq.

1) *Fratrum*; Borgh. p. 176. 2) Borghes. *cooptatum*; quum vero in aliis eius modi fastis *cooptaverunt* legatur (cf. n. 42 et n. 6058), hoc equidem scribendum esse censui. 3) Praenomen Severi desumpsi ex fastis sacerdotalibus n. 6058, nomen coniecturae Borghesii debetur; cf. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 133 sqq. 4) Restitui ex fastis sacerdotalibus modo laudatis.

6054. *marcelli*NAE · VICTORIAE ‖ L · SEXTIVS · L · *f* · BASILISCVS · AVG · CLAVD ‖ NOMINE · SVO · ET ‖ SEXTIAE T · F · IRENES · VXORIS · ET ‖ T SEXTI · FAVSTI · FILI ET ‖ SEXT*i*AE · MARCELLAE · FILIAE ‖ SOLO · SVO · INTER · QVATTVOR TERMINOS ‖ V · S · L · L · M — *Nella collina che da Torino tende a Chieri.* Bull. Inst. Arch. 1829, p. 205.

6055. L · STLANIO ‖ HOMVNCIONI ‖ IIIIIIVIR · AVG · ET · NERONIEN [1]) — Veronae. Maff. M. V. 190, 1; corr. Orti, qui aeri incisum dat in libro *antichi monumenti del giardino Giusti*, tab. IX, 5. In adversa haec leguntur: V F ‖ STLANIA L L ‖ CYTHERIS ‖ SIBI ET ‖ STLANIO HOMVNCIONI ‖ IOSE XVIDOP —

1) Si recte ita in lapide legitur, sevirum habes Augustalem et Neroniensem.

6056. C · VALERIVS · Ɔ · L · SCEPTVS ‖ VI · VIR · AVG · FLAVIALIS · SIBI · ET ‖ VETTIAE L · F · ROMVLAE ‖ VXORI ‖ V · F — Aquis Statiellatibus, deinde in Mus. Taurinensi. Zaccaria, Excurs. litt. I, 50.

6057. Hic fastos adiungere liceat collegii cuiusdam sacerdotum, qui in aede Iovis propugnatoris convenire solebant. Eorum fragmentum ab Orellio receptum (n. 42) emendavit Borghesius (*Mem. de Inst.* p. 159), collatis codice Marconovano, eoque quem habuit Card. Canale, schedis praeterea Vaticanis Iacobi Lilii n. 5238, p. 4, et Achillis Statii in bibliotheca Vallicelliana asservatis, B. 104. Denique exemplum accuratissime confectum in codice Peruzziano Florentino Braunius repperit, cuius apographum a Borghesio mecum communicatum hic affero:

. . . .
PRAESENTE II ET CONDIANO COS *a · p · r · c · dccccxxxii*
P MARTIVS VERVS *cooptatus*
IMP COMMODO VI ET PETRONIO SEPTIMIANO COS A · P · R · C · ĐCCCCXLII
ID · OCT · IN PALATIO IN AEDE IOVIS PROPVGNATORIS IN LOCVM P MARTI VERI
L · ATTIDIVS CORNELIANVS COOPTATVS
SATVRNINO ET GALLO COS A · P · R · C · ĐCCCCL · PR · ID · DEC
IN PALATIO IN AEDE IOVIS PROPVGNATORIS IN LOCVM
ATTIDI CORNELIANI VITA FVNCTI C · CL · PATERNVS
COOPTATVS
TI · CLAVDIO SEVERO C · AVFIDIO VICTORINO COS A . P · R · C · ĐCCCCLII
IIII ID · APR · IN PALATIO IN AEDE IOVIS PROPVGNATORIS
IN LOCVM CLAVDI PATERNI VITA FVNCTI
· · · ATRIVS CLONIVS COOPTATVS
. . . . IN AED · IOV · PROPVGN · EX LITTERIS
. . . .
— Romae, in pavimento ecclesiae S. Martini ad Marforium.

6058. Ad decuriam, ut ita dicam, imperatoriam eiusdem collegii novem fragmenta pertinent anno 1849 in ruderibus basilicae Iuliae effossa, quae in Bull. Inst. Arch. 1849, p. 133 composui et restitui. Hic partes superstites litteris maioribus indicavi, litteris vero minoribus nomina expressi de consilio deleta, minoribus inclinatis vocabula deperdita explevi. Ceterum aera Capitolina etiam in restituendis iis partibus usus sum, in quibus, titulum n. 6053 secutus, olim Varronianos annos posui.

laterano · et · rufino · cos · a · p · r · c · dccccxlviiii · · · ·
in palatio · in aede · iovis · propugnatoris · ex · s · c ·
m · aurellium · ANTONINVM · CAES · IMP · destinatum
cooptaverunt · SVPRA numerum
praeseNTE · ET · EXTRICATO · II · COS · A · P · R · C · ƉCccclxix · · · · maias [1])
in palATIO · IN AEDE · IOVIS · PROpugnatoris · ex s · c ·
imp · caes · m · opelium · severum · macrinum · pium · fel · aug · pont · max
trib · pot · p · p · pro · cos · cooptaverunt · et
m · opelium · antoninum · diadumenianum · nobilissimum caesarem
principem · iuventutis · supra numerum · cooptaverunt
IMP · CAES · M · AVRELLIO · antonino · PIO · FEl · aug · et · oclatinio
ADVENTO COS · A · P · R · C · ƉCCCCLXX · PR · Id · iul · in palatio · in aed · iovis
PROPVGNATORIS EX · S · c
iMP · CAES · M · AVRELLIVM · antoninum · PIVM · Fel · aug · pont · max
trIB · POT · COS · P · P · PROCOS · COoptaverunt
grATO · ET · SELEVCO · COS · A · P · R · C · ƉCCCclxxiii vi · id · iul · in palatio
in aeD · IOVIS PROPVGNATORIS · ex · s · c
m · aurellium · alexandrum · NOBILISSIMVM · CAES · supra num cooptaverunt
CN · cl · [2]) seVERO · ET · TI · CLAVDIO QVINTIANO · Cos · a · p · r · c · dcccclxxxvii · viii · k · apr
IN palatIO · IN AEDE · IOVIS · PROPVGNATORIS · EX · s · c
IMP · CAES · c · iulium · verum · maximinum · PIVM · felicem · aug · pont · max
TRIB · POT · p · p · pRO · COS COOPTAVERVnt
imp · caes · c · iul · maximino · aVG · ET · PVPIENIO · [3]) AFRICANO · Cos · a · p · r · c · dccclxxxviii
in palatio · in aede · ioVIS · PROPVGNATORIS · ex s · c
c · iul · verum · maximum · germ · princ · IVVENTVTIS · supra num · cooptaverunt
betitio · [4]) pio · et · proCVLO · PONTIANo · cos · a · p · r · c · dccclxxxx · v · (?) kal · iun
in palatio · IN AEDE IOVis · propugnatoris · ex · s · c
imp · caes · m · antonium · gordianum · africanum · aug · pont · max
trib · pot · cos · ii · p · p · pro · cos cooptaverunt · et
imp · caes · m · antonium · aug · f · gordianum · africanum · aug · pont ·
trib · pot · cos · p · p · pro · cos · supra numerum · cooptaverunt ·

Documentum ad septem annos diversos pertinens litteris quoque tam diversis exaratum est, ut prior pars scripturam satis bonam exhibeat, ultimi versus pessimas praebeant litterarum formas.

1) In supplendis diebus cooptationum ita versatus sum, ut, quum diem, quo inter sodales Antoninianos et fratres Arvales Elagabalus cooptatus est (cf. n. 6053 et Marini, Arv. XLI, b), eundem fuisse vidissem cum eo, quo in hoc ignotum collegium ille intravit, praeterea autem ex ipsis fastis sacerdotalibus satis constaret, imperatorum cooptationes statim post susceptum imperium fieri solitas, iisdem fere diebus in omnia collegia imperatores allectos esse coniicerem. Ubi vero cooptationis diem ex aliis fastis desumere non licebat, circa initia imperii illam factam esse posui. 2) Ex coniectura Borghesii. Quae de collega Quintiani ab aliis disputata sunt, hoc fragmento refelluntur. 3) Nomen Pupienii hoc loco primum legitur. 4) Ex coniectura Borghesii.

§. 20. APOLLINARES. MERCVRIALES. CONCORDIALES CET.

N. 2382, not. 2. MÁ, cognomen feminae; cf. Mommsen, I. N. 1522. 4282. 4572. 5795 cet.

6059. C · SESCÉNIO C · L ‖ BITHO ‖ APOLLINÁRI ‖ VIX · ANN · XXXVII — Luceriae. Mommsen, I. N. 960.

6060. M · STAIO ‖ M · ET · Ɔ · LIB ‖ LYGDAMO ‖ APOL · EIDeM ‖ AVG · HS XV ‖ STAIA ‖ SABina — Ibd. id. 961.

6061. Q · ACVTIO · SP · F · OPTATO ‖ FVLVIAE · QVARTAE · REGIENSI ‖ C · GEMINIO · C · L · LEPIDO ‖ P · REFRIO · GRATO · BONONIES ‖ P · COSSVTIVS · ZETHI · L · BASSVS · AP ‖ SIBI · ET · SPERATAE · LIB · SVAE ‖ ET · AMICIS — In agro Mutinensi (*nel fiume Secchia, quasi dirimpetto alla chiesa di Marzaglia*). Cavedoni, *M. Modenesi* p. 198.

6062. HERCVLI EX VOTO ARAM ‖ L · SCANTIVS L · LIB · MODESTVS · VI · VIR ‖ AVG · MAG · LARVM · AVGVST · 1) MAG · ‖ CERIALIVM · VRBANORVM · L · D · D · D — a latere III · KL · SETBR — Histonii. Mommsen, I. N. 5238, cett.

1) *Augustales* et *magistros Augustales s. larum August.* diversos esse, hoc potissimum titulo evincitur; cf. n. 6093. 7089. et quae in Eph. archaeol. Bergkii 1848, p. 195, ipse exposui.

6063. · · · · · · · ‖ · · IATA · ANN · XX · MEN ‖ VIII · DIES · VIIII ‖ ABSTVLIT · VNA · DIES ‖ ANIMA · CORPVSQ ‖ SIMVL · ARSIT · ET · IN ‖ CINERES · IACET · HIC ‖ ADQVE · FAVILLA · SV‖PREMVM · MVNVS · MI‖SERO · POSVERE ‖ SODALES · FORTVNESeS — Potentiae. Op. cit. 423.

6064. M · ANI‖NIVS · CRESCEns ‖ LOCVM · MILLE · P · · N · ‖ AMICITIAE ‖ HERCVLANI‖ORVM ‖ HERVIANI ‖ · · · · · · 1) — Venafri. Op. cit. 4609.

1) *Amicitiam* pro *collegio* dictam esse, Mommsenius docet; v. op. cit. indicem XXX. Cf. n. 5730.

6065. T · TREBVLANO ‖ T · F · CAM · NEPOTI ‖ HERC · AVG ‖ T · TREBVLANVS · T · LIB · NEPOS · HERC ‖ AVG · AEDIL ·

IVVENVM TIBVRI ‖ PVBLICIA · SATVRNINA · CONIVNX — Tibure. Giorn. Arcad. 1832, p. 325.

6066. L · SPEDIVS ‖ RHODINVS ‖ SODALIBVS SVIS ‖ MARTIALIBVS — Inter rudera Interpromii. Mommsen, I. N. 5332, ubi v. ceteros.

6067. C · LVCIVS · C · L · BITHVS ‖ MERCVRIALIS · VIVO ‖ VELLEIAE · Ɔ · L · PHILVMINAE ‖ QVID AD TE — Abellini. (*Atripaldae*). Op. cit. 1910; cf. 1908: MAG*ister* MERCVRIALIS, ibd.

6068. *s*EX · POMPE*ill*VS · Ɔ · L · MAGNVS ‖ MERCVRIALIS ‖ V · A · LXV · H · S, et: C · OC*tavio c · l* ‖ PHILA*rgyro* ‖ MAG · MER · A*ugust* — Brundisii. Op. cit. 466. 465.

6069. L · TVRCIVS · DAFNVS ‖ AVG · MERC · SIBI ‖ ET · TVRCIAE · ATTICAE ‖ VXORI — Grumenti. Op. cit. 311; v. praeterea eiusdem Indicem XXVII.

6070. DIVO · AVG · SACR ‖ Q · SEXTILIVS · CORINTHVS · C · SEXTILIVS · SYNECDEMVS ‖ L · VIBIVS · AMARANTHVS · L · AQVILLIVS · APTVS ‖ L · TITIVS · IDIVS · CHRYSEROS C · VALERIVS · HERMA ‖ IIIIII VIRI · M · M · [1]) OB · H — Naronae. Bull. Inst. Arch. 1842, p. 105.

1) *Magistri Mercuriales.*

6071. *divo* · AVG · SACR ‖ C · IVLIVS · MACRINI · LIB ‖ MARTIALIS · IIIIII VIR · M · M · OB ‖ HONOR · IDEM · LVDOS · SCAENICOS ‖ PER · TRID · D · ET · CANTAR · ARG · P · S — Ibd. l. l. p. 101, 4.

§. 21. COLLEGIA ET SODALICIA SACRA. CVLTORES DEORVM.

N. 2385, v. 1. pro *curati* l. CREATI; Mommsen, I. N. 2559; not. 1. expl. *ex senatus* (Romani) *consulto. Dendrophori creati ex s. c.* iidem sunt, qui in alia inscriptione (2560) dicuntur: *dendro*PHORI . QVIBVS . EX . *s . c . coire licet.* De collegiis senatus consulto confirmandis cf. n. 6097; not. 5. fortasse *Matris* DEE pro deae; cf. Or. 2263.

N. 2391, in dedicatione v. 5. CVRANTE . TI . CL . . . ; vidi in hortis Vaticanis.

N. 2395, interpolatus ex hac inscriptione Britannica (*Birrens*, prope *Middleby* Scotiae): DEO . MERCV‖RIO . IVL . CERS ‖ CENS SIGILL ‖ COL LIGN . CVLT ‖ M EIVS . D . S . D ‖ V . S . L . M — Horsley, Scotia XXXV; Stuart, Caledonia Romana tab. II, 4. Lege: *Iulius Crescens* SIGILL*um* COLLIGII (= *collegii*) CVL*T*oru*M* EIVS cet. [nonne SIGILL*um* COL*umnam* LIGN*eam* CVL*Toribus Mercurii* EIVS? Mommsen.] *Censor* igitur *sigillorum* nullus est, neque in titulo Mur. 27, 4, quo Orellius interpretationem suam confirmare conatur, *censor signi* legitur; nam *Censor* quidem cognomen Feronii est, in litteris vero *signi* signiferum latere credo. Itidem *ligniferi* ex numero collegiorum expungendi sunt. *Sigilla* habes in lege collegii Dianae et Antinoi (n. 6086); quae si, ut Mommsenius voluit (*de collegiis* p. 107) ad collationem stipis menstruae pertinent, fieri poterat, ut *a sigillis* quidam vel *sigillarius* in collegio esset, quem hac quoque inscriptione indicatum esse credere poterit, si quis interpretationem a me propositam non laudaverit.

Nr. 2396, v. 6. pro *aliment* l. ALIM . ET .; v. 7. REBVS recte; v. 8. CVLTOR . I . O . M . S . ‖ HORTENS . ENS . Mommsen, I. N. 3552.

N. 2406, v. 3. pro T . F l. Ε (*et*); Tonini, *Rimini* p. 385, 2: allatus ex Piceno.

N. 2407 Romanae videtur esse originis; cf. 2566.

N. 2408, v. 3. PROMES.

N. 2409: LAVDICAE; v. Mommsen.

N. 2414: supra titulum legitur D . M . ; vidi in Mus. Vat.

N. 2415: *collegium salutare* habes n. 6086.

N. 2416, v. 1. TERT (*tertium*); v. 2. ITER; v. 7. AT; v. ult. FACIVNDVM; Mommsen, I. N. 2416. Not. 2. COL*oniae* VEN*ereae* COR*neliae*.

6072. D · M ‖ FELIX · VIXIT · AN‖NIS · X · COLLE‖GIVS · CANN‖OFORORVM ‖ B · M · P — Locris. Bull. Inst. Arch. 1847, p. 156, Mommsen, I. N. 9.

6073. ALBVCIA MACIANA [1]) M · · · · · · · · ‖ CVRANTE ALBVCIO ACMA*zonte* · · · · · ‖ COLLEGIO CANNOFORVM HS IIII N EX QVORVM VSV*r*IS · · · · · · · · ‖ EIDEM COLLEGIO LARGITVS EST ALIA HS IIII N EX QVORVM V*suris* · · · · · · ‖ ITEM LARGITVS EST COLLEGIO MARTENSIVM HS IIII N EX QV*orum usuris* · · · · ‖ EIDEM COLLEGIO LARGITVS EST ALIA HS IIII N · EX QVORVM VSVRIS S · · · · · · ‖ *c*OLLEGIO DENDROFORVM HS IIII · N · EX QVORVM · · · · · · — Mediolani, ad D. Ambrosii. Cardinali, *Dipl.* n. 328; exscr. ipse et correxi.

1) Ita scripsi. Card. MARCIANA.

6074. D · M ‖ ENNIAE PRISCE COL ‖ CANOFORA‖RVM — Saepini. I. N. 4945.

6075. SODALICIO · CVLTOR · ‖ HERCVL · L · DOMITIVS ‖ SECVNDIO · OB HON · ‖ PATROC · S · H · [1]) DEDD — Veleiae, nunc Parmae. Ann. Inst. Arch. 1832, p. 69.

1) *Signum* Hoc [vel *Herculis*? Mommsen.]; una enim cum parvula statua aenea Herculis basis reperta est, de Lama, Iscr. ant. p. 46.

6076. D · M ‖ ARACINTHIO ‖ PETRONI · PRIS‖CI · TRIB · LATI ‖ CLAVI · SERVO ‖ COLLEGIA ‖ HERCVLIS ‖ ET · DIANAE ‖ FECERVNT — *Göttweig* Austriae inferioris. *Alterth. d. oestr. Monarchie* (*Wiener Iahrbb.* 1829 sqq.), n. 313, Kellerm. Vig. n. 313.

6077. IVVENES FIFICVLANI · HERCVLIS · ‖ CVLTORES · SEX · AIADIVS · AGATHEME ‖ IVVENTVTI · TEST · RELIQVIT · A · PL · M · IV C[1]) (sequuntur nomina iuvenum, quorum maior numerus interiit) — In Museo Aquilano. Mommsen, I. N. 5938; fragmentum, quod ibi deest, addit de Rossi ex schedis Giovenazzii in bibliotheca Vaticana asservatis. Idem ex iisdem n. 5947 Mommsenii ad hunc titulum pertinere docuit.

1) [Num *Agri* PL*us* M*inus* IV*gera* C*entum*? Mommsen.]

6078. L . AEBVTIO ‖ MARTIALI ‖ COLLEG ‖ HERCVLANI‖ORVM ‖ P — Iuvani (*Montenero duomo due miglia di S. Maria di Palazzo*). Ann. Inst. Arch. 1854, p. 24, n. 32.

6079. *pro salute* ‖ L · SEPTIMI . SEVERI · AVG ‖ HERMADION · AVG LIB · CVLTO‖RIBVS · LARVM · AVG · RATIONIS ‖ PATRIMONI · D · D — In Mus. Vat. *Memorie romane* III, p. 67, 3; vidi ipse.

6080. NVM · AVG ‖ DEO · MERC ‖ SIGN · POSV‖ERVNT · CVL‖TORES · COL‖LIGNI · [1]) EIVS‖DEM DEI CVRA ‖ ING · [2]) RVFO‖V S L M — *Middleby*, Scotiae. Horsley XXXVI; cf. 2395.

1) l. COLLIGII = *collegii*. 2) AG*ente*? [nisi potius nomen est: CVRA*nte* IN-G*enuio*. MOMMSEN.]

6081. AVGVS ‖ LARIBVS — (*vir capite velato stans, d. pateram super aram tenet*) CVLTORES VRAE [1]) ‖ FONTIS — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* I, 32, p. 49.

1) Editor *ur*, *ura* lingua Celtica *aquam* significare asserit.

6082. · · · · · *impp · caess · l · septimii severi* ‖ *p*ERTINACIS · AVG · ET · *m · aurelii · anto*‖NINI PII AVG [1]) ET · P · SEPT*imii getae nobi*‖LISSIMI · CAES · ET · IVLI*ae aug · matris augg* ‖ ET · KASTRORVM · STLA*ccia* · · · · · · · · · ‖ SACERDOS · CERERVM · INTROIT*u sacerdotii* [2]) THIASO PLACIDIANO DONAVIT · · · · · · *t* ‖ ELAVIO (sic) T F · ECLECTIANO SACE*rdote* [3]) *cur · agen*T STLACCIIS SOTERE ET REPAR*ato filiis eius* (?) — Puteolis. Mommsen, I. N. 2479; Garrucci, Bull. Nap. V, p. 113. Mommsenii restitutionem paullulum commutavi, ipso approbante; v. I. N. in *corrigendis*, p. XXIII.

1) Monumentum positum est intra annos 951 — 953, quo tempore Antoninus *Pius* quidem appellabatur, *Felicis* autem nomine nondum gloriabatur. 2) Cf. Suet. Claud. 9. 3) Sacerdos hic erat Liberi patris; cf. l. l. 2477. 2478.

6083. SODALES ‖ LVSVS ‖ IVVENALIS — Romae, in Museo Kircheriano. Garrucci, *piombi antichi* p. 29.

6084. FABIVS DEMETRIVS · ET CAECILIVS ‖ PHILON · AEDEM CVM SIGILLO ‖ APOLLINIS IVVENIBVS OECIANI [1]) ‖ D · D · D · D — Romae, ad D. Laurentii. Ded. Brunnius.

1) OECIANI*s*?

6085. SILVANO · SACRVM · VOTO ‖ SVSCEPTO · PRO · SALVTE · DOMITIAN*i* ‖ AVG · N · L · DOMITIVS · PHAON · AD CVLTVM ‖ TVTELAMQVE · ET · SACRFICIA · (sic) IN OMN*e* ‖ TEMPVS · POSTERV*m* · IIS · QVI · IN CONLEGIO ‖ SILVANI · HODIE · ESSENT · QVIQVE · POSTEA ‖ SVBISSENT · FVNDVM · IVNIANVM · ET ‖ LOLLIANVM · ET · PERCENNIANVM · ET ‖ STATVLEIANVM · SVOS · CVM · SVIS · VILLIS ‖ FINIBVSQVE · ATTRIBVIT · SANXITQVE · VT ‖ EX · REDITV · EORVM · FVNDORV (sic) Q · S · S · S · [1]) K · IANV ‖ III · IDVS · FEBR · DOMITIAE · AVG · N · NATALE · E ‖ V · K · IVLIAS · ROSALIBVS · ET · IX · K · NOVEMBR · NATAL ‖ DOMITIANI · AVG · N · SACRVM · IN RE · PRAESENTI ‖ FIERET · CONVENIRENTQVE · II · QVI · IN ‖ COLLEGIO · ESSENT · AD EPVLANDVM · CVRA‖NTIBVS · SVI · CVIVSQVE · ANNI · MAGISTRIS · HVIC ‖ REI · DOLVM · MALVM · AFVTVRVM · QVOMINVS ‖ EA · QVAE · SVPR · SCRIPTA · SVNT · FIANT ‖ MANIFESTVM · EST · CVM · PRO SALVTE · OPTVM*i* ‖ PRINCIPIS · DOMINII · S (sic) · [2]) FVNDI · CONSECRAT*i* ‖ SINT · DIES · QVE ·

SACRIFICIORVM · CONPREHENSI · PRAETeREA · LOCVS · SIVE · EA · PARS || AGPI · (sic) SILVAEQVe · EST · IN VIVARIO · QVAE · CIPPIS || POSITIS · CIRCA · SILVANVM · DETERMINATA || EST · SILVANO · CEDET · ET · VIA · ADITVS · AD SILVANVm || PER FVNDVM · QAESICIANVM (sic) · OMNIBVS · PATEBIT || LIGNIS · QVOQVE · ET · EX FVNDO · GALLICIANO || ET · AQVA · SACRIFICI [1]· CAVSA · ET · DE VIVARIO || PROMISCVE · LICEBIT · VTI · HAEC · SIC · DARI || FIERI · PRAESTARI · SINE · DOLO · MALO · IVSSIT || PERMISITQVE · L · DOMITIVS · PHAON || CVIVS · OMINES (sic) · LOCVS · FVIT — *Caposele, contrada Castagneto alle falde della montagna di Oppido*, rep. 1834. Avellino, Opusc. III, p. 305; Guarini, *var. mon.* p. 13 ex duobus apographis, qui litteras, quae desunt, ita supplevit, ut earum mentionem non faceret; Mommsen, I. N. 212, Avellinum magis quam Guarinium secutus. Nuper descripsit et correxit Brunnius.

1) *Qui Supra Scripti Sunt.* 2) [fortasse DOMINII *Silvani.* MOMMSEN.]

6086. L · *ceionio* COMMODO SEX · VETVLENO · CIVICA · POMPEIANO · COS · [1]) A · D · V · IDVS . IVN

(columna I.) *lanuvii · in municipio · in t*EMPLO ANTINOI · IN · QVO · L · CAESENNIVS · RVFVS || *dict · iii · et patronu*S · MVNICIPI · CONVENTVM HABERI · IVSSERAT · PER · L · POMPEIVM || . . . . . . VM · QQ · CVLTORVM · DIANAE · *e*T · ANTINOI · POLLICITVS · EST · SE || *in annum · d*ATVRVM EIS EX LIBERALITATE · SVA · HS · XV · M · N · VSVM · DIE || *natali*S DIANAE · IDIB · AVG · HS · CCCC · N · ET · DIE · NATALIS · ANTINOI · V · K || *decemb* · HS CCCC · N · ET · PRAECEPIT · LEGEM · AB · IPSIS · CONSTITVTAM · SVB · TETRA||*stylo · a*NTINOI · PARTE · INTERIORI · PERSCRIBI · IN · VERBA · INFRA · SCRIPTA || *m · antonio · hiber*O · P · MVMMIO · SISENNA · COS · [2]) K · IAN · COLLEGIVM · SALVTARE · DIANAE || ET · ANTINOI · CONSTITVTVM L · CAESENNIO · L · F QVIR · RVFO · DICT · III · IDEMQ · PATR || KAPVT · EX · S C · P · R || QVIB*us · coire · co*NVENIRE COLLEGIVMQ · HABERE · LICEAT · QVI · STIPEM · MENSTRVAM · CONFERRE VO|| LEN*t · in fune*RA · IN · IT · [3]) COLLEGIVM COEANT · NEQ · SVB SPECIE EIVS · COLLEGI · NISI · SEMEL IN MEN||SE · *Coeant · con*FERENDI · CAVSA · VNDE · DEFVNCTI · SEPELIANTVR || *quod · fa*VST*um · fe*LIX · SALVTAREQ · SIT · IMP · CAESARI · TRAIANO · HADRIANO · AVG · TOTIVSQVE || *do*MVS AV*gust* · NOBIS *n*OSTRIS · COLLEGIOQ · NOSTRO · ET · BENE ADQVE INDVSTRIE · CONTRAXERIMVS VT || *e*XITVS · *defu*NCTORVM · HONESTE · PROSEQVAMVR · ITAQ · BENE · CONFERENDO · VNIVERSI CONSENTIRE || DEBEMVS · V*t long*O TEMPORE · INVETERESCERE · POSSIMVS · > TV · QVI · NOVOS · IN · HOC COLLEGIO || INTRARE VOLE*s p*RIVS · LEGEM · PERLEGE · ET · SIC · INTRA · NE ·

POSTMODVM QVERARIS · AVT · HEREDI TVO ‖ CONTROVER*s*IAM RELINQVAS LEX · COLLEGI ‖ *placu*IT · VNIVERSIS · VT · QVISQVIS · IN HOC · COLLEGIVM · INTRARE · VOLVERIT · DABIT KAPITVLARI NOMINE ‖ HS C · N · ET · V*ini* · BONI · AMPHORAM ITEM · IN · MENSES · SING · A · V ·[4]) > ITEM · PLACVIT · VT · QVISQVIS · MENSIB ‖ CONTIN*uis*[5]) . . . . NON · PARIAVERIT · ET · EI HVMANITVS · ACCIDERIT EIVS RATIO FVNERIS NON HABEBITVR ‖ ETIAM SI *test*AMENTVM FACTVM HABVERIT > ITEM · PLACVIT QVISQVIS · EX HOC CORPO‖RE · N · PARIAT*us* · DECESSERIT EVM SEQVENTVR · EX ARCA HS CCC · N ·[6]) EX QVA SVMMA DECEDENT EXE‖QVIARI · NOMINE HS L · N QVI AD ROGVS DIVIDENTVR EXEQVIAE AVTEM PEDIBVS FVNGENTVR ‖ ITEM PLACVIT QVISQVIS · A MVNICIPIO VLTRA MILLIAR · XX DECESSERIT · ET NVNTIATVM FVERIT EO EXIRE DEBEBVNT ‖ ELECTI · EX CORPORE N · HOMINES TRES QVI FVNERIS EIVS CVRAM AGANT ET · RATIONEM · POPVLO REDDERE DEBEBVNT ‖ SINE DOLO M*al*O · ET · SI QVIT IN EIS FRAVDIS CAVSA INVENTVM FVERIT EIS MVLTA ESTO QVADRVPLVM · QVIBVS ‖ *funeraticium*[7]) EIVS DABITVR · HOC AMPLIVS · VIATICI NOMINE · VLTRO CITRO SING HS XX · N · QVOD SI LONGIVS ‖ *a municipio su*PRA ·[8]) MILL · XX DECESSERIT ET NVNTIARI NON POTVERIT TVM IS QVI · EVM FVNERAVERIT TESTA‖*tor · rem · tabul*IS[9]) SIGNATIS · SIGILLIS · CIVIVM ROMANOR · VII · E*t* PROBATA CAVSA FVNERATICIVM EIVS SA‖*tisdato · ab* IIS NEMINEM PETITVRVM DEDVCTIS COMMODIS · ET · EXEQVIARIO E LEGE COLEGI (sic) DARI ‖ *sibi · petito · a · co*LLEGIO DOLVS MALVS ABESTO · NEQVE · PATRONO NEQVE PATRONAE NEQVE D*omino*

(columna II.) NEQVE D*o*MINAE NEQVE CREDITORI · EX · HOC · COLLEGIO · VLLA PETITIO ESTO NISI · SIQVIS TESTAMENTO HERE*s* ‖ NOMINA*tus e*RIT · SI QVIS · INTESTATVS DECESSERIT · IS · ARBITRIO QVINQ · ET POPVLI · FVNERABITVR ‖ ITEM PLACVIT QVISQVIS · EX · HOC · COLLEGIO SERVVS · DEFVNCTVS · FVERIT ET CORPVS EIVS A DOMINO DOMINAV*e* ‖ INIQVITATAE (sic) · SEPVLTVRAE · DATVM · NON FVERIT · NEQVE TABELLAS FECERIT EI FVNVS · IMAG*ina*‖RIVM FIET > ITEM · PLACVIT · QVISQVIS · EX QVACVMQVE CAVSA · MORTEM · SIBI · ADSCIVERI*t* ‖ EIVS · RATIO · FVNERIS · NON · HABEBITVR ‖ ITEM PLACVIT · VT QVISQVIS · SERVVS · EX · HOC · COLLEGIO LIBER · FACTVS · FVERIT · IS · DARE DEBEBIT VINI *bo*‖NI AMPHORAM > ITEM PLACVIT QVISQVIS · MAGISTER · SVO · ANNO ERIT · EX ORDINE A*lbi* ‖ AD CENAM FACIENDAM · ET · NON · OBSERVAVERIT · NEQVE · FECERIT · IS · ARCAE · INFERET · HS · XXX N ‖ INSEQVENS · EIVS · DARE DEBEBIT · ET · IS · EIVS · LOCO · RESTITVERE · DEBEBIT ‖ ORDO · CENARVM · VIII · ID · MAR NATALI CAESENNI . . . . . PATRIS · V ·

6296. DIS · MANIBVS ‖ TIBVRTIAE ANYTES ‖ BOTRYS · Q · N · SPECVLAR ‖ CONTVBERNALI · BENE‖MERENTI · ET · SIBI — Romae, rep. in sepulcro Volusiorum. Cardinali, *Dipl.* n. 262.

6297. HERACLAE · ASINIAE · AGRIPPIN*ae* ‖ CELERIS · [1]) FILIAE · STRATORI ‖ VIX · ANN XXX ‖ PISA · AGRIPPINAE · VESTIP · · · [2]) ‖ *coni*VGI · BENE · MEREN*ti* — In R. Mus. Neap. in Borgianis, Roma allatus. Cardinali, *iscr. ined.* n. 364; Mommsen, I. N. 6872.

1) Asinius Celer consularis, Plin. N. H. IX, 31, 17. Filius fuit C. Asinii Galli et Vipsaniae Agrippinae; cf. Drumann, *Gesch. Roms.* II, p. 14. 2) VESTIP*lica*.

6298. TI · CLAVDIVS · HERM*a* ‖ STRATOR · PECVLIARI*s* ‖ CLAVDIAE · SECVNDAE · CONTVBERNALI · CARISSIM*ae* — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani rep. Iahn, Spec. p. 29, n. 15.

6299. CASTVS · FRONTONIS ‖ TABVLARI · DELICIVM ‖ VIX · ANN · III · MENS · IV — Ibd. in alio columbario. Ded. Canina.

6300. LVCRIO ‖ COCEI ‖ TOPIARIVS — Rep. Romae, nunc *Cusercoli*. Borghesio misit Mengozzius.

6301. DEO INVIC ‖ PRO SALVTE ‖ ET · INCOLVMITAT · PAMPHI‖LI · DISP · AVGG · NN ‖ FORTVNATVS ‖ ARCARIVS — Salonae. Lanza, *lap. Salonitane*, n. II.

6302. T · AELIVS · AVG · LIB · PRIMITIVVS ‖ ARCHIMAGIRVS · ET ‖ AELIA · AVG · LIB · TYCHE · COIVNX ‖ FECERVNT · SIBI · ET · SVIS · LIBERTABVSQ · ‖ POSTERISQ · EORVM ‖ CVSTODIA · MONIMENTI INHABITANDI · NEQVIS · INTER‖DICERE · VELLIT · QVOD · SI · NEMO · DE · HAC · MEMORIA · NOSTRA ‖ EXISTERIT · PERTINERE · DEBEBIT · AD · COLLEGIVM · COCORVM ‖ AVG · N · QVOD · CONSISTIT · IN · PALATIO · QVOD · NEQVE · DONARI ‖ NEQVE · VENIRI · PERMITTIMVS · QVOD · SI · QVIS · CONTRA ‖ LEGEM · SS · [1]) FECERIT · DARE · DEBEBIT · CORPORI · QVI · SVNT ‖ IN · HAC · STATIONEM · HS · L · M · N — Romae, in vinea quondam Amendola. Card. *Dipl.* 410.

1) *Supra Scriptam*.

6303. NYMPHICVS || AGRIPPINAE · GERMANICI || AB AR-GENTO — **Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani sito. Ded. Canina. Cf.** TI · IVL · AVGVSTI || L · CRAENO · AB || AR-GENTO · PATER — **Ibd. id.**

6304. ANTHVS · AD || ARGENTVM || POT · [1]) L · CAESARIS — ARCHELAVOS || M · CONSIDI · ET || CONSIDIARVM || VIX · AN · VI — **Olim Romae, nunc in R. Museo Neap. Grut. 582, 6; Mommsen, I. N. 6839; cf. Grut. 583, 3 = I. N. 6835:** D · M · S || T · AELIVS · AVGVSTORVM · LIB · A||MEMPTVS · AB ARGENTO · SCAENI||CO **cet., et hunc titulum in columbario Romano paucis ante annis repertum:** HERACLIDA || MARCEL · ARG — **(De hac Marcella cf. n. 5371 sq.)**

1) POT*orium*.

6305. ZIZES · AVG || ATRESIS · [1]) NATIONE || LYCAO · V · A · L · POSV || MOERIS · CONSERVA — **Surrenti. Mommsen, I. N. 2140.**

1) i. e. *atriensis*.

6306. IVLIA · ACCIA || MATER || CALLISTHENIS · TI · CAE-SAR || AVG · A · BYBLIOTHECE || LATINA · APOLLINIS || ET · DIOPITHIS · F · EIVS · A · BYBLIOT || LATINA · APOLLINIS || VIX · AN · XLVIII — **Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani nuper detecto. Ded. Canina.**

6307. ALEXANDER · C · CAE||SARIS · AVG · GERMANICI · SeRV || PYLAEMENIANVS · AB · BYBLI||OTHECE · GRAECA · TEM-PLI · APOLLI||NIS · VIX · ANNIS · XXX — **Ibd. id.**

6308. ANTHVS · AVG || A · CORINTHIS || SIBI · ET · SVIS — **I. N. 2128.**

6309. TI · CLAVDIO · AVG · L || DIOSCORO A CENA || CEN-TVRIONVM || TESTAMENTO || POSVERVNT || EVARISTVS · ET · THALAMVS || CONLIBERTO · B · M — **Romae, in Mus. Cap. Murat. 895, 1; Guasco, n. 236; v. ipse.**

6310. LALEMVS · AVG · CIRCITOR · || NATIONE · LYCAO · DONATO || FILIO · ET · SIBI · ET · SVIS · FECIT — **Surrenti. Mommsen, I. N. 2139.**

6311. *a*SCAN*io* || *ca*ESARIS · AV*g* · *lib* || *ant*IOCHIANO · A · CO*dicillis* [1]) || · · A · FAVSTA · VXO*r* · · · · || · · T || *in fr* P · XVI INA*g* · · · · || · · · YRNE MERITAE SACERDOTI · · — **Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 314, n. 35.**

1) Vel *a* CO*rinthiis*, CO*piis militaribus* cet.

6312. D · M || CRESCENTI · VERNAE || CAESARIS · N || CV-BICVLARIO · STATIONIS · II || VIX · AN · XXVII || MENSIBVS · XI · DIEBVS · XI — **Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani effosso. Ded. Canina.**

6313. D · M || SALVIANVS · AVGG || NN · VERNA · DISP · AV-|| REL · IVLIAE COIVGI || BENEMERENTI FECIT — **Exstat in R. Museo Borbonico. Cardinali, Iscr. ant. ined. n. 156. Mommsen, I. N. 6899.**

6314. SEPTIMVS ‖ IMP · TRAIÁNI ‖ CAESARIS · AVG ‖ GERM · DÁCICI ‖ SER · DISP · CLASSIS ‖ FLÁVIAE · CÁRAE ‖ CONIVGI · SANCTISSIMAE — In R. Mus. Neap. Mommsen, I. N. 2652. Spectat ad classem Misenatem.

6315. PRO SALVTE ‖ IMP · CAESARIS AELIĪ ‖ HADRIANI ANTONINI · AVG PIĪ P P ET M · ALLI (sic) AVRELI CAESARIS · N̄ ‖ GENIO COLONIAE · PVTEOLANORVM ‖ CHRYSANTIIVS (sic) AVG DISP A FRVMINTO (sic) ‖ PVTEOLIS ET OSTIS ‖ L D DECVRIONVM PERMISSV — Rep. Puteolis, nunc Neapoli in aedibus Francavilla. Mur. 892, 10; Mommsen, I. N. 2464 cet.

6316. M · IVLIO · SP · F · PIETAT*i* ‖ EPELYS · TI · CLAVDI · CAESARI*s* ‖ AVG · DISP · MATERNVS · AB ‖ AEDIFICIS · VOLVNTARIS [1] — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 314, n. 36.

1) *Dispensator maternus* is est, qui, quum matri Claudii Augusti antea dispensasset, in ipsam domum Augustam transierat. Habemus apud Mur. 914, 3: PRIMVS ‖ TI. CAESAR. MATERN ‖ AQVAR; ita ut agnomen *materni* eodem modo servis et libertis datum esse appareat, quo agnomina in *anus* desinentia priorem dominum indicasse constat; cf. n. 6248. De *aedificiis voluntariis* nihil habeo, quod proferam.

6317. AEPOLO ‖ IMP · AVG · DISP ‖ GALBIANO ‖ GEMINIA · FELICIA ‖ CONIVNX · ET ‖ C · GEMINIVS · SPES · F ‖ B · M · POSVERVNT — Romae. Ex Cod. Vat. n. 5241, p. 258 exscr. Mommsen.

6318. B · MACROBIO · XEVGNVCHO · PALA M [1] ‖ TINO · CENTENARIO · FL · FIRMIVS · VIR ‖ DVCENARIVS · B · M · TITVLVM · POSVER ‖ QVI · VIXIT · AN · LXX · M · VIIII · DIE · XX · FL · CARI‖TOSVS · ET · ROMANVS · LIBERTVS · CONTRA · ‖ VOTVM · POSVERVNT · RECESSIT ‖ DE · SECVLO · FIDELIS · IN · PACE ‖ DEPOSITVS · ☧ · III · KALENDAS · SEPTEMBRIS — Aquileiae. *Alterth. d. Oesterr. Mon.* (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.) n. 136; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 37.

1) Coniunge primam et ultimam versus litteras: *Bonae Memoriae*; X ni fallor est ☧. Habes igitur *eunuchum Palatinum, centenarium* fortasse *agentium in rebus*; Kellerm. Bull. l. l.

6319. D · *m* ‖ L · DO*mitio* · *l* · *l* · ‖ HELIODORO · · · · ‖ DOMITIVS · PHILETVS ‖ INTERPRES · AVG · N ‖ EDVCATORI ‖ DIGNISSIMO FECIT — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani rep. Dedit marchio Campana.

6320. DĪS · MANIBVS ‖ ADIVTORIS ‖ VIXIT · ANNIS · XI ‖ ATHENAIS · EPAPHRODITI ‖ NERONIS · CAESARIS · AVGVSTI ‖ A IVMENTIS · FILIO CARISSIMO FECIT — Olim Velitris, nunc in R. Mus. Neap. Mar. Arv. p. 176; Mommsen, I. N. 6834.

6321. D · M ‖ GALERIAE · CLAVDIAE ‖ QVAE · VIX · AN · XVII ‖ P · M ‖ GALERIVS ANTHOPHORVS ‖ AVG · [1] LIB · ADIVTOR ‖ A · LAGONA · [2] LIB · ET ‖ CONIVGI · B · M · ET · SIBI ‖ POSTERISQVE · SVIS — Romae. Amatius misit Borghesio.

1) Intellige AVG*ustae*, sc. Galeriae Faustinae Antonini Pii. 2) Cf. n. 794.

6322. DIS · MANIBVS ‖ T · FLAVIVS · AVG · L · ZOSIMVS · LANIPENDVS ‖ CAESARIS · N · ET · ANDRONICAE ·[1] CAESARIS ‖ N · VERN · ET · A · CERVIVS · HERMES ET ‖ LVCCEIA · VENERIA · ET ‖ PRIMVS · CAESARIS · N · VERN · SIBI · POSTERISQ ‖ SVORVM — Labusius dedit Cardinalio, qui, ubi titulus repertus sit, non refert; *Dipl.* 251.

1) Corr. ANDRONICE.

6323. ANTIOCHVS · IVLIAE ‖ DRVSI · CAESARIS ·[1] SVPRA ‖ LECTICARIOS · FECIT ‖ CLAVDIAE · CEDNE ‖ CONIVGI · SVAE · FECIT (sic) — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani effosso. Ded. Canina.

1) sc. filia. [Dubito; fortasse IVLIAE hic idem valet quod alibi IVLIANVS. MOMMSEN.] Est Drusus Ti. Caes. Aug. f.

6324. SOTERICVS · ARC ‖ AVG · CAES · LVCER[1] ‖ EMPT · DE · PINARIO · RVFO ‖ OL · QVAE · FVIT · PORCI ‖ PHILARGYRI — Romae, in alio columbario prope portam D. Sebastiani rep. Iahn, Specimen, p. 31, n. 38. Vidit et emendavit Mommsen.

1) LVCER*narius*? cf. 6292. [At quomodo hoc coniungitur cum ARC*ario*? Mihi est cognomen alterum servorum Caesaris, LVCER*inus* vel eiusmodi quid. MOMMSEN.]

6325. EPINICVS · CAESAR · SER ‖ AMYNTIAN · MEDIAST[1] ‖ IVLIA · NYSA · DE · SVO · FECIT — Olim Romae, nunc in R. Museo Neap. Grut. 577, 5; Mommsen, I. N. 6869; cf. 6833 = Mur. 985, 5.

1) *Mediastinus*; cf. Forcell. lex. s. v.

6326. P · AELIO · AVG · LIB · EPAPHRODITO ‖ MAGISTRO · IATROLIPTAE ·[1] PVERORVM ‖ EMINENTIVM · CAESARIS · N ‖ QVI · VIX · ANNIS · XXX · CONIVGI ‖ NICOPOLIS · CAESARIS · N · ET · SOTER · FILIVS · PATRI · *bene*MERENTI ‖ FECERVNT · ET · SIBI · ET · SVIS · LIB ‖ LIBERTABVS · POSTERISQVE · EORVM — Romae. Doni VII, 1; Mur. 884, 4.

1) Corr. IATRALIPTAE.

6327. DASCYLVS · TI · AVG · MINISTRAT ‖ IVLIAE · NEBRIDI · AVGVSTAE · PEDIS ‖ COIVGI · CARISSIM · LOCVM · SEPVLCRI ‖ SIBI · ET · SVIS ‖ IVLIA ACTE — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani detecto. Ded. Canina.

6328. AVRELIO · SYM‖PHORO · AVG · LIB ‖ OFICIALI (sic) · VETERI · A MEMO‖RIA · ET · A DIPLOMATIBVS ‖ EXORNATO · ORNAMENT ‖ DECVRIONALIBVS ‖ ORDO SPLENDIDISSIM · ‖ CIVI · ‖ OB · AMOREM · ET · ‖ INSTANTIAM · ERGA · ‖ PATRIAM · ‖ CIVESQVE — Neapoli. Mur. app. 5, 3; Mommsen, I. N. 2626, ubi v. cett.

6329. DIS · MANIBVS ‖ TI · CLAVDIO · IANVARIO ‖ GRATIANO ‖ NOMENCLAT · AVG ‖ PATIENS · AVG · L · TABVL ‖ MESOR · AEDIFICIOR ‖ ASCANIVS · AVG · L · A · COMMENT ‖ RAT · HEREDITAT ‖ AMICO · BENEMERENTI — Romae. Borghesio misit Vescovalius; cf. Mur. 587, 3 = Mommsen, I. N. 6863: AVG · LIB · NOMENCLATOR · AB · AMISSIONE.

6330. TI · CLAVDIVS ‖ CAESARIS ‖ NVMVNCLATOR ‖ AMARANTHVS ‖ VIX · ANN · XXX — Romae. Iahn, Spec. p. 41, n. 143.

6331. D · M · ATIMETO ‖ MEDICO ‖ BASILEVS ‖ ET PARTHENO‖PAEVS ‖ FAVSTINAE ‖ AVG SERVI ‖ AB ORNAMEN‖TIS · AMICO ‖ BENE · MERENTI ‖ FECERVNT — Romae, ad D. Laurentii extra muros.

6332. AMOENVS ‖ MESSALINAE ‖ TI · CLAVDI · CAESARIS ‖ AB · ORNAMENTIS — Pisauri. Rocchius misit Borghesio. — *Eunuchum ab ornamentis* habes Grut. 578, 9.

6333. L · [1]) IVLIVS AVG · ET · AVG · [2]) L ‖ PHILO · OSTIARIVS — Asisii. Costanzo, *S. Rufino*, app. p. 50.

1) Corr. C. 2) AVG*usti* ET . AVG*ustae*.

6334. L · CALPVRNIVS · PHAEDON ‖ CALPVRNIOR · PAEDAG ‖ CALPVRNIAE · IACHE > ‖ VXORĪ — Puteolis. Mommsen, I. N. 2880, ubi v. ceteros.

6335. D · M ‖ EVTYCHES · CAE · N̄S̄ · PEDISEQVS [1]) ‖ STATIONI · CASSTRESE · FEC · ‖ MATRI · PIENTISSIMAE ET · ‖ FAVSTVS · COLLEG · AEIVS · ‖ FECERVNT · SIBI · VTRIVSQVE ‖ SVORVM · ET · POSSTERISQVE ‖ EORVM — Romae, in Mus. Cap. Fabr. 210, 528; Guasco 332; vidi ipse.

1) De *pedisequis* cf. Mar. Att. p. 95. — CHRYSEROS . AVG . VERNA . PEDISSEC . R . K, i. e. *Rationis Kastrensis*, Reines. IX, 105; ZOSIMO . C̄ . N̄. (*Caesaris Nostri*) PED . NVM . CASTREN, i. e. PED*issequo* NVM*eri* CASTREN*sis*, Grut. 842, 13; corr. Fabr. 309, 327.

6336. HIC REQVIESCVNT IN PACE FLORENTIVS ‖ PATER PISTORVM REGIS THEODORICI ‖ QVI VIXIT ĀN̄N̄ · P · L · M · LXXII DEPOSITVS ‖ EST SVB D · NON · ŌC̄T̄ · IND · V · SEPTIENS ‖ P̄ · C̄ · BASILII ĪV̄N̄ · V · C · [1]) ET · CONIVX · EIVS ‖ DOMINICA R̄Ī QVAE VIXIT ANN · P · L · M · ‖ LXVIII · DEPOSITA EST SVB D · XIX · KAL · ‖ ŌC̄T̄ · IND · III · SECV̄N̄ · P · C · D · N · IVSTINI ‖ PP · AVG · A · III · [2]) SIMV̄L̄Q · ET FILIVS ‖ EORVM · APOLLENARIS CANCELL · PRE ‖ LONGINI · [3]) QVI · VIXIT ANN · P · L · M · XXXV · ‖ DEPOSITVS EST SVB D̄ · VI · ID · IVN · IND · V̄ĪĪĪ ‖ P · C · SECVNDO D · N · IVSTINI PP · AVG ‖ ANNO VIII [4]) — Ravennae, in S. Mariae de Portu. Eph. litt. Flor. 1750, p. 686; cf. Marini, *Papiri dipl.* 352, 353.

1) *Post Consulatum*; a. 548. 2) i. e. Iustini II, anno igitur a. 570. 3) CANCELL*arius* PR*a*E*fecti* (*s. exarchae*) LONGINI; cf. Mar. l. l. p. 303. 4) a. 575; l. l. p. 360.

6337. TI · CLAVDIVS · AVG · LĪB · BVCOLAS · PRAEGVSTATOR · TRICLINARC (sic) ‖ PROC · A MVNERIB · PROC · AQVAR · [1]) PROC · CASTRENSIS · CVM · Q · CLAVDIO ‖ FLAVIANO · FILIO · ET · SVLPICIA · CANTABRA · MATRE · D · *d* — Rep. Caere. Bull. Inst. Arch. 1840, p. 95. Ipse vidi Centumcellis.

1) cf. Front. de aqu. c. 105; Or. 1194 et 946.

6338. D M ‖ VALERIAE CLEO‖PATRAE FECIT ‖ T AEL AMIANTVS AVG ‖ LIB PROC CONIV‖GI SVE BENE‖MERENTI

CVM ‖ QVA VIXIT ANNIS ‖ X EX PECVLIO IP‖SEIVS SCRIPSIT VALERIVS AN‖DRONICVS [1]) — Laodiceae Combustae. Hamilton, *Researches in Asia Minor* vol. II, app. n. 406.

1) Cf. Mommsen, *über d. Chronogr. v. J. 354, Abh. d. S. Ges. d. Wissensch. phil. hist. Classe, I, p.* 607, et Bull. Inst. Arch. 1852, p. 105.

6339. EVPHRATES AVG LIB ‖ PROC · OB · EFFECTA SIBI ‖ IN HAC STATIONE ‖ ANNVA CENTENA ‖ GENIO · HVIVS · LOCI ‖ D D — Romae. Marini, *Papiri dipl.* p. XXXI indicis.

6340. EVTACTO ‖ AVG · LIB · PROC ‖ ACCENSO DE LAT ‖ A · DIVO · VESPASIANO ‖ PATRI · OPTIMO ‖ CLEMENS FILIVS — Romae, in Mus. Cap. Mur. 809, 2; Guasco 204; v. ipse. Cf. Or. 2931.

6341. C · IVLIVS · AVG · L · SAM*ius* [1]) ‖ PROC ‖ ACCENSVS · DIVI · CLAVDIĪ · [2]) E*t* · ‖ NERONIS · AVGVSTI ‖ PATRONORVM — Tibure. Viola, *Tivoli nel decennio* cet. p. 158.

1) Ita Viola. 2) Moreschi, qui dedit Borghesio, CLAVDI.

6342. GAMI ‖ AVG · L · PROC ‖ ALORICATA [1]) — Romae, in lamina aenea. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 34, 2.

1) Loricatam Borghesius (l. l.) spatium esse credit *loricae ambitu circumclusum — continens feras*; cf. Amm. Marc. XXIII, 5. — *Lorica* commemoratur Or. 3303; Grut. 172, 13; cf. θωράκια et θωρακεῖα Bekker, Anecd. I, p. 43.

6343. IMP · CAES · M · AVR · ANT · AVG · N · S · VB · [1]) CA‖PITOLIN PROC · OFFIC · [2]) FELIX · AVG · LIBER — In tubo plumbeo ex Dalmatia in Mus. Vindob. illato. *Istria* V, p. 204.

1) Num *Sextus* VIB*ius*? [Imo SVB CAPITOLIN*o* PROC*uratore* OFFIC*inator*. Mommsen.] 2) OFFIC*inae*.

6344. M · AVRELIO · AVGG · LIB · PROSENETI ‖ A CVBICVLO · AVG · ‖ PROC · THESAVRORVM · [1]) ‖ PROC · PATRIMONI · PROC · ‖ MVNERVM · [2]) PROC · VINORVM ‖ ORDINATO · A · DĪVO · COMMODO · ‖ IN · KASTRENSE · [3]) PATRONO · PIĪSSIMO ‖ LIBERTI · BENE · MERENTI ‖ SARCOPHAGVM · DE SVO ‖ ADORNAVERVNT — Sarcophagus in via Labicana prope Turrim novam repertus, nunc in Villa Pinciana Borghesiorum. Bull. Inst. Arch. 1830, p. 123.

1) *Praepositum thensauris dominicis* habes n. 6871. 2) Cf. n. 6337. 3) = *ratio castrensis*.

6345. TI · CLAVDIVS MARCELLINVS ‖ *proc* · AVG · A PATRIMONIO ‖ ········ ‖ DĪCAVIT AVG ········ ‖ ET LAP ········· ‖ SVNT INTRA MACERIAM — Romae, in V. Cassia ad sepulcrum quod dicunt Neronis. Borghesio exscripsit Amatius.

6346. ORONTI ‖ AVG · LIB · PRÓC ‖ PATRIMONII ‖ VIXIT · ANNIS ‖ LXXXXVI ‖ ALEXANDER · PRÓC ‖ PIISSIMVS ‖ FILIVS ‖ FECIT — Prope Puteolos. Mar. Arv. p. 711; Mommsen, I. N. 2899, ubi v. cett.

6347. TI · CLAVDIO ‖ AVG L · MEROPI ‖ PROCVRATORI ‖ A REGIONIBVS · VRB — Romae. Guasco, Mus. Cap. 367; cf. Mur. 895, 4; 5; 894, 2.

6348. V · NONAS · MARTIAS ‖ FELIX · AVGG · LIBERTVS ‖ PROCVRATOR · VSIACVS [1]) ‖ HORA · PRIMA · SEMIS ‖ MEMNONEM · AIIVDIVIT — In statua Memnonis. Letronne, *Inscr. de l'Égypte* pl. XXXII, 11; vol. II, p. 385.

1) *οὐσιακός*; cf. *μισθώσεις οὐσιακαί*, C. I. Gr. 4957, v. 11.

6349. DIS · MANIB ‖ M · VLPIO · AERASMO ‖ AVGVSTI · LIB ‖ SVB · PROCVRATORI ‖ DOMVS · AVGVSTANAE ‖ VIXIT · ANNIS · XXXII · MENS · II ‖ M · VLPIVS · AEPHESIVS · FIL · ET ‖ VLPIA · THALLVSA · CONIVX ‖ BENEMERENTI · FECERVNT ‖ ET · SIBI · ET · SVIS ‖ LIBERTIS · LIBERTABVSQVE ‖ POSTERISQVE · EORVM — Romae. Exscr. Borghesius.

6350. TI · CLAVDIVS · DIVI · L · ERASTVS ‖ SCRINIARIVS · AB EPISTVLIS ‖ FECIT · SIBI · ET ‖ VALERI*ae* · CHIONE · CONIVGI ‖ SVAE · LIBERTIS · LIBERTABVSQ · SVIS ‖ POSTERISQVE — Amalfiae. Grut. 1111, 10; Mommsen I. N. 116.

6351. C · IVLIVS · DIVI · AVG · L ‖ COZMVS · SPECLARIA ‖ AGRIPPIANVS · HIC · SITVS · EST ‖ C · IVLIVS · COSMI · L ‖ SABINVS — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani rep. Dedd. Desjardins et Canina; ipse non vidi. Ad eandem spectat hic titulus ibidem effossus:

6352. C · IVLI · DIVI ‖ AVG · L · COZMI ‖ SPECVLARIARI ‖ AGRIPPIANI.

6353. DIS · MANIB ‖ TI · CLAVDIVS · EPICTETVS · PRAEPOSIT ‖ SPECLARIARIOR · DOMVS · PALATINAR [1]) ‖ ET · CLAVDIA · APHROSIA · COIVNX · EIVS ‖ CLAVDIO · SERVANDO · FIL · FECERVNT ‖ VIXIT · ANN · XVII · MENS · III ‖ ITEM · LIB · LIBERTABVSQ · POSTERISQ EORV ‖ QVOD · SI · DESIERINT · TVM · DISCENTIBVS · [2]) SPECLARIARIS · DOMVS ‖ PALATINARVM — Romae, in horreis Mus. Vat. Vidimus Mommsen et ego.

1) Cf. titulum ex apographo Borghesii a Furlanetto, Lex. Forcell. s. v. *specularius* propositum: D . M . TI . CLAVDIO . SYMMACHO AVG . LIB . SPECLARIARIO . DOMVS . PALATINARVM . FECIT . EPICTETVS . NVTRICIO . SVO . VIXIT . ANNIS . LXXXII. 2) Cf. ad 4147.

6354. FRONTONI ‖ AVG · SER ‖ STRVCTOR — Surrenti. Mommsen, I. N. 2137.

6355. SILVANO AVGVSTO ‖ M · AEMILIVS ‖ LAETVS ‖ V [1]) STVDIIS ‖ AVGVSTI ‖ DICAVIT — Lugduni. Caumont, *Bulletin monum.* 2e *série*, II, p. 256.

1) Corr. A, ut 719; cf. tit. sequentem:

6356. L · VIBIO FORTVNATO · L · · · · ‖ HARVSPICI · AVG · N · MAGISTRO ‖ A STVDIIS · PROC · DVCENARIO ‖ STATIONIS · HEREDITATIVM — Calibus. Mommsen, I. N. 3948.

6357. D · M ‖ IVSTINVS CAESA*ris* ‖ VERNA · SVBSEQVES ‖ LIBRARIORVM [1]) ‖ VIX · ANIS · XV ‖ TERTIVS VERNA ‖ VALDENIO [2]) PIENTISSIMO ‖ B M P — *Zalathna* Transilvaniae. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 183.

1) Manus *subsequentis librariorum*, si re vera in lapide legitur, fortasse cum *secutore* in rebus militaribus obvio componere licet. 2) Nescio, quid sit VALDENIO; sed de lectione dubito.

6358. DIS MANIBVS ‖ TVRIAE · SATVRNINAE ‖ SORANAE ‖ LIBERTAE · FECIT ‖ PLACIDVS ‖ IMP · DOMITIANI · AVG ‖ TABELLARIVS ‖ CONIVGI · OPTIMAE ‖ ET · PIENTISSIMAE — Romae. V. Mommsen.

6359. HOC CEPOTAPHIVM AV*r* ‖ INACHI AVG LIB OPTIO*n* ‖ TABELL·A·RIORVM CTA*t* ‖ PATRIMONI E AVRELIAE ‖ MACA-RIAN·ETI C · ET ‖ AVRELIAE · RODOGYNE ‖ ET LIB·B · LI-BERTABV*s*‖QVAE POCTERICQ · ‖ EORVM[1]) — Ad eosdem alter titulus pertinet: *aureliae · maca*‖RIANETI · CON*iu*GI ‖ DVLCISSI-MAE · ‖ QVAE · VIXIT · ANNIS ‖ XXVII · M · VI · DIEB · XVIII ‖ HORAS · VI ‖ INACHVS · COIVGI · ‖ BENEMERENTI · ‖ MACA-RIANE · DVLCIS — In V. Appia. Annal. Inst. Arch. 1852, p. 311, n. 11.

1) Nota litteras S et C eadem forma repraesentatas [nempe a lapicida Graeco. Mommsen].

6360. D · M ‖ BLASTVS · AVG · LIB · TABVL‖ARIVS · FAE-CIT · AEDICLAS · ‖ TRES · INTRANTIBVS · DEXT‖ERIORE · PARTE · PARIE‖TE · IVNCTAS · DVAS · ET · TERTI‖AM · IN · QVA · TITVLVS · FIXVS · EST · SIBI · ET ‖ SVIS · L · LIBER-TABVSQV · POSTERISQV · ‖ EORVM — Romae. Iahn, Specimen, p. 36, n. 90.

6361. EX · DOMO · CAESARVM ‖ LIBERTORVM · ET ‖ SER-VORVM · COT · EST ‖ COLLEGI ‖ TABERNACVLARIORVM — Romae. Grut. 642, 1; nunc in R. Museo Neap., ubi v. et corr. Mommsen, I. N. 6912.

6362. D · M ‖ AVR · BASILEO ‖ AVG · LIB · VLPIA ‖ PRIMA · COIV‖GI · B · M · FECIT ‖ P P · A · TABERNA‖CLA[1]) · · · — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani nuper effosso. Ded. Canina; ipsi mihi exscribere non licebat.

1) *PraePositus*, credo, A TABERNACLA, nisi *a tabernaclariis* [vel *ad tabernacla* Mommsen.] praeferendum censes.

6363. EGO · SVM · L · LVTATIVS · PACCIVS ‖ THVRARIVS · DE · FAMILIA ‖ REGE · MITHREDATIS[1]) — Romae. Iahn, Specimen p. 27, n. 23.

1) Fortasse rex ille Bosporanus, qui Claudio imperante deditus Romamque missus est, Tac. Ann. 12, 21. — *Thurarios* inter officia domestica fuisse hoc titulo patet, confirmaturque monumento satis antiquo nuper in Via Appia effosso:

6364. C · P · P · TREB*oni*ORVM · P · P · C · *f* ‖ TVRARIE*is* · ET · LIBERTEIS ‖ P · TREBONIVS · · · L · NICOSTRATS (sic) ‖ M · C · P · L· MALCHIO ‖ D · C · L · OLO-PANTVS ‖ M · C · P · L· MACEDO ‖ A · C · P · L · ALEXANDER ‖ TREBONIA · C · P · L· IRENA ‖ TREBONIA · C · P · L · AMMIA[1]) — Ann. Inst. Arch. 1852, p. 310, n. 1.

1) Vetustatem monumenti et nominativus plur. decl. 2. in *eis* desinens et libertorum praenomina a patronorum diversa satis indicant. [Litterae quattuor singulares vv. 4. 5. 6. 7 praefixae non praenomina, sed hoc efficiunt: *Monumento Dolus Malus Abesto.* Mommsen.] *Trebonii* nomen in ceteris libertis post Nicostratum commemoratis a

quadratario brevitatis caussa omissum est. — Propter formam nominativi in *eis* hanc quoque inscriptionem afferre liceat eodem loco repertam:

6365. . . . . ‖ SEX · L· HILARA ‖ SEX · TREBONI‖VS · SEX · L · ‖ TRVPHO TVRA‖REIS · IN AGRO · ‖ P XX · INFR · P XXIIX — l. l.

6366. CHARITO · TI · CLAVDI · ‖ CAESARIS · AVGVSTI · ‖ TOPIARIVS · SIBI · ET · SVIS — Surrenti. Mommsen, I. N. 2132.

6367. DIS MANIBVS ‖ T · FLAVI AVG · L · FORTVNATI ‖ CAES · N̄ · TRICLINARII ‖ EX · DEC · III ‖ ATTIA · CORNELIA · FILIA ‖ CALAMITOSA PATRI KARISSIMO ‖ BENEMERENTI ‖ MVLTIS CVM LACRVMIS ‖ FECIT MEM — Albani. Zaccaria, Excursus I, p. 362.

6368. D · M · ‖ AELIAE CHRY‖SEIDI · AELI ‖ EILIAE [1]) CAS‖TISSIMAE ‖ FEMINAE ‖ M · COCCEIVS ‖ STEPHANVS ‖ TR [2]) AVGC (sic) ‖ CONIVGI ‖ B M E (sic) — In R. Museo Neap. v. Mommsen, I. N. 2656.

1) „sic" M.; l. FILIAE. 2) M., *trierarchum Augusti Caesaris* se repperisse ratus, ad classem Misenatem titulum refert; sed novus certe *trierarchus Augusti*. Unde pro *tricliniarcha Augustorum* hominem habeo, quem libertini generis fuisse nomen demonstrat Cocceii ab imperatore Nerva deducendum.

6369. CELADIO · TI · CAESARIS · AVG ‖ SER · VNCTOR · [1]) GERMANICIAN ‖ PVDENS · TI · CAESARIS · AVG ‖ PEDISEQVS — Romae, in columbario prope Portam Latinam rep. Iahn, Specimen p. 25, 11.

1) *Praepositus unctorum* est in n. 6382.

6370. C · IVLIO · CHRYSANTO ‖ ET · P · AELIVS · AVG · LIB · EVTYCHVS · PRAEPOSITVS · VELARIS ‖ CASTRENSIBVS · FECIT · ET · SIBI · ET · SVIS · POSTERISQ · EORVM — Romae, in columbario nuper prope portam D. Sebastiani effosso. Ded. Desjardins v. cl. Ipse vidi, sed non licebat exscribere.

6371. ALEXANDER ‖ AVGG · SER · FECT ‖ SE BIVO · MARCO · FILIO ‖ DVLCISIMO (sic) · CAPVTA‖FRICESI · [1]) QVI · DEPVTA‖BATVR INTER BESTITO‖RES · [2]) QVI · VIXIT · AN·NIS ‖ XVIII · MENSIBV · VIIII ‖ DIEBV · V · PETO A BOBIS ‖ FRATRES · BONI · PER ‖ VNVM · DEVM · NE · QVIS ‖ VII · TITE·LO M*olestet* ‖ POST MO*rtem meam* — Rep. in suburbano Romano, cui nomen *Pariolae* est, ubi coemeterium D. Hermetis fuit. Act. Acad. Pont. Arch. VI, p. 43.

1) *Cf.* 2685. 2) = *vestitores.*

6372. IACET HIC MAVRA CON‖IVX BONIFATI A VESTE ‖ SACRA [1]) OVAE RREC (sic) ‖ ECESS ☧ IT IN RAC ‖ ET TVI [2]) SECVM AN‖NOS XX — Treviris. *Rhein. Jahrbb.* XII, p. 75, n. 167.

1) sc. *imperatoris*, nisi potius ad cultum christianorum spectat. 2) *quae recessit in pace et tulit* est.

6373. CHRYSAPSIS ‖ AGRIPPINAE · SVPRA·VESTE — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani nuper effosso. Ded. Canina.

6374. ANTEROS · TI · CAESARIS ‖ CISTARIVS · A · VESTE · FOREN ‖ VIXIT · ANN · XXV — Ibd. id.

6375. · · VLIVS · AVG · ET · AVG · L ‖ · · · ERETVS · PATERNVS · · · ‖ VESTA · CASTRENSIS[1]) — Ibd. id.

1) Corr. *a veste castrensi*, vel *praepositus vestis castrensis.*

6376. M · COCCEIVS · AVG · LIB · AMBROSIVS · PRAEPO-‖SITVS · VESTIS · ALBAE · TRIVMPHALIS cet. legitur in titulo in porticu S. Mariae Transtiberinae exstanti, Mur. 2043, 1.

6377. FRASINVS · [1]) CAES ‖ N · SER · ADIVTOR · A ‖ VINIS · CLAVDIAE · PHIALE · CONIVGI · SVIIAE · BENEMERENTI ‖ FECIT — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani effosso. Iahn, Specimen p. 39, n. 121.

1) Corr. ERASINVS.

6378. P · AELIO · AVG · LIB ‖ SECVNDO · FECIT ‖ T · AELIVS · AVG · LIB ‖ EVTYCHVS ADIVTOR ‖ A VINIS ET SIBI · LIB ‖ LIBERTABVSQVE ‖ POSTERISQVE ‖ EORVM — Romae, in villa Casaliorum. l. l. p. 91.

Libertorum nomina ita orta esse constat, ut praenomen quidem et nomen gentilicium patronorum manu missi assumerent, nomen autem, quo unico antea servi usi erant, iam cognomen evaderet. Et haec quidem ratio posteriore imperatorum aetate ita valebat, ut vix ullum rationis diversae exemplum reperiri credam. Temporibus tamen prioribus non solum cognomina patronorum nonnunquam pro nominibus a libertis assumebantur (cf. quae antea sub n. 6247, 3 exposui), sed ab ipso etiam patrono, ut amico cuidam suam ostenderet sive reverentiam sive amicitiam, huius nomen gentilicium manu misso interdum indebatur. De qua re nuper Borghesius disputavit hanc inscriptionem in Via Appia effossam publici iuris faciens:

6379. L · VALERIVS · M · F · OVF · GIDDO ‖ L · CALPVRNIVS · M · L · MENOPHIL ‖ VALERIANVS ‖ VALERIA · L · L · TRVPHERA — *Memoria sullo scavo della Via Appia fatto nel* 1851 *di Agostino Iacobini*, *appendice* n. I; cf. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 307 et n. 16, p. 312.

L. Calpurnium M. l. Menophilum Valerianum manu missum esse docet a M. Valerio L. Giddonis patre, qui ob memoriam Lucii cuiusdam Calpurnii praenomine et nomine eius libertum ornaverit; hunc ad verum patronum indicandum Marci libertum sese appellasse adiuncto agnomine Valeriani, quo servos eum declarasse scimus, in cuius manu primum fuerant. Eadem ratione Cicero, quum Dionysium servum manu misisset, ut amicum Atticum honoraret, Pomponium eum appellavit (cf. Ep. ad Att. IV, 15), retento tamen Marci praenomine. — Saepius praenomina libertorum a patronorum diversa in monumentis leguntur, cuius rei praeter titulum antiquissimum antea (n. 6364) allatum pauca exempla proponere liceat (cf. n. 5683):

6380. ACCHAVA · M · L ‖ APPIA · SIBI · ET ‖ L · ACCHAVONI ‖ M · L · STABILIONI ‖ VIRO · SVO · ET · LIBIRTS[1]) ‖ SIB · ET · LIBERTABVS ‖ · · AQ · [2]) P · VII — Romae, in horreis Vaticanis. Exscr. Mommsen.

1) Ita legere sibi videbatur M. 2) Num *in ag*(ro)? [Imo QVAQ*uaversum*. MOMMSEN.]

6381. C · ARRIO · N · L ‖ RVFIONI ‖ IN · FRON · P · XII ‖ IN · AGR · P · XV — Aeclani. Mommsen, I. N. 1179.

6382. C · CAIACIVS ‖ Q · L ‖ THEOPHILVS — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani detecto. Jahn, Spec. p. 43, n. 163.

6383. L · CECIVS ‖ C · L ‖ AVCTVS — Ibd. l. l. p. 33, n. 54.

6384. C · HORDEONI · M · L ‖ CAVSA ‖ C · SEPVLLI · C · L ‖ ABDAES ‖ HORDIONIA · C · L · ‖ MARTA ‖ IN · F · P · XII ‖ IN · AG · P · XV — Romae, in Villa Altieria. l. l. p. 138.

6385. C · RABIRIVS · POST · L[1]) RABIRIA VSIA · PRIMA · SAC ·
HERMODORVS DEMARIS ISIDIS
Romae, in Via Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 313, n. 29.

1) POST*umi Libertus*; cf. n. 6221.

Semper autem praenomen liberti a patroni diversum indicium est aetatis satis antiquae.

6386. Feminarum libertis praenomen indebatur patris patronae; cuius rei quum plurima exempla sponte se offerant, commemorasse sufficiat M . LIVIVM · AVG*ustae* L · ISMARVM, M · LIVIVM · AVG*ustae* · L · ANTEROTEM, M · LIVIVM · AVGVSTAE · L · MENANDRVM, cet., libertos omnes Liviae Augusti (cf. Bianchini, *Iscrizioni de' liberti della casa di Augusto*, et Murat. p. 909); M · ANTONIVM · PANEROTIS · AVG*ustae* · *Liberti* · *Libertum* AMETHYSTVM (Mar. Arv. p. 631), manu missum a liberto Antoniae Drusi, M. Antonii triumviri filiae, quam Caligula Augustam nominaverat; L · VIBIVM · AVG*ustae* · L · FLORVM, de quo antea locuti sumus (cf. n. 5460). Sin autem nomen gentilicium patris diversum erat a nomine filiae, huius liberti praenomine quidem illius utebantur, sed nomine filiae. Sic T · IVLIVS · AVG · L · NICEPHOR (Grut. 686, 3) et T · IVLIVS · AVG · L · MNESTER (Mur. 1008, 4) liberti sunt Iuliae Augustae Titi filiae, id quod alius quidam T · IVLIVS · AVG · L · · · · · (Grut. 101, 5) ipse testatur unum ex libertis DOM*us* AVGVST*ae* IMP · CAES · TITI · DIVI · VESPASIANI · F · AVG se esse praedicans. — Habemus quidem Poppaeae Augustae libertum Gaii praenomine ornatum, quum patrem eius T. Ollium fuisse constet (Tac. Ann. XIII, 45):

6387. C · POPPAEI · AVG · L · HERMETIS — In fistulis plumbeis Baiis repertis. Bull. Inst. Arch. 1838, 78; Mommsen, I. N. 2643. *sed nomen avi materni sumpserat* (Poppaea), *illustri memoria Poppaei Sabini, consulari et triumphali decore praefulgentis; nam Ollium honoribus nondum functum amicitia Seiani pervertit* (Tac. l. l.). (Cf. Bull. Inst 1838, p. 78 sq.)

6388. De agnominibus sive servorum sive libertorum in *anus* desinentibus cf. ad n. 6248; de tribu libertorum ad n. 3105.

6389. L · ET · C · ET · SEX ‖ VALERIORVM ‖ L · SERVANDVS ‖ ANNO · XX · H ‖ S · E · PATRONI · PRO ‖ MERITIS · POSVERV‖NT · SERVITVS · MIHI · N‖VNQVA · INVIDA · FVISTI ‖ LIBERTATEN (sic) MISERO ‖ MORS · ABSTVLIT ‖ INIQVA — Rep. in loco *Zahlbach*, nunc Mogontiaci. Steiner, Inscr. Dan. et Rh. I, n. 510. Versus primus interiit.

6390. M · IIGNATIVS · M · L · LVCVLLVS ‖ PR · NOVNAS · IANVARIAS ‖ IMP · CAESARII · AVGVSTO XII L CORNIILIO SVLLA CoS [1]) ‖ MANVMISSVS IIODIIMQVII DIII DIICIISSIT CARVS AMICIS ‖ ANNORVM · NATVS · XXXI — In operculo plumbeo sepulcri, in R. Museo Neapolitano. Mommsen, I. N. 3095.

1) A. 749 = 5 a Chr.

6390a. ANTESTIA · MELITINE ‖ VETERIS · L · LIBERTATEM · SVAM ‖ FRVNITA · EST · ANNOS · II · MESE ‖ VI · VIXIT · ANNOS · XX · — Amiterni. V. Brunn.

6391. D · OTACILIVS · FELIX · FECIT · SIBI · ET ‖ OTACILIAE · HILARAE · COLLIBERTAE ‖ D · OTACILIO · HILARO · L ‖ D · OTACILIO · EVDOXO · L · IN CONSILIO MANVMISSO [1]) ‖ LYRIAE · MVSAE · VXORI ‖ CETERIS · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · MEIS ‖ OMNIBVS · POSTERISQVE · EORVM · PRAETER ‖ QVOS · TESTAMENTO · MEO · PRAETERIERO ‖ INFRONT P XXX INAGR P XXV — Rep. Ostiis, nunc in horreis Musei Vaticani. Mommsen, *Ztschr. f. gesch. RW.* XV, 3, p. 368.

1) Consilium est lege Aelia Sentia institutum; l. l.

6392. M ORFIO M F FAL · ‖ RVFA · DIANAES · ‖ L · Ↄ · [1]) SIBI · ET CONIVGI ‖ SVVO · FECIT — Capuae tribuit Mommsen, I. N. 3789, qui vidit in R. Mus. Neap. — Minus recte apud. Mur. 1384, 5.

1) DIANAES (Tifatinae) *Liberta* (M. Orfii) *coniux*, M. recte; cf. n. 6119. Brunnius tamen, qui super monumentum contulit, notam Ↄ omisit.

6393. V · IDVS · DEC ‖ D · M ‖ C · MODESTI · THESEI ‖ P · CL · TRIVM · GALLIAR · ‖ LIB · [1]) ABASCANTVS ‖ ALVMNO · DVLCISSIMO ‖ QVI · VIXIT · AN · VIII ‖ MENS · V · DIEB · XVIIII — Romae. Amatius misit Borghesio.

1) P. CL*audius* TRIVM . GALLIAR*um* LIB*ertus*.

6394. AECLANIVS ‖ MAXIMIANVS ‖ AECLANIA · MARCEL‖LA · COMMVNI · LABO‖RE · SIBI FECERVNT [1]) — Aeclani. Bull. Inst. Arch. 1837, p. 20; Mommsen, I. N. 1166.

1) Ipsi vel maiores eorum coloniae Aeclanensis liberti.

6395. C · CAMPANIO ‖ COL · LIB ‖ VRSVLO · LVPVLVS ‖ COL · CAPVAE · ARCAR · ‖ AMICO · OPTIMO — *S. Maria di Capua*, quae est Capua vetus. I. N. 3683.

6396. D · M ‖ POLLENTIAE ‖ PROCESSAE ‖ COL · POL · LIB ‖ VALERIANVS ‖ SVMMARVM ‖ DISPENSAT ‖ COLLIBERTÆ ‖ RARISSIMÆ ‖ POSVIT — Polae. *Istria* VI, p. 137.

6397. Q · PVBLICIO · TERGESTE · L ‖ FELICI · SEPTVMIA · SP · F ‖ SEXTA · Q · PVBLICIVS ‖ FELICIS · L · INGENVVS · V · F — Tergeste. *Istria* II, p. 42.

6398. VIV ‖ M · PVBLICI ‖ COLONIAE · L ‖ PHILODAMI · ET · PRIMAE · L · ET · S — Venafri. Mur. 1120, 6; Mommsen, I. N. 4703.

6399. CLAVDIA ‖ SVAVIS COLONOR ‖ LIB · [1]) HIC ADQ*uiescit* ‖ ANN XXIIX · FLACCVS CONI ‖ PIISSVMAE — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* XII, 5, p. 474.

1) Hinc *Claudiae* nomen inter tot coloniae Lugdunensis cognomina primarium fuisse patet.

6400. SEX · VENAFRANI ‖ COL · L · PRIMOGENI ‖ SIBI · ET · SVIS ‖ Q · VENAFRANIO · COL · L ‖ FELICI · SIBI · ET · SVIS ‖ IN · FRON P · XII ‖ IN · AGRO P · XII — Mommsen, I. N. 4722.

6401. · · · · · · *potenti*NVS · DEC · LIB · [1]) DIGNVS ‖ *ob ho*NOREM · BISELLI · ET · AVG ‖ · · · · · DICAM · MORE · DEDIT · SINGVL ‖ *dec · iis* · · · AVG · HS · XII · POPVLO · *ii*S · · · ‖ · · · · LIVS · AVGVSTVS[2]) · · · · · — Potentiae. Mur. 523, 1; corr. I. N. 381, ubi v. ceteros.

1) DECurionum LIBertus. 2) Cognomen, ut videtur, corruptum.

6402. DIS · MANIBVS ‖ SENATIAE FLORAE ‖ SENATIVS · NEPHON[1]) ‖ CONIVGI ‖ OPTVMAE — Tibure. Viola, *Tivoli nel Decennio* cet. p. 79.

1) Liberti senatus Tiburtini, vel libertorum posteri.

6403. · · · CRISPINAE · C · F · [1]) L · ARRIV*s* · · · · · ‖ (litt. minor.) ET · C · GERVLONIVS · [2]) IAN · · · · — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 314, n. 37.

1) *Clarissimae Feminae.* 2) Libertus, ut videtur, collegii gerulonum s. gerulorum.

6404. DIS · MANIBVS ‖ IVNIAE · M · F · PROCVLAE · VIX · ANN · VIII · M · XI · D · V · MISEROS ‖ PATREM · ET · MATREM · INLVCTV · RELIQVID · FECIT · M · IVNIV*s* · · · ‖ EVPHROSYNVS · SIBI ET · · · · · · · E · TV · SINE · FILIAE · ET · PARENTIVM · INV · · · · · ‖ REQVESCANT (sic) · QVIDQVID · NOBIS · FECERIS · IDEM · TIBI · SPERES · MIHI · CREDE · TV · TIBI · TESTI · · · · · — In ara marmorea elegantissima, in cuius parte aversa: HIC · STIGMATA · AETERNA · ACTE · LIBERTAE · SCRIPTA · SVNT · VENE‖NARIAE · ET · PERFIDAE · DOLOSAE · DVRI · PECTORIS · CLAVOM · ET · RESTEM ‖ SPARTEAM · VT · SIBI · COLLVM · ALLIGET · ET · PICEM · CANDENTEM ‖ PECTVS · MALVM · COMMVRAT · SVVM · MANVMISSA · GRATIS ‖ SECVTA · ADVLTERVM · PATRONVM · CIRCVMSCRIPSIT · ET ‖ MINISTROS · ANCILLAM · ET · PVERVM · LECTO · IACENTI ‖ PATRONO · ABDVXIT · VT · ANIMO · DESPONDERET · SOLVS ‖ RELICTVS · SPOLIATVS · SENEX EHYMNO · FFADES TIMTA[1]) ‖ SECVTIS ‖ ZOSIMVM — Olim Romae. Grut. 691, 8; nunc in Museo Florentino, ubi vidi et correxi.

1) Sic in lapide legitur.

CAPVT X.

RES PVBLICA POPVLI ROMANI.

§. 1. POPVLVS ROMANVS. CIVITAS. LATINITAS. IVS ITALICVM.

N. 3040: titulus, qualis ab Orellio Muratorium secuto proponitur, interpolatus mihi quidem videtur esse. Ut alia mittam, vocabula *civis adlectus*, quorum caussa Or. eum in collectionem suam recepit, neque apud Mazocchium leguntur, et eo loco, quo a ceteris collocantur, vix lecta esse possunt; quapropter in margine ea adiuncta fuisse reputo a viro quodam docto, ut melius intelligeretur, quo modo civis tot civitatium Aemilius fuisset. Quae vero in fine tituli leguntur, et ipsa satis suspecta sunt et a Muratorio sola schedarum Farnesianarum auctoritate firmantur. — Maffeius 466, 15 a P. Francisco Ximenez titulum accepit, sed caveas hunc eum vidisse credas, quippe qui monumentum Carthaginis novae inter inscriptiones Africanas retulerit.

N. 3041, v. 4. corr. TVR *(turma)*; Mommsen, *Ztschr. f. gesch. RW.* XV, p. 367. Nulla igitur iuris Italici mentio titulo inest.

6405. C · IVLIVS · VEPO · DONATVS ‖ CIVITATE · ROMANA · VIRITIM · 1) ‖ ET · IMMVNITATE · AB · DIVO · AVG · ‖ VIVOS · FECIT · SIBI · ET · ‖ BONIATAE · ANTONIAE · CONIVGI · ET · SVIS — Celeiae. Seidl, Excurs. epigr. I, Monum. Cel. 2. (*Wiener Jahrbb.*)

1) i. e. pro se solo, quum eius populares civitate nondum gauderent.

6406. C · IVL · MYGDONIVS ‖ GENERE · PARTHVS ‖ NATVS · INGENVVS · CAPT ‖ PVBIS · AETATE · DAT · IN · TERRA ‖ ROMANA · QVI · DVM · FACTVS ‖ CIVES · R · IVVENTE (sic) · FATO · CO‖LOCAVI · ARKAM · DVM · ESSE ‖ ANNOR · L · PETI VSQ · A · PVB‖ERTATE · SENECTAE · MEAE · PERVENI‖RE · NVNC · RECIPE ME · SAXE · LIBENS ‖ TECVM · CVRA · SOLVTVS · ERO — Ravennae, in arca marmorea. Cardinali, *Dipl. mil.* 354. Est iam n. 2982.

6407. De iure anulorum aureorum cf. n. 3750 et Mur. 718, 3: *anulos aureos consecutus a Divo Commodo* (Or. 2176).

§. 2. PATRICII. EQVITES ROMANI. SEVIRI EQVITVM ROMANORVM. EQVVS PVBLICVS.

N. 3042, n. 4: VIROS, quam Smetius testis sit, ita in lapide scriptum fuisse, error fortasse lapidarii est pro VIR COS; nomen enim vigintivirorum illorum proprium re vera fuit *viginti viri consulares*, quo commode distinguebantur a vigintiviris ab Augusto institutis; cf. praesertim vit. Gord. 14, et Herod. VIII, 13.

N. 3043, cf. n. 6412.

N. 3048 = n. 799; susp.

N. 3049: quum Traianus suspicionem mihi movisset ab initio quidem tituli tamquam *vivus* commemoratus, deinde vero *divus* in eodem appellatus, Borghesium equidem

adn., ut novum inscriptionis apographum mihi obtinaret. Ille autem in ectypo chartaceo sibi misso ita se legisse affirmavit: L . ACONIO . L . F . CLV || STATVRAE || > . LEG . XI . C . P . F . LEG . IIII . F . F . LEG || V . MACED . LEG . VII C . P . F . DONIS || DONATO . AB . IMP . TRAIANO || AVG . GERM . OB . BELLVM . DACIC . || TORQVIB . ARMILL . PHALERIS || CORONA VALLAR ET A PRIORIB || PRINCIPIBVS EISDem doNIS || DONATO . ob bellum suebicum || ET SARMATIC . ab AVG TRAIANO || EX MILITIA IN EQVESTREM || DIGNITATEM . tRANSLato || ARIMINI PONTIF QVINQ || TIFERNI MAT FLAMINI PONTIF || ▫ . . . IN . . || L . ACONIVS . stATVRA FIL || EX TESTAMENTO EIVS cuiVs || DEDICATIONE . ePVLum . decuRIONIBVS ET PLEBI deDIT || L . D . D . D — Bellum Suebicum et Sarmaticum Domitiani expeditionem esse idem docet. — Not. 2. l. *Flaviae Felicis*: cf. n. 3868 et Kellerm. Vig. 59. — N. 3. dirime *quinq.* a *pontif.*

N. 3051, v. 2. corr. MEN.

N. 3052: deest post SEX . F cognomen: PROCVLI; v. ultimus, ni fallor, a falsario quodam inscriptioni agglutinatus est.

N. 3055, susp. propter nomina matris, nomen gentilicium matri et filio commune, *publicus* illud, denique propter verba *fecit* et *ex testam.f.i.* — Vereor, ne Gudius titulum ex Ligorianis potius quam ex lapide descripserit, id quod eo quoque comprobatur, quod in loco a Ligorio saepissime commemorato, i. e. in Via Latina, eum exstare Reinesius scribit. Tribum *Veturiam*, quam hic admittere Orellius minime dubitat, alibi ipse confitetur in monumentis sinceris vix reperiri (p. 18); sed cf. n. 6755.

6408. M · COCCEIO || ANICIO FAVS||TO FLAVIANO || PATRICIO || CONSVLARI || OMNIVVIR||TVTI — Constantinae. Exser. de Grabow; misit mihi Gerhardus.

Adlectum inter patricios habes n. 5447.

6409. L · AEMIL · PERTINACI · AC||CEIANO · L · FIL · EQ · R · NAT · ¹) || EQ · R · ²) ET · DEC · COL · MIS || Q · VIXIT · ANN · XL · M · III · || AEMIL · AGAPE · ET · || SOFIA · FRATRI · KARISSIM — Miseno in R. Mus. Neap. illatus. Mommsen, I. N. 2576.

1) EQues Romanus NATus. 2) Error fortasse lapidarii pro EQ . P . [Mihi Pertinax est eques Romanus, natus equite Romano Mommsen.]

6409 a. Q PETICIVS Q FILIVS PAPI||RIA VICTOR EQ MEM || VIR ¹) VIXIT ANNIS L — *Oum-el-Bouaghi* Africae. Renier, *premier rapport* (*extrait des archives des missions scientifiques* 1853) p. 20, ubi vide.

1) EQuestris MEMoriae VIR, recte R.

6410. C · IVLIO || PVBLIANO || PHILIPPO · EQ · PVB || ORNATO · AN · VII · || M · II · DIER · XXI · || ISAVRICVS FIL || PIENTIS||SIMO — Romae. Act. Acad. Pont. Arch. II, p. 672.

6411. TI · CLAVDIO || TI · FILIO · PAL || SECVNDINO || AN · NAT · IX · M · IX || D XXIIX EQVO · PVB || F DVLCISSIMO — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 314, n. 32.

6412. *Turma sexta equitum Romanorum*, cuius nullam Orellius mentionem fieri dixit (ad n. 3043), commemoratur Mur. 820, 2 (= 2032, 4) in titulo nimis mutilo, quam qui restitui possit, quem ipsa tamen nominum ratione ad virum quendam maioribus honoribus ornatum pertinere constat.

§. 3. PATRONI. CLIENTES.

N. 3058, v. 3. pro *in* l. III; v. 7. PROVINC . VAL; v. 10. BYZACENAE COLONOS; COM||CORDIAE *sic*. Mommsen, I. N. 6791.

N. 3060, spurius, ex Ligorio.

N. 3063, fragmentum est inscriptionis, quam integram dedit Donat. 187, 1; v. n. 6418.

6413. SEX · SVLPICIO · TERTVLLO ‖ Q · TINEIO · SACERDOTE · COSS[1] ‖ COLONIA · IVLIA · AVGVSTA · VSELLIS · HOSPITI‖VM · FECIT · CVM · M · ARISTIO · ALBINO · ATI‖NIANO · EVMQVE · CVM · LIBERIS · POSTERISQ ‖ SVIS · PATRONVM · COOPTAVERVNT ‖ M · ARISTIVS · ALBINVS · ATINIANVS · HOS‖PITIVM · FECIT · CVM · POPVLO · COLON · IVLIAE ‖ AVG · VSELL · LIBEROS · POSTEROSQVE · EO‖RVM · IN · FIDEM · CLIENTELAMQVE · SVAM ‖ SVORVMQVE · RECEPIT ‖ EGERVNT · LEGATI ‖ L · FABIVS · · · · · FAVSTVS · IIVIR · QQ · SEX · IVNIVS · CASSI‖ANVS · M · ASPRIVS · FELIX · C · ANTISTIVS · PETVS · SCRIB — In tabula aenea rep. Uselli Sardiniae. Gazzera, *di un decreto di patronato e di clientela* ecc. tav. III; Cardinali, *Dipl. mil.* n. 333; Bull. Inst. Arch. 1830, p. 172.

1) Cos. a. 158.

6424. IMPP · LICINIO · VALERIANO ‖ AVGG IIII LICINIO GALLIENO ‖ AVG III ‖ COS · [1]) IDIBVS · MARTIS ‖ QVOD · COEPTVM · STVDI IVVENVM ‖ CVLTORVM · DEI · HERCVLIS · MAIORES ‖ RETVLERVNT PATRONVM COOPTANDVM ‖ PLVS SPERAMVS BENEFICIA VBERIORA ‖ POSSE CONSEQVITVROS CVIVS IN PRAETE‖RITO SVMMA (sic) DIGNATIONEM SENSIMVS ET IDE‖O COOPTAMVS RVTILIVM VIATOREM PA‖TRONVM CVM IIS QVI INFRA S S[2]) NONIVM GRA‖TILIANVM C V ET EGNATIVM SATTIANVM C V ‖ PLEROSQVE SPLENDIDOS EQVITES ROMANOS ‖ ET CONCVRIALES EIVSDEM VIATORIS QVI NOS ‖ DIGNATIONE SVA ET MERITA (sic) PROVOCAVE‖RVNT OFFERRE PER NVMERIVM NVMERIA‖NVM ATTIC · ET MAIORES EORVM[3]) — Tabula aenea rep. Beneventi, inde Romam et anno 1810 Parisios missa. Fea, *Fasti* n. 46; Mommsen, I. N. 1524.

1) a. 257. 2) Scripti Sunt. 3) sc. *maiores studi iuvenum* cet.

6415. HELPIDI HOMO FELIX ‖ DEVS TE SERVET ‖ FLAVIIS LEONTIO ET BONOSO CONSS[1]) ‖ VI IDVS APRILES ‖ CVM CIBES FREQVENTES COLONIAE PAESTANO‖RVM COEGISSENT BERBA FECERVNT NON ALI‖VNDE AESTIMAMVS STATVM CIBITATIS ‖ ALTIOREM CVLTIOREMQVE REDDI NISI INDVS-‖TRIVM[2]) VIRORVM PATROCINIO FVICIANTVR[3]) ‖ OPTIMI CIBES IGITVR HELPIDIO HONESTISI‖SIMO VIRO PRO DIGNITATE SVA PATRONATVM ‖ OFFERAMVS CREDIMVS QVOD IN OMNIBVS NOS ‖ PATRIAMQVE NOSTRAM FOBERE DIGNETVR ‖ HELPIDIO ‖ PLACET PLACET HELPIDIO HONESTISSIMO ‖ VIRO CVIVS TANTA AEQVITAS TRANQVILLI‖TAS DIGNITAS IVSTITIA INNOCENTIA HVMA‖NITAS EX ORIGINE PROPACATA (sic) MONSTRA‖TVR CVIVSQVE PROLES SANCTISSIMI (sic) ET EIVS VENERAVILIS FLOS DECVSQVE EST TA‖BVLAM PATRONATVS SICVTI PARENTIBVS EIVS OP‖TVLIMVS OFFERAMVS QVEM SI ACCIPERE ‖ FVERIT DIGNATVS SPERAMVS QVOD PRO HONESTATE NOMINIS SVI IN OMNIBVS ‖ NOS AEQVO SINCERAE-

QVE (sic) ANIMO ASPICERE ‖ AC FOBERE DIGNETVR — Tabula aenea rep. Paesti, exstat nunc in Museo Neapolitano Capitis montani (*Capo di monte*). Bull. Inst. Arch. 1836, p. 152, ex apographo Urlichsii; Mommsen, I. N. 89, ubi v. cett.

1) A. 344. Bonosus idem consul ordinarius est, qui in aliis monumentis Sallustius dicitur, duobus igitur cognominibus utebatur; Borgh. l. l. 2) Num INLVSTRIVM? 3) sic; l. FVLCIANTVR.

6416. FELIX ‖ POST CONSS DD NN ARCADI III ET ONORI II ‖ AVGG [1]) GI [2]) KA APRIL GENVSIAE ‖ REFERENTIBVS VAL FORTVNATO ET AVR ‖ SILVANO QQ VERVA FAOTA (sic) SVNT DE COOPTANDO PATRONO FL · SVCESSO (sic) · HORNAT *i*T[3]) EX SPLENDIDO VIRO QVOD T*ant*A FAMILIARITATE ET *indu*STRIA SVA SINGVLOS V*ni*BERSOSQVE TVEATVR ET FOBEAT PLACET IGITVR HVIC TABVLAA (sic) ‖ AERE INCISVM (sic) PER VIROS FRIACIPALES (sic) ‖ OFFERRI ET APVT POENATES (sic) DOMVS HVIVS DEDICARI CENSVERVNT — Tabula aerea, quae ubi reperta sit, non traditur; nunc exstat in R. Museo Neap. — Gazzera, *dipl. di patron.* n. XXVII, ex Actis Acad. Taur. vol. XXXV; Cardinali, *dipl. mil.* n. 382; corr. Mommsen, I. N. 591.

1) A. 395. 2) l. VI. [imo VII. Mommsen.] 3) l. *i*T(*em*); littera enim prior, qualis a Mommsenio descripta est, E esse nequit.

6417. · · · I · I · · · · · · · ‖ QVAESTVRA · IN · P*rovincia* ‖ ASIA · FVNCTV*m* ‖ INCOLAE · AVENT*ic*ENS ‖ OB · EGREG EIVS ERG · *s*E MER ‖ PATRON · P · CVI · SINGVLI ‖ ADQ · VNIVERS · OBLIGATOS ‖ SE · ESSE · PRAEFERVNT · ADQ ‖ ETIAM · PARVM · SIBI · VIDENTVR · PRAEDICARE ‖ CVRA · T · NIGR · MODESTI ‖ IIIIIVIRI · AVGVSTALIS — Aventici. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 106.

6418. NOBILITATIS CVLMINI ‖ LITTERARVM ET ELOQVENTIAE LVMINI ‖ AVCTORITATIS EXEMPLO ‖ PROVISIONVM AC DISPOSITIONVM MAGISTRO ‖ HVMANITATIS AVCTORI ‖ MODERATIONIS PATRONO ‖ DEVOTIONIS ANTISTITI ‖ PETRONIO ‖ PROBO · V · C · PROCONSVLI AFRICAE ‖ PRAEFECTO PRAETORIO ‖ PER ILLYRICVM ITALIAM ET AFRICAM ‖ CONSVLI ORDINARIO ‖ OB INSIGNIA ERGA SE REMEDIORVM GENERA ‖ VENETI ADQVE HISTRI PECVLIARES EIVS ‖ PATRONO PRAESTANTISSIMO — A laeva: DEDICATA ‖ VI · IDVS · AVG ‖ DD NN · ‖ VALENTE · VI · ET ‖ VALENTINIANO · II ‖ AVGG · CONS · [1]) — Romae. Donat. p. 187, 1. Vidi ipse in Mus. Cap.; cf. n. 3063.

1) A. 378.

§. 4. TRIBVS ROMANAE.

N. 3070, v. 5. VRB; Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 40.

N. 3045, v. 2. T. VIBIO . T . F; in fine IVS nunc desideratur; Kellerm. Vig. 163. — Ex numero tribuum ab Orellio prolato explodendae sunt *tribus* quas dicunt *militares*, quas ex inscriptionibus male intellectis originem cepisse nunc constat, in quibus cognomen patriae pro tribu vv. dd. habuerunt; cf. Grotefend, *die Römischen Tribus* cet. *Ztschr. f. A. W.* 1836, p. 917. In ipsum autem XXXV tribuum indicem pro *Veientina* tribum *Camiliam* admitte; illa enim tribus nunquam fuit, cf. n. 3675. — Pro *Veturia*

in monumentis fere semper *Votariu* legitur; cf. Or. 1949 et, quas Grotéfendius laudat, inscriptt. Bergomates et Placentinas, l. l. p. 916, n. 7; p. 924; 936; Mommsen, I. N. Index IV.

N. 3091: *corpus Augustale tribus Esquilinae*, (*Palatinae* cf. n. 6421) bene distinguendum a corporibus Augustalium et Sevirum Augustalium municipalibus, quorum in Urbe nulla mentio, conferas cum *corpore Iuliano tribus Sucusanae* (3097) et corporibus *seniorum*, *iuniorum*, cet. (3094; 3095; 3096); cf. Mommsen, Anall. 12 (*Ber. d. S. Ges. f. IV.* 1850, p. 237).

N. 3092: AVGVSTALI cognomen est.

N. 3093, v. 7. FRVMENTARIÆ; v. 8. LEGVMENTARIA; v. 9. SIBI . ET; Kellerm. apud Or. Anall. p. 40.

N. 3097, not. 1. nihil corrigendum; Mommsen, I. N. 6773.

N. 3098, merito ut spurius condemnatur ab eodem, *die Römischen Tribus* p. 77.

N. 3099, valde suspectus; nota praeter alia *praefectum urbi iuri dicundo*, qui a quaestura statim ad honorem tantum provectus traditur!

N. 3100, v. 1. T . PETRONIO . T . F; v. 4. PRAE; v. 6. PRIMAE; v. 7. PRAE; v. 10. ITEM; v. 13. LAVINATI; vidi ipse in Museo Arretino. In singulis explicandis recte *eminentissimo viro* Hagenb., sed male idem *Praefecto Vrbi*. Cetera facile intelliguntur. Not. 8. *Primus Pilus*.

N. 3103: de municipiis tribubus adscriptis cf. Grotefend, *die Römischen Tribus* cet. *Ztschr. f. A. IV.* 1836, n. 114—118.

N. 3104: quod eodem tempore eiusdem municipii cives diversarum tribuum erant, eo explicatur, quod diversis etiam municipiis unus civis adscriptus esse poterat, ad singulas vero tribus singuli cives pertinere debebant; cf. n. 6426.

N. 3105: libertos tribu ornatos habes nn. 6424; 6425.

N. 3107, ex schedis desumptus; quapropter ante LIBERTVS excidisse litteram T censeo.

6419. *imp · caes ·* ‖ DIVI TRANI (sic) PARTHICI F D*ivi nervae n* · · · 1) ‖ VOTO SVSCEPTO P*ro · itu* · · · · ‖ REDITV · VICTORIA*que · eius* ‖ TRIBVL · TRIB · CLAVDIA*e* · · · · · · · · — Romae, in Mus. Vat. Marini, *Giorn. di Pisa* XII, p. 73; Kellerm. Vig. n. 136, not.; Mommsen, Anall. 12 (*Ber. d. S. Ges. f. W.* 1850, p. 235).

1) Litterae tantum dimidiae extant; titulus ad Hadrianum Aug. pertinet.

6420. · · · · · · · · ‖ · · · · EGRILIO ‖ · · · *dec*VR · LAVR · VICO · AVGV‖*stano tr*IBVLI · TRIBVS · PVPINIAE — Ostiae, in aedibus episcopalibus. Kellerm. l. l.

6421. M · BLOSSI · FELICIS ‖ VIATORI · TRIB · PAL ‖ CORPORE · AVGVST ‖ PACVVIA · SOTERIS ‖ ÇONIVGI · SVO · ET ‖ M · BLOSSIVS · SPERATVS ‖ PATRI · PATRONO ‖ B · M · FECER — Romae, in Mus. Vat. Mommsen, *Anall.* 12 (*Ber. d. S. Ges. f. W.* 1850, p. 236). Vidi ipse.

6422. D · · M · ‖ M ANTONI · IVLI‖ANI AVGVSTALI ‖ IMMVN · MISEN ‖ ITEM · AVGVST · CVM 1) ‖ ADLECT · TRIB · PALAT 2) VIXIT · ANN · XXV ‖ M X D V · VAL · REDEMPTMT (with A written above M) (sic) — Miseni, nunc in R. Museo Neap. Mommsen l. l. et I. N. 2573.

1) CVM*is*. 2) *Adlectus tribui* novus est; cf. l. l. p. 237.

6423. · · OFILLIVS ‖ GRACCHI · L · PAL · ‖ MELIOR · IIIIII · VIR ‖ S · V · F · ‖ *in fr*ONTE · P · XXXX ‖ *in a*GRO · P · XXXX — *Saluzzo*. Bull. Inst. Arch. 1832, p. 37, et:

6424. M · LOLLIVS · M · L ‖ ESQ ‖ DIONYSIVS ‖ ARG 1) ‖ VIXIT · PIVS 2) — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 312, n 15.

1) ARG*entarius*. 2) Habes duos libertos tribu ornatos; ceterum cf. Tertull. de resurr. 57. Plerumque libertorum demum filios tribubus adscriptos esse satis constat, cuius rei unum exemplum attulisse sufficiat eo quoque memorabile, quod filiae tribus additur, errore,

ut recte opinatur editor, quadratarii [Non tam quadratarii, quam hominum provincialium ius ignorantiam; quod demonstrant tituli similes complures Africani. MOMMSEN.]:

6425.

C · IVLIVS · SCEPTVS · ADMETI · AVG · LIB · LIB · IIIIII · VIR · AVGVSTAL · V · F · SIBI · ET

IVLIAE · COETONIDI · VXORI C · IVLIO · Ɔ · L · TRIVMPHALI · F · NISO · TI · CLAVDI · AVG · SER · GENERO
C · IVLIO · C · F · TRO · ADMETO · F IVLIAE · C · L · ROMANAE · F DEFVNCTO
C · IVLIO · C · F · TRO · AQVILAE · F IVLIAE · Ɔ · L · SCEPSIDI · F IN · H · M · VETO · ALITER OSSVA
L · IVLIO · C · F · TRO · SCEPTO · F IVLIAE · Ɔ · L · PRIMAE · VXORI DEPONI · QVAM · PRIMAE · ET · NISI · SVNT
IVLIAE · C · F · TRO · ADMETIDI · F DEFVNCTAE

IN FRONTE · P · XX · IN · AGRO · P · XXX [1])

Salonae rep., nunc in Mus. Spalat. Lanza, *lapidi Salonit.* n. IX.

1) Filios Admetum, Aquilam, Sceptum nota post manumissionem patris natos ideoque tribui adscriptos esse, Triumphalem contra, Romanam, Scepsidem cum ipso patre manu missos. Admetidem et ipsam post manumissionem patris natam eo docemur, quod C . F . dicitur; quod quum vidisset lapidarius, facile fieri poterat, ut fratrum instar ei quoque tribus adscriberetur. — *Tribus ingenua* commemoratur in titulo n. 6663.

6426. DIIS MANIB ‖ L · ENNI · L · F · POM‖PTINA · OPTATO ‖ · DERTONA · TRIB ‖ SCAPTIA · [1]) VETERA‖NVS · EX · COH · II · PR ‖ Ɔ · RVFI · MILITAVIT ‖ ANNIS · XVII · VIXIT ‖ ANNIS · XL · TESTAME‖NTO FIERI IVSSIT FE‖CERVNT L · ENNIVS ‖ THREPTVS · ET · L · ENNIV*s* ‖ ATHICTVS · PATRONO ‖ PIENTISSIMO · ET · SIB*i* ‖ POSTERISQ · SVORVM — Romae, in Mus. Cap., ubi vidi ipse. Guasco II, 160.

1) Cf. quae ad n. 3101 antea exposui. Fortasse, si maiores ex alia quadam civitate in municipium quoddam immigrarant, eorum tribus a posteris conservari solebat; alia enim ratione vix intelligitur, cur Ennius Dertona oriundus nihilo minus diversam tribum habuerit. [Mihi est veteranus olim Pomptinae tribui adscriptus, deinde, post deductionem Dertonam, Scaptiae. Cf. n. 3685. MOMMSEN.]

6427. Tribus, quum temporibus antiquioribus praecipuum ingenuitatis indicium fuisset, posteriore aetate omitti coeperat, ita ut inde a tertio saeculo aerae nostrae rarius in dies commemoraretur, post Constantinum Magnum rarissime in lapidibus legeretur. Pauca exempla ad aetatem Alexandro posteriorem pertinentia videsis in Mommsenii Anall. epigr. n. 9 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 215. 216), qui ut novissimam inscriptionem tribu ornatam Orellianam n. 2170 = 3866 refert, quam quarto saeculo exaratam esse ex appellatione *Flaviae Constantis* coloniae Hispellati indita suo iure collegit.

§. 5. SENATVS. SENATORES. S.C. LEGES. IMPERATORVM RESCRIPTA. SENTENTIAE.

1) Filius antea ignotus Pupieni Augusti; cf. quae Borghesium secutus Melchiorrius exposuit, *Sagg.* l. l. p. 294. 2) Cos. suff. anni incerti. 3) i. e. ab imperatore nominatus. 4) De legatione *ad census acceptandos*, *censibus accipiendis*, *censuum accipiendorum* v. Borghesium, Ann. Inst. Arch. 1846, p. 316 seqq. 5) *Leptimagnensium* in Africa. 6) Hoc officium cave confundas cum munere *subcuratoris operum publicorum*, quae equestris dignitas est; v. tit. sequentem. 7) XV viri sacris faciundis militia liberati erant; unde satis explicatur, quod munera militaria in titulo Pupieni desiderantur. Ceterum Caracallum honoris specie omnes senatores militia exemisse Borghesius suspicatus est; *Dipl. di Traj. Decio*, p. 57 (in Actis Acad. pont. Arch. X, p. 181).

6513. .... ‖ ...... C .... F AVG ‖ LVSNANOR ETEM COM PT ‖ BRBVCoR SVBCVR VM ‖ ILMAINIAE ET ALIMENT 1) ‖ SVB CVR OPERVM PVBL ‖ IVLIA LVCILLA C · F · MARITO ‖ B M VIX AN XLVIII ‖ M · V · D · XXV — *Campelville* Northumbriae. Hodgson, *descr. of the county of Northumberland* p. 153; Bull. Inst. Arch. 1851, p. 74.

1) l. COH Ī AVG LVSITANORVM ITEM COH ĪĪ BREVCOR SVB CVR*(ator)* VIAE FLAMINIAE ET ALIMENT, Borghesi Bull. l. l. — Novum *subcuratorum* officium est, nisi quod Dig. III, 5, 30 in municipiis commemoratur.

6514. Q · STATIO · Q · F · QVIR · SYRO · AED ‖ QVAEST · ALI*m* · QVAEST · MVN · PELT · PRAEF · IVR ‖ DIC · MVN · PELT · VIOC · VIAE · CLAVD · 1) FLAM · DIVI ‖ AVG ‖ P · STATIVS · Q · F · QVIR · SEVERVS · PATRI ‖ PIENTISSIMO — Ofenae (male Ameriae Mur.). Mur. 747, 1; corr. Mommsen, I. N. 6039.

1) Idem magistratus *curator viae Claudiae* in alio titulo Peltuinati dicitur (Mur. 747, 2 = I. N. 6040), bene autem distinguendus est a praetoriis viarum suburbanarum curatoribus. Quamquam etiam viocuros illos magistratus publicos fuisse, licet decreto quoque decurionum in iis eligendis opus esset, monumento quodam Sorano docemur, in quo *viocurus ex senatus consulto et decurionum decreto* commemoratur. Id quomodo fieri potuerit, facile intelliges, si civitates quoque ad vias sive muniendas sive tuendas vectigalia contulisse in mentem tibi revocaveris; cf. Ann. Inst. 1844, p. 85.

6515. M · BAEBIO · M · F ‖ ROM · SECVNDO ‖ AED · P*r*AEF · I · D · IIVIR ‖ Q*q* · *v*IOCVRO · EX · S C · ET · DD ‖ M · BAEBIVS · M · F · ROM · SABINVS ‖ M · VALERIVS · M · F · ROM · SEPTIMINVS ‖ M · VALERIVS · M · F · ROM · IVCVNDINVS ‖ HERED EIVS EX TESTAMENTO ‖ L D D D CVIVS DEDIC CRVSTVM ‖ ET MVLSVM POPVLO DIVISVM ‖ EST — Grut. 373, 8; ex apographo et ectypo a Brunnio confectis corr. Mommsen, I. N. 4497.

6516. M · ANTONIO ‖ VITELLIANO ‖ V · E · PATR · COL · ‖ CANVS · P · P · TRAC‖TVS · 1) APVLIAE ‖ CALABRIAE · LVCANIAE · BRVTTIOR · ‖ OB · INSIGNEM · EIVS · ‖ ERGA · PA-

TRIAM · AC · ‖ CIVES · ADFECTIONEM ‖ ET SINGVLAREM IN- ‖ DVSTRIAM AD QVIETEM ‖ REGIONIS SERVANDAM ‖ POSTV-LATV POPVLI ‖ D · D · P — Canusii. Mommsen, I. N. 646.

1) Magistratus esse videtur extra ordinem institutus *ad quietem regionis servandam*; cf. *praepositum Umbriae, Piceni et Apuliae*, Or. 3175.

6517. *l* · *gab*INIO · L · F · TER ‖ *cosmian*O · TRIB · LEG · VI ‖ · · · · · FLAM · PONT · P · COL ‖ *macrini* · *her*MOGENIANI · [1]) C · V · PRO‖*consulis* · AFRIC · CONSOCERO · PA*t* ‖ · · *gabini* · *te*R · ASPRI · PON · AVGVR ‖ *a patrimoni*O · AVGG · NN · ET · GRAPH[2]) ‖ *imp* · *antoni*NI · PATRONO · COL · TRI‖*dent* · *avo* · · · *g*ABINI · VINDICIS · POMPE‖*iani* · *patr* · *e*T · CVR · RERVM · PVBL ‖ *munic* · *prive*RNAT · ET · INTERAMN ‖ *lirenat* · *ad*VOK · SPLENDID · COLON ‖ · · · · · *venafra*NOR · ET · CASINATIVM ‖ *quod* · *operib* · PVB · NON · SOLVM ‖ *servandi*S · VERVM · ET · AVGEN‖*dis* · *omnem* · SOLLICITVDINEM ‖ *intenderit* *f*ORMAMQ · AQVAE ‖ *ductus* · · · · DINI[3]) · INCVRIA · CON‖*lapsam* · *sing*VLARI · INNOCEN‖*tia* · *afflicti*S · REIP · VIRIBVS · RES‖*ti*TVERIT ‖ *interamna*TES · LIRE-NATES ‖ *patr* · *et* · *cur* · R · P · SVAE — Venafri. Descr. Garruccius; rest. Mommsenius. Mommsen, I. N. 4618.

1) Borghesius collato titulo I. N. 4619 Hermogenianum filium esse censet Macrinii Vindicis pr. pr. M. Aurelii Augusti; unde imperatores Severum et Caracallum esse apparet. 2) GRAPH*eum*, *γραφεῖα* dictum esse qui ab epistolis Graecis erat, B. suspicatus est; similiter *a patrimonio et ab epistolis* op. cit. n. 801. 3) [Nonne DIVT*ina*? MOMMSEN.]

6518. · · · · · *p*RAEF · VIGIL*um* ‖ FLAMINI · VVL[1]) ‖ MAGI-STRO A LI*bellis* ‖ *ma*GISTRO A CE*nsibus* — Cusercolis, sed Roma allatus videtur esse. Vidit Rocchi; dedit mihi Borghesius.

1) Vulcani ?

6519. TI · CLAVDIO · ZENONI · VLPIAN · VERRAE · F ‖ TRIB · COH · I · ASTVRVM · TRIB · COH · I · FL ‖ BRITTON · PRAEF · ALAE · I · CLAVD · MILL ‖ ADIVT · AD · CENS · EX · SACRA · IVSSIONE ‖ ADHIBIT · IN · CONSIL · PRAEF · PRAET · ‖ ITEM · VRB*i* · PROC · AD · B · DAMNATORVM[1]) ‖ PROC · SILI-CVM · VIAR · SACRAE · VRBIS ‖ SVB · PRAEF · VIGIL · R · PROC · PRIVATAE ‖ REGIONIS · ARIMINENSIVM · PATRONO · ‖ COL · PISAVR · OB · EXIMIAM · ERGA · SE ‖ AC · PATRIAM · SVAM · BENEVOLENTIAM ‖ EIVS ‖ · · · · · · · · · · · — Pisauri. Mur. 1114, 5; corr. Marini, Arv. 474, not. 33; Kellerm. Vig. 30, a.

1) *Bona* DAMNATORVM.

6520. P · BASSILIO · P · FILIO ‖ CRESCENTI · ‖ TRIB · COH · I · GERMANOR · ‖ PROC · LVDI · MATVTINI · ‖ PROC · ANNO-NAE · AVG · OSTIS · [1]) ‖ C · VETTIVS · MERCVRIVS · CORN · [2]) ‖ EIVS · OB · DEDICAT · STATVAE · SPORTVL · ‖ NVMERO · S · S · [3]) VIRITIM · DEDIT · ‖ NVMERVS · CALIGATORVM · [4]) ‖ DECVRIAR · XVI · ‖ COLLEG · FABRVM · ‖ TIGNVAR · OSTIS · ‖ CVRA · AGENTIB · Q · TVRRANIO · ‖ HERMOGENEN · M · OCTA-VIO ‖ ASCLEPIODOT · Q · TVLLIO · VITA‖LIONE · MAG · QQ ·

LVSTR · XXXIII — Ostiis eff., nunc in Mus. Vat. Kellerm. Vig. 274; vidi ipse.

1) Procuratores annonae, qui sub dispositione erant praefecti annonae urbis sacrae, Ostiis, in provinciis Narbonensi et Liguria, in Hispania, in civitatibus Africae cet. inveniuntur; cf. titulos sequentes et n. 3655. 2) CORN*icularius*. 3) Sub*Scripto*. 4) Caligatos in militia gregarios esse constat; in collegiis igitur corporati non honorati erunt.

6521. Q · ACILIO · C · F · PAPIRI*a* ‖ TVSCO V E PROC AN-‖ NONAE AVGGG N N N *thibur*‖SICENSIVM [1]) PROC *ad* ‖ RES THEATRI POMP*eiani* [2]) ‖ *f*ISC*i* ADVOCATO COD*icil*‖*l*ARI [3]) STATIONIS HERED*ita*‖TIVM ET COHAERENTIVM CV*r* ‖ LAVRENTIVM VICO AVGVSTINORVM ‖ SACERDOTI LAVRENTIVM ‖ LAV*in*ATIVM RESP ‖ MVNICIPI SEVERIANI ANTONI‖NIAN LIB THIB BVRE [4]) ‖ PATRONO — Thibursicumburi. Maff. M. V. 461, 1; Temple, *Excursions* II, p. 310, 32; ex apographo Catherwoodii rest. Borghesius, *Jen. Litteraturztg*. 1847, n. 63, p. 250.

1) Nota sunt horrea sparsa per oppida Africae, in quibus annona sacrae urbis colligebatur (Amm. Marc. 28, 1, §. 17.) 2) Cf. n. 2637, in quo quamvis interpolato *procurator* tamen *ab scaena imperatoris Caesaris Domitiani* fortasse genuinus est. 3) i. e. nominatus ab imperatore. 4) LIB*eri* THIB*ursici* BVRE.

6522. SEX · IVLIO · SEX · F · QVIR · POSSESSORI ‖ PRAEF · COH · III · GALLOR · [1]) PRAEPOSITO NVMERI ‖ SYROR · SAGITTARIORVM · [2]) ITEM · ALAE · PRIMAE · HISPA‖NOR CVRATORI · CIVITATIS · ROMVLENSIVM · MAV‖RENSIVM · [3]) TRIBVNO · XII · L · FVLMINATR · [4]) CVRATORI · COLONIAE ARIENSIVM [5]) ADLECTO ‖ IN DECVRIAS [6]) AB OPTIMIS MAXIMISQVE ‖ IMPP · ANTONINO · ET · VERO · AVGG · ADIVI‖TORI ······· ANTONINI · PRAEF · ANNON ‖ AD OTIVM ········· HISPANVM RECEN‖SENTVM · [7]) ITEM · SOLAMINA · [8]) TRANSFE‖RENDA · ITEM · VECTVRAS · NAVICVLA‖RIIS EXSOLVENDAS · PROC · AVGG · AD ‖ RIPAM BAETIS · SCAPHARII · HISPALEN‖SES OB · INNOCENTIAM · IVSTITIAM‖QVE · EIVS . SINGVLAREM — Hispali. Doni V, 50; Mur. 1099, 6; in ephem. Hispan. quibus nomen est *Gaceta de Madrid*, 1846, April. 26, titulus denuo editus eodem mense Hispali repertus esse dicitur, sive novum quoddam exemplum est, sive vetus illud diu notum. Quae diverse ibi leguntur, nisi aperte perperam exscripta sunt, in notis adiungam, neglecta tamen versuum distributione.

1) GALLORVM. 2) SAGITTARIOR. 3) M. ARVENSIVM, i. e. *Municipii* ARVENSIVM, recte; cf. Or. 164: *Municipii Martii* [imo *Municipes Municipii* [MOMMSEN.] *Flavii* ARVENSIS. 4) FVLMINATOR; emenda *Leg*. XII. FVLMINAT*ae*, ut Donius quoque nomen legionis exhibet. 5) ARCENSIVM male. 6) sc. quinque. 7) In his exempla omnia conspirant; sed quamvis facile pro *recensentum* emendetur RECENSENDVM, minime tamen intelligo, quid sit OTIVM cet. [AD OLEVM HISPANVM RECENSENDVM puto. De oleo urbicario vide Gothofred. ad C. Th. XIV, 15, 3. MOMMSEN.] — Antoninus ille praefectus quidam annonae sacrae urbis est. 8) Subsidia crede annonaria; cf. lex. Forcell. s. v.

6523. IMP CAESARI M AVRELIO ‖ SEVERO ALEXANDRO PIO ‖ FELICE (sic) AVG ET IVLIE MAMEAE ‖ MATRI DOMINI

N · ET · CASTROR ‖ TOTIVSQ · D · D · STATION · FRVMENTARIORVM ‖ LOCVS ADSIGNATVS · AB · AGRICOLA · AVG · LIB · PROC · P · V[1] ‖ ET PETRONIO · MAXSIMO · 7 · ANN · ET · FABIO · MARONAE (*sic*) · 7 ‖ OPERVM ·[2] DEDIC · III · NON · AVG · APPIO · CL · IVLIANO · ET · BRVTT ‖ CRISPINO · COS ·[3] PATRONO · Q TVRRANIO MASILA · CVRA ‖ AGENTE P · FLAVIO · FL · FILIO · FELICI · IVNIORE ‖ ET · VALERIO · DONATO · CVR[4] — In aedibus episcopalibus Portuensibus; ipse exscripsi. Giorn. Arcad. XXVIII, 1825, p. 345. Nomina Alexandri et Mammaeae erasa data tamen opera leguntur.

1) *Portus Vtriusque.* 2) Centuriones annonae et operum in hoc titulo primum inveni; de iis cf. quae exposui in Eph. litt. Ienens. 1847, p. 245. 3) A. 977 = 224. 4) CVR*atoribus*, sc. stationis.

6524. L · COMINIO VIPSANIO SALVTARI ‖ DOMO ROMA P · V · A COGNITIONIBVS[1] ‖ DOMINI N ‖ IMP · L · SEPTIMII · SEVERI · PERTINACIS ‖ AVGVSTI ‖ PROC · PROV · BAET · PROC · CAPIEND · VECT[2] ‖ PROC · PROV · SICIL · PROC · ALIMENTOR ‖ PER APVLIAM · CALABR · LVCANIAM ‖ BRVTTIOS · SVBPROC · LVDI · MAGNI ‖ OPTIMO · VIRO · ET · INTEGRISSIMO ‖ IRENAEVS · AVG · N · VER · DISP · PORTVS ‖ ILIPENSIS[3] PRAEPOSITO ‖ SANCTISSIMO — Hispali. *Mem. de la R. Academia de la historia, Madrid*, t. V, 1817, p. XXI.

1) Mar. Arv. p. 798 assessores principum in iure dicundo *a cognitionibus* appellatos bene ab iis distinguit, qui *electi* dicuntur *ad cognoscendas vice Caesaris cognitiones.* 2) Cf. *procuratorem vectigaliorum populi Romani,* Grut. 402, 4. 3) Strab. III, p. 174; Plin. N. H. III, 3, 11.

6525. D · M ‖ PHOEBI · ACTES ‖ AVG · L ·[1] L · PROC ‖ SVMM[2] ‖ DEMETRIVS ‖ PENSATA ‖ PARENT · OPTIM — Romae. Borghesius repperit in codice Rigazziano Ariminensi.

1) *Neronis amica.* 2) SVMM*arum*, sc. rationum; cf. *rationalem summarum* C. Th. X, 1, 7, et Avellino, Opusc. III, p. 34.

6526. GAVDENTI ‖ C LVCCEIO PETILIO C · V ‖ PRAEPOSITO IN VRBE RO‖MA THERMARVM FELICIVM ‖ CONSTANTINIANARVM PLENO ‖ HVMANITATIS ET IVSTITIAE MA‖GISTRO · AEQVITATIS ET TOTIVS AVC‖TORI GRAVITATIS ET BENIBOLENTIAE ‖ SAPIENTISSIMO ET ELOQVEN‖TISSIMO PRO SVMMA IN ‖ SE BONITATE IN CVRIA QVOD OMNE ‖ GENVS EIVS PEDESTRIBVS STATVIS ‖ TOT TANTISQVE DISPOSITIS MERITVM ‖ OSTENDAT INSIGNEM PATRONO PRAES‖TANTISSIMO EXCVBIIS EIVS SEMPER FVL‖TVS SPLENDIDISSIMVS ORDO ‖ ABELL*i*NA*tiu*M ‖ CENS — Abellini. Mommsen, I. N. 1882.

6527. L AELIO ‖ CAESARE N II ET BAL‖BINO COS[1] RATIONIS ‖ VRBICAE[2] SVB CVR IRENAEI ‖ AVG LIB PROC[3] CAESVRA TVLLI ‖ SATVRNINI 7 LEG XXII PRIM[4] — et:

l · AELIO CAESARE N II ‖ ET BALBINO COS RTIONIS (*sic*) ‖ VRBICAE SVB CVR IREN‖AEI AVG LIB PROC CAESVRA ‖ TVLLI SATVRNINI 7 LEG ‖ XXII PRIM — Romae, sub duabus columnis

ad Tiberim effossis in loco qui dicitur *la Marmorata*, in quo antiquis aeque ac nostris temporibus marmora adservabantur mari Romam allata. Exstant nunc in Museo Lateranensi. Ann. Inst. Arch. 1843, p. 333.

1) A. 890 = 137. 2) Quum *procurator libertus Augusti* rationi urbicae praesit, ad rationem patrimonii eam pertinuisse suspicatus sum; sub dispositione enim comitis rerum privatarum tempore posteriore *rationalis* et *procurator rei privatae per urbem* erant (Not. dign. per Occ. XI, p. 81, ed. Böcking.), *comes* autem *rerum privatarum* in locum *procuratoris patrimonii* successerat; cf. *rationem urbis Romae*, Grut. 1098, 1; *procuratorem in urbe*, Spon. Miscell. p. 148; *stationem urbanam Augusti*, Marini in Ms. Vaticano de monumentis plumbeis, n. 7 et 65. 3) i. e. PROC*urator in urbe* (Spon. l. l.); cf. Ulp. Dig. l. IV, 4, fr. 11, §. 2: *urbica procuratio*. 4) Centuriones operibus publicis nonnunquam praepositos esse constat. — Ceterum pro Tulli Saturnini fortasse legendum est IVLII Saturnini. Litterae enim parum profundae minus facile distinguuntur, quum rubro indutae sint. T. Iulium Saturninum procuratorem Augustorum habes Donat. 15, 7 = Lersch, C. M. III, 11; cf. n. 5949.

6528. D · M ‖ M · AVR · AVG · LIB · PHILETVS ‖ PREPOSITVS (sic) · VNCTOR · ‖ ET · PROC · FARI · ALEXAN‖DRIAE · AD · HEGYPTVM (sic) · SIBI ‖ ET · PHILETO · FIL · ET · TYCHE ‖ COIVGI · SVE · ET · LIB · LIB · ‖ POSTERQ · EORVM — **Olim Romae, nunc in R. Museo Neapolitano. Mur. 890, 2; Mommsen, I. N. 6846.**

6529. M · AVRELIO · BASILEO ‖ VIRO · DVCENARIO · PROC ‖ RATIONIS · CASTRENSIS · P ‖ ORDO · DECVRIONVM · OB ‖ TANTVM · AMOREM · QVEM · ERGA ‖ PATRIAM · NOSTRAM · PRAE‖STARE · CONSVEVIT — **Interamnae ad Lirim. Mommsen, I. N. 4199.**

CAPVT XI.

OFFICIA MINORA.

N. 3198: de *accensis velatis* disseruit nuper Mommsenius, Ann. Inst. Arch. 1849, p. 209 seqq., ad tutelam viarum officium eorum referens.

N. 3206, v. 2. num SEVERI?

N. 3219: litteras V. B. Morcelli, St. I, 92, et Furlanetto, lap. pat. p. 67 *Veronensium Bis* interpretati sunt; sed Borghesius suo iure *Viri Boni* legendum esse proposuit; *lap. pat.* p. 523.

N. 3229, cf. Grut. 1066, 5 et 1070, 1.

N. 3230 correctius apud Grut. 493, 3.

N. 3232 confictus ex n. 3231; cf. Mommsen, *de viatoribus* p. 3, n. *(Rh. Mus. N. F.* VI).

N. 3238, v. 6. AEORVM; v. 7. T. FLAVIVS; AVTIONVM; v. 8. SVSCRIPTIONE; v. 9. CHRYSIDEM; EPITEVSIX sic; praeterea versuum ordo neglectus est. Vidi ipse in Mus. Cap.

N. 3239, v. 4. BENEFICIVM pro *beneficiario* dictum esse recte Marinius affirmavit, l. l.; not. 2. male *Caiae* Or., quum sit Corneliae.

N. 3245, not. 1. expl. *Viatoris Quaestorii*.

N. 3249, v. 3. PHILARGYRVS; v. 5. DOMITAE (sic); v. 8. FITHVSAE; Mommsen, I. N. 6862.

Nota praeterea, male Orellium officia publica populi Romani cum muneribus municipalibus et servilibus confudisse.

6530. C · IVLIVS · DIVI · AVG · L ‖ NICEROS · VEDIAN · ACCES[1]) ‖ GERMANICO · CAISAR · COS · ET ‖ CALVISIO · SABINO · COS[2]) ‖ IVLIA · L · F · HELCE[3]) ‖ VIX · AN · XX — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani reperto. Ded. Canina.

1) i. e. *accensus*. 2) A. 750 vel 779. 3) Fortasse HEL*i*CE.

6531. SEX · PVBLICIVS · BATHYLLVS ‖ ACCÉNSVS CÓNSVLÍ AVGVSTÁLIS ‖ PVTEÓLIS · ET · VENAFRÍ · SIBÍ · ET · ‖ VRVÍNEIAE · L · L · MODESTAE · VXÓRÍ · SVAE ‖ ET · L · VRVÍNEIO ADIVTÓRÍ · ET · ‖ C · IVLIO · AVCTO · FRÁTRÍ[1]) — In R. Museo Neapol. Mommsen, I. N. 2532.

1) Gentilicia fratrum diversa eo explicantur, quod alter rei publicae sive Puteolanae sive Venafranae, alter C. Iulii cuiusdam libertus erat.

6532. D M S P LALIO GENTIANO ‖ ACTORI EQ ROM RARAE PROBI‖TATIS ET SAPIENTIAE IVVENI P LA‖LIVS MODESTVS ET TELESINIA ‖ CRISPINILLA PARENTES INFELI‖CISSIMI AC

PIENTISSIM ‖ FILIO DVLCISSIMO VIXIT ANN ‖ XXI MENS XI DIEB XVIII — Telesiae. l. l. 4870; cf. 4871.

6533. HABE MARCE DVLCIS · · · · ‖ ADIVT · PROC · SVMMI CHOR [1]) ‖ MARCVS PIISSIMO PATRI — In Via Tiburtina. Volpi, *Villa di Vopisco* p. 180.

1) ADIVT*or* PROC*uratoris* SVMMI CHOR*agii*.

6534. TI · CLAVDIO ‖ AVG · LIB ‖ SECVNDO ‖ PHILIPPIANO ‖ COACTORI ‖ FLAVIA · IRENE ‖ MARITO ‖ INDVLGENTISSIMO, et:

6535. *ti · claudius* ‖ *a*VG · LIB · SECVNDVS ‖ *philippianus* ‖ · · · · AR · · · · · · ‖ *acce*NSVS *velatus* ‖ SCRIBA LIBRAR · VIAT · *coactor* ‖ FLAVIAE · IRENE · VXORI · OP*timae et* ‖ TI · CLAVDIO · SECVNDIN*o* · *filio et* ‖ CLAVDIAE · SECVNDINA*e filiae* — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 314, n. 30 et 31; cf. p. 308.

6536. A · ARGENTARI · A · L · ANTIOC · A · · · ‖ COACTOR · INTER · AERARIOS A · · · ‖ OCTAVIAE · A · L . EPICHAR · SOROR*i* — Ibd. l. l. n. 33; cf. p. 308 sq.

6537. D *m* ‖ T · AELIO · ATHE · · · · · *ad* ‖ STATIONEM · HER*editatium* ‖ COMMENTARESI · · · · ‖ ET FLAVIA · PA · · · · ‖ FECERVNT · BEN · · · · ‖ LIBERTABVSQVE · · · · · — Romae, ad D. Laurentii extra muros.

6538. ISIDI · NOREI*ae* ‖ V · S · L · M ‖ PRO SALVTE ‖ Q · SEPTVEI ‖ CLEMENTIS ‖ CON · FER · N · P · D [1]) ‖ ET · TI · CL · HERACLAE ‖ ET · CN · OC*tAvii* (?) SECVNDI ‖ PRO FER · [2]) Q · SEPTVEIVS ‖ VALENS PRO FERR [2]) — *Hohenstein im Glanthale* Carinthiae. *Archiv f. vaterl. Gesch. u. Topogr. herausgegeben von dem hist. Verein f. Kärnthen* II, 1850, p. 9.

1) CON*ductoris* FER*rariarum* N*orici* P*annoniae* D*aciae*; quod si parum placet, neque omnes harum provinciarum ferrarias ab uno viro conductas esse concesseris, lege N*orici* P*rovinciae*; sed restat D littera, quam nescio, quo modo interpretari possis. 2) Fortasse PRO*c(urator)* FERR*ariarum*.

6539. P · AELIO · P · F · AGRIPPINO ‖ CORNICVLARIO ‖ PROC · PROVINCIAE · BELGICAE ‖ FRATRI · CARISSIMO ‖ ET · AELIAE · AMABILI ‖ MATRI · PIISSIMAE ‖ VICTORINVS · AVG · LIB [1]) ‖ FECIT — Neapoli. Mommsen, I. N. 2611, ubi v. ceteros.

1) Alter frater post manumissionem patris natus est, alter cum patre ab Hadriano manu missus.

6540. IMPETRATI · AVG · N · DIS‖PENSATORIS · RAT · AED · SA‖CR · [1]) ET · OPER · PVBLICOR ‖ HERENNIA · GEMELLA ‖ CONIVGĪ · DVLCISSIMO — Amalfiae. Mur. 905, 5; Mommsen, I. N. 118.

1) RAT*ionis* AED*ium* SACR*arum*.

6541. D . M ‖ LAVRI ‖ ABASCANTVS · CAES · N ‖ SER · VER · N · DISP · ANNON ‖ PATER ET ‖ CARPIME MATER ‖ FIL DVLCISSIMO — *Zagaroli*. Nibby, *Analisi de' dintorni* cet. III, p. 741.

6542. L · TOSSIVS · L · F ‖ SVC · PIVS · TREBONIVS ‖ SABINVS · LICTOR · IMP ‖ SIBI · ET · L · TOSSIO · MENANDRO ‖ ET · TOSSIAE · STACTAE ‖ PARENTIBVS OPTIMIS ‖ BENEQ · DE · SE · MERITIS ‖ ET · L · TOSSIO · PIETATI ‖ ET · L · TOSSIO · PIO · FILIS · DVLCISSIMIS ‖ ET · VALERIAE · TOSSIAE ‖ PIAE · SABINAE · EVHEMERIAE · VXORI · OPTIMAE ‖ DE · SE · MERITAE · ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQ ‖ SVIS · BENE · MERITIS — Romae, rep. ad Turrim Sapientiae, nunc in Mus. Vat. Fea, *Fasti* p. XXXV; Cardinali, *Dipl. mil.* n. 102.

6543. L · SEXTILIVS ‖ L LIB SATYR ‖ LICTOR CVRIAT ‖ SIBI ET CLAVDIAE ‖ ACME VXORI ‖ SVAE FECIT — Romae, in Museo Capitolino. Vidi ipse.

6544. D · M ‖ TI · CLAVDIO · FESTO · LICTORI ‖ IDEM · DECVRIAL · DECVRIAE · PVLLLARIAE · CONIVGI · · · · ANICIA Romae. Fea, *Fasti* p. XXXII, I.

6545. · · · · · · · · · · · · · ·	
FAVSTVS	
CN · · · LLIVS · FLACCVS	
· R CN · *pac*TVMEIVS · SYNTROPHVS	OC · · · · · · · · · ·
IMP · NERVA · TRAIANO · CA	MAG*istri*
ESARE · AVG · GER · III · SEX · IVLIO	ANNI · · · ·
FRONTINO · III · COS · 1) MAGISTRI	D · MVNDICIVS · D · L · POTITVS
ANNI · CVII 2)	TI · CLAVDIVS · TI · L · ZOSIMVS
M OPTICIVS · HELPISTVS	C · VMMIDIVS · C · L · FORTVNATVS
· · · AGATHOPVS	M · PAPINIVS · M · L · MENODORVS
· · · · · · · VS HERMES	
· · · · · · HERMOLAVS	

· · · · · T · RVSTIO · CAEPI
· · · · · · · LXXX
· · · · · · · LIX
· · · · · · · ANVS
· · · · · · · VS
· · · · · · · VS

Romae, rep. in cryptis Vaticanis. Sarti et Settele, ad Dionysii opus de Vaticanis cryptis appendix, tab. XX, p. 62.

1) A. 853 = 100. 2) Magistri sunt vicorum anno 747 ab Augusto instituti, qui kalendis Augustis magistratum inire solebant; magistri igitur anni CVII a kalendis Augustis anni 853 usque ad pr. kal. Aug. anni 854 munere functi sunt; cf. Borghesi, apud Egger, *nouvelles observations sur les Augustales*, *Revue archéol.* 1847, p. 640, et quae ipse in ephem. archaeol. Bergkianis 1848, p. 296 exposui.

6546. D · M ‖ M · FLAVIO ‖ MOSCHO NV‖MVNCLATORI ‖ MVNATIA · MAXI‖MA · VXOR · ET · MV‖NATIVS · MAXIMVS ‖ FILIVS · BENEMEREN‖TI · FECERVNT ‖ V · ANNIS · LV — Romae. Act. Acad. pontif. arch. I, 1, p. 103; Iahn, Specimen p. 93.

6547. D · M · ‖ L · POMPEIO · AVG · LIB ‖ FORTVNATO ‖ NVMICLATORI ‖ ACENSVS · LICTORI ‖ AVG · III · DECVRIAR ‖

POMPEIA · PIA ‖ VXOR · VIRO ‖ RARISSIMO · FECIT — In Museo Florentino. Iahn, l. l. p. 93.

6548. *d* · M ‖ *et m*EMORIAE PERENNÌ ‖ *tib*ERI CLAVDI MATVRÌNI ‖ · · · RONTI NVMMVLARI · IV‖*v*ENIS MODESTISSIMI · QVI ‖ PROPE IMPLETVM VICEN‖SIMVM ET OCTAVVM AETATIS ‖ ANNVM · EXCESSIT · OMNI‖VM · NVMINVM · FRVSTRA · CVL‖TORIS · QVÌ HAC AETATE ‖ OBÌT ‖ CL · REGVLVS · ET · SEVERIA · SE‖VERA · PARENTES MISERRI‖MI AMISSIONE · VNICI · FILÌ ‖ SINE SVBOLE EIVS · ORBATI ‖ PONENDVM CVRAVERVNT ‖ ET · SVB · ASCIA · DEDI‖CAVERVNT — Lugduni Allobrogum. *Archives du Dép. du Rhone* XIII, p. 164.

6549. I · O · M · D · [1]) ‖ DIDYMVS ‖ AVGG · VLLI FI[2]) ‖ EX · NVMMVL · PP[3]) ‖ PRO · SALVTE · SVA ‖ E · AVRELIAE ‖ ALEXANDRI*nae* ‖ CONIVGIS ‖ *v* · S · L · M · ‖ · · · VO · ET · M · · ‖ · · OS[4]) — *Oberpettau. Alterth. d. Oestr. Monarchie* (Wiener Jahrbb. 1829, tom. XLV, p. 61), Bull. Inst. Arch. 1835, p. 1.

1) *Dolicheno.* 2) Borghesius, Bull. l. l., correxit AVGG . NN . VFF*icinator.* [Malim VILL*icus* ET EX NVMM*ulario.* Mommsen.] 3) *Provinciae Pannoniae*; cf. n. 1687. Nummularios provinciae Pannoniae ad nummos rudioris fabricae prioribus Severi annis signatos, quos extra Urbem factos esse Eckhelius docuit (VII, p. 167), bene quadrare B. docuit, l. l. 4) *Fabia*NO ET *Muciano* cOS, an. 201 p. Chr.

6550. D M S ‖ TABO DO‖NAT Q FL ‖ EQ EX N[1]) ‖ OFFICÀL ‖ V A XXXV — Sitifi. *Exploration de l'Algérie, archéol.* pl. 84, 7.

1) *Numero.*

6551. NVMINI · VICTORIAE · IMP · CAES ‖ M · AVRE · ANTONINI · AVG · INVICTI · ‖ PRINCIPIS · EVLALIVS · LIBERTVS ‖ P · P · STAT · [1]) HVIVS · P · ET · V · SACR[2]) — in basi: VICTORIAE · SACRVM ‖ · · · · · · · · · · · ‖ AVITVS · PATERNVS ‖ · · · · · · · · · — „*Piascò nell' entrata della valle di Vraita, a* 3 *m. da Saluzzo.*" Muletti, Saluzzo, p. 36.

1) *PraePositus* STAT*ionis.* 2) *Posuit* ET *Victoriae* SACR*avit*? [vel HVIVS *Provinciae* ET *Vrbis* SACR*ae*? Sed neutra explicatio satis certa est. Mommsen.]

6552. D · M ‖ EVVODO ‖ PVBLICO ‖ RVBRIANO · AB ‖ OPERA · PVBLICA ‖ ET · FORTVNATAE ‖ DELICIO · BARBIA ‖ SECVNDA · FEC — Romae. Grut. 624, 6; Fabr. p. 44, LXIII. Cf. 6274.

6553. D · M ‖ INACHVS ‖ PVBLIC · XX ‖ LIB · [1]) INACHO ‖ PARENTI ‖ PÌISSIMO — Romae, in horreis Musei Vaticani, ubi vidi cum Mommsenio.

1) *Vigesimae* LIB*ertatis.*

6554. DIS · MANIB ‖ TÌ · CLAVD ‖ MELIPTHONGO ‖ OBVLTRONIANO ‖ PVBLIC · A SVBSEL[1]) ‖ TRIBVNORVM ‖ VIX . AN · XL ‖ PRIMITIVOS ‖ PATRI · CARISSIM ‖ POSVIT — Romae, in Villa Aldobrandiniorum, ubi exscr. Kellermannus.

1) PVBLIC*us* A SVBSEL*liis.*

Alios *publicorum* titulos videsis n. 6104 seqq.

6555. C · MATIVS · AMPHIO · PATRONVS ‖ PRAECO · EX · TRIBVS · DECVRIS ‖ QVI · COS · CENS · PR · APPARERE · SOLENT ‖ APPARVIT · CAESARI · AVGVSTO ‖ MATIA · C · C · C · L · [1]) IVCVNDA · VXOR ‖ C · MATIVS · VRBANVS · CONLIBERTVS ‖ ARBITRATV · C · MATI · VRBANI · CONLIBERTI — Romae, rep. ad Turrim quae dicitur *de' Schiavi.* Exscr. Amatius deditque Borghesio, qui cum Mommsenio communicavit. Ed. Mommsen, de apparit. p. 20 (*Rh. Mus. N. F.* VI).

1) Trium Gaiorum liberta.

6556. PALLADI [1]) ‖ PRVDENTISSIMO ‖ ET ‖ BENIGNISSIMO ‖ PATRI ‖ P · AELIO · DIONYSIO ‖ P · V · RATIONALI ‖ · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · · · · ‖ SABINILLA · V · V [2]) — Ara anno 1788 prope Romam reperta. Marangoni, *cose gentil.* p. 168.

1) Alterum P. Aelii Dionysii cognomen. 2) *Virgo Vestalis?*

6557. A · POSTVMIVS POSTVMIAE · L HERACLIDA ‖ ROGATOR · MAG · QVINQ · CONLEG ‖ APPARAT · ANNAL · ITERVM — Olim Romae, nunc in R. Mus. Neap. Mur. 511, 1; Mar. I. A. p. 140; Mommsen, I. N. 6894. Cf. Or. 3239.

6558. *imp · caes · m · aur · anto*‖*nino · pio fel · aug · parth ·* ‖ *max · brit · max · germanico* ‖ *max · p*ONTIF · MAXIMO ‖ *tr · pot* · XVII · IMP · III · COS · III [1]) ‖ C · AVILLIVS · LICINIVS ‖ TROSIVS · SCRIB · LIBR ‖ AEDIL · CVRVL · CVR · II [2]) ‖ DEVOTVS · NVMINI ‖ MAIESTATIQVE · EIVS — Romae. Mur. 227, 3 et 2044, 6; rest. Mommsen, *Rhein. Mus.* N. F. VI, p. 40. Spectat ad scholam Xantham; cf. Grut. 170, 3 et Or. 2502.

1) a. 214, Mommsen l. l. 2) In collegia coiisse et scribas aed. et praecones, communes autem habuisse duos curatores, hoc titulo cum Grut. 170, 3 collato M. probat; l. l. p. 45.

6559. C · SEPTIMIVS · C · F · LIBO ‖ AED · SCR · AED · CVR [1]) ‖ SIBI · ET · LABERIAE · FVSCAE · VX ‖ SEPTIMIAE · AMARANTIN · L — Neapoli. Mommsen, I. N. 2906, ubi v. ceteros.

1) Sc. aedilis municipalis, scriba aedilium curulium Romae.

6560. SEX · CAECILIO ‖ EPAGATHO ‖ SCRIB · LIBR · TRIBVNICIO ‖ APPARITORI · CAESARVM ‖ SCRIB · LIBR · Q̄ · III · DECVR ‖ VIAT · IIIVIR · ET · IIIIVIR [1]) ‖ SCRIB · LIBR · AED · CVR ‖ PATRI · OPTIMO ‖ SEX · CAECILIVS · SEX · F ‖ QVIR · BIRRONIANVS · ET ‖ M · CAECILIVS · SEX · F ‖ QVIR · STATIANVS — Romae, in Villa Albaniorum. Fea, *Indicazione* p. 87; corr. Mommsen ad I. N. 4025. Vidi ipse.

1) Intellige III viros capitales et IIII viros viarum curandarum, quibus unam decuriam viatorum addictam fuisse probavit Mommsen titulis Grut. 169, 5 et Mur. 2026, 3 (apparit. p. 48; *Rh. Mus. N. F.* VI.).

6561. A · EGRILIVS · A · F ‖ PLARIANVS ‖ DECVRIAL · SCR · CER · [1]) ET ‖ CL · TI F HERMIONE ‖ FECERVNT ‖ CL · TI F ·

IRENAE ‖ LIB · LIBERTABVS · POSRISQ (sic) · EORVM — *Tergu* in Sardinia insula. Spano, *memoria sull' antica Truvine*, p. 2; Bull. Inst. Arch. 1853, p. 56.

1) DECVRIAL*is* SCR*iba* CER*ialium*, *sc. aedilium*.

6562. L · NERATIO · L · F ‖ VOL · PRISCO ‖ PRAEF · AER · SAT · COS [1]) ‖ LEG · PR · PR · IN PROV ‖ PANNONIA ‖ SCRIBAE · QVAÉSTOR ‖ ET · MVNERE · FVNCTI ‖ PATRONO — Saepini. Mommsen, I. N. 4931; cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1852, p. 9 seqq. Cf. 5446.

1) A. 836 = 83; Ann. l. l. p. 16.

6563. D M ‖ L · VOLVSI · PRIMA‖NI · SCRIB · LIBR · Q̄ ‖ III̅ · DEC · ET · LICTO‖RI · III̅ · DEC ‖ VOLVSIA · SALVIA ‖ PATRI · PIENTISSIMO — Romae. Fea, *Fasti* p. XXXIV, III.

6564. M · NATRONIO ‖ C · F · PVP · RVSTICO · SCR · Q ‖ SEX · PRIMO ‖ CVR · HONOR ‖ FVNCTO ‖ ARBITRATV ‖ PETRONIAE ‖ SABINAE ‖ VXORIS · SVAE, et: DIIS ‖ MANIBVS ‖ PETRONIAE ‖ SABINAE — Cippi marmorei. Romae, in thermis Antoninianis. Exscripsi ipse.

6565. Q · PAPI*r*IO · Q · F · PVP · MAXI*mo* ‖ TRIB · MIL · LEG · V̄ · MACEDO*nicae* ‖ PRAEF · COH · III · BRACARAVGVST*anor* ‖ Q · E · [1]) IN RAETIA · SCRIB · Q · VI̅ · PR · M · F · [2]) SCRIB ‖ AED*il* · *cu*RVL · M · F · SCR*ib* · *trib* · *pleb* · *m* · *f* · *scrib* ‖ AE*dil* · CERIAL · M · *f* · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · BENEF · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · ORA · · · · · · · · · — Vidi Romae inter lapides Sartii c. m. v.

1) *Quae Est.* 2) *Sex* PR*imus Munere Functus*; cf. n. 6562 et 6023 a.

6566. · · · · · · · · · · · · · ‖ HAEC · EST · QVAM · CONIVX · CONDIDIT ‖ PARCE · OPVS · HOC · SCRIPTOR · [1]) TITVLI · QVOD · LVCTIBVS · VRGEN*t* ‖ SIC · TVA · PRAETORES · SAEPE · MANVS · REFERAT — Formiis. Edidi ex apographo Mommsenii in Gerhardi Eph. Archaeol. 1846, p. 295 et Ann. Inst. Arch. 1846, p. 264; Mommsen, I. N. 4135; *Rh. Mus. N. F.* IV, p. 463.

1) Scriptores homines esse suspicatus sum, qui munere indices parietibus affigendi fungebantur; alia eius vocabuli exempla cf. apud Gerhardum l. l. et p. 242.

6567. · · · *in*VICTISSIMO ‖ *imp* · *m* · AVRELIO ‖ *ca*RINO PIO [1]) ‖ *fel* · INVICTO AVG ‖ · · · FACVL [2]) ‖ *su*MMARVM · RATIONVM ‖ *cum* PROXIMIS ET ADIVTORIB ‖ *nu*MINI EIVS DICA‖TISSIMI — Romae, rep. in amphitheatro Flavio. Fea, *sull' arena dell' anf. Flavio* II, p. 58; Avellino, Opusc. III, p. 40; corr. Borghesi ex lapide quamvis mutilo.

1) Fea pro *ca*RINO Antonini nomen legere sibi visus erat et ad Elagabalum inscriptionem retulerat; sed ipsum nomen *invicti Augusti* ad aetatem posteriorem spectare videtur. 2) . . . SV . . . TABVL Fea, cuius lectionem in textum recipere non dubitarem, nisi gravissima obstaret Borghesii auctoritas. — FACVL quid significet, equidem nescio.

6568. D M ‖ M · AVR · AVG · LIB · ALEXANDER ‖ P · P · TABELL · ST · XX · HER · [1] FEC · DONA‖TO FILIO · DVLCISSIMO ET SIBI ‖ ET · SVIS · ET · CLAVDIAE · MACA‖RIAE · CONIVGI · SANCTISIMAE (sic) ‖ ET LIBERT · LIBERT · POSTER . EORVM — Romae, in horreis Musei Vaticani. Vidi cum Mommsenio.

1) *PraePositus* TABELL*ariorum* ST*ationis vigesimae* HER*editatium*.

6569. FLAVIAE ‖ COMINIAE ‖ VIX · ANN · XVIII · M · VI · D · XX ‖ FESTVS · CAES · N̄ ‖ TABELLARIVS ‖ EX · OFFICIO ‖ ANNONAEs ‖ CONIVGI — Bononiae. *Guida al Museo*, p. 57.

6570. D M ‖ T FL VERO AVG ‖ LIB · TAB · RAT ‖ AQVARIOR [1] ‖ COIVGI BENE ‖ MERENTI ‖ OCTAVIA THE‖TIS FECIT — Puteolis. *Novell. lett. Fior.* 1755, p. 415; Mommsen, I. N. 2889; Donat. 315, 5; 328, 8.

1) TAB*ularius* RAT*ionis* AQVARIOR*um*.

6571. D M ‖ DIOGENI ‖ ATHICTI · FIL ‖ DIOGENES · AVC [1] ‖ LIB · TABVL · PRoV ‖ DALM · NEPOTI ‖ POS — Salonis Spalatum translatus. Lanza, *lapidi salonitane* n. LXI.

1) l. AVG.

6572. D · M ‖ VLPIAE · SYNORIDI ‖ TERTIVS · AVG · LIB ‖ TABVLAR ‖ SVMMI · CHORAGI ‖ CONIVGI ‖ BENE · DE · SE ‖ MERITAE · FECIT — In V. Altieria, Romae. Exscr. Brunn.

6573. M · VALERIO ‖ ADMETO ‖ VIATOR · PR · ET ‖ COS ‖ SEVIRO · AVG ‖ FECIT ‖ VALERIA · M · F ‖ QVINTA ‖ PATRI · PIISSIMO · ET ‖ VALERIA · SYMPHERVSA ‖ CONIVNX — Afilae. Nibby, *Analisi de' Dintorni* ecc. I, p. 40; Fabr. 410, 349.

CAPVT XII.

LOCA PVBLICA. OPERA PVBLICA.

N. 3257, v. 1. RAVELIO; v. 2. P . F; v. 5. SENATV D, relicto spatio; v. 6. CONSVLVERE; v. ult. ESE . . . . . .; Mommsen, I. N. 715, ubi v. cett.

N. 3258, v. 1. NATV; v. 2. CONSOLTVDE .; . . .; v. 4. POVBLIC . . . .; l. l. 716.

N. 3260, v. 2. LICINVS. In altero eiusdem tituli exemplo alter consul praecedit; Acta Acad. pontif. archaeol. II, p. 281. Consules non ad Caligulae aetatem, sed ad priorem quendam annum pertinere Marinius docuit, I. A. p. 23.

N. 3262: TRIBVNVS, sc. militum, ut centuriones nonnunquam viis terminandis praeponuntur; cf. n. 6618.

N. 3263, ad Aeclanum spectat; Mommsen, I. N. 1135.

N. 3264, v. 3. 4. DECVRION . C . B ‖ BENEVENTO; v. ult. IMP; id. 1377.

N. 3265, v. 3. Q . F; v. 5. DECIMIAE; id. 4874.

N. 3267, v. ad n. 31.

N. 3268, v. 1. . . . NONIVS . P . F . L . GLITIVS; v. 2. D . D . S, i. e. *de decurionum sententia*. Lupulus Fabrettii lectionem corrupit. Mommsen, I. N. 723.

N. 3269, v. 1. C . BRVTTIVS; v. 5. P . CORNEL . Consules sunt anni 697. Id. 321.

N. 3270, v. 3. V . F; v. 4. T . F; id. 5351.

N. 3273, v. 5. REFICIVND; id. 721.

N. 3274, sine dubio male exscriptus.

N. 3275, v. ult. CRYSANTIO; Mommsen, I. N. 3612.

N. 3276, v. 2. scr. BeN; id. 1428.

N. 3277, v. 1. MELISSAEO; titulus uno versu conscriptus est; id. 2217.

N. 3278, v. 1. ANVS . . . .; ita ut de nomine feminae nequaquam constet; v. 2. RE . . . . .; id. 3635.

N. 3279, not. 3. AVG minime corruptum; expl. AVG*ur*.

N. 3280, v. 1. deest PROCOS; Mommsen, I. N. 2410.

N. 3285, interpolatus a Lupulo. Ita legendum: . . . . ‖ CONSTANTINO . AVG . ET ‖ FILIIS . EIVS . CAES ‖ VOLVSIVS . VENVSTVS ‖ V . C . CORR ‖ APVL . ET . CALAB ‖ OB . AMOREM . PATRIAE . STATVAM ‖ ORNATVI . PORTICVS ‖ POSVIT — id. 7205 ex exemplo Metelli, quod in Cod. Vat. 6039, p. 364 Borghesius invenerat.

N. 3287, v. 1. ABVLLIVS; in fine FECIT; id. 5028.

N. 3288, l. RVFVS et EIDQ . PRO; versuum ordinem mitto. Id. 2428.

N. 3289, spurius; id. 776*.

N. 3291, v. 1. PVBL; item in altero titulo. Id. 2204 et 2208.

N. 3292; in restituendo hoc monumento Mommsenius rectius RESTITVIT; id. 3593.

N. 3293: Orellius male Rosinii supplementa pro genuinis tituli verbis habuit: solum enim hoc fragmentum superest, quod a Mommsenio restitutum proponendum esse censui: *m . m . holconi*I . RVFVS . *et . celer* ‖ *cryptam . tri*BVNAL . THEA*trum* ‖ *sua . pecunia* COLONIA*e* — id. 2230; cf. 2229.

N. 3294, fin. EIDEMQ . PROB; id. 2241.

N. 3295, v. 4. COLONIAI; v. 6. PEQ; v. ult. PERPETVOM; id. 2249.

N. 3297, v. 2. VATORIB; titulus nunc mutilus Darmstadii asservatur; *Rhein. Jahrbb.* VIII, p. 158.

N. 3298, v. 1. SANDILIANVS; v. 2. HERENNIVS; v. 3. SCOL; in fine D . S . P . F . C; Mommsen, I. N. 2227.

N. 3300, v. 3. pro ET I. EE (sic); v. 11. PROVIDIT; v. 12. OB MERITIS; a latere, v. 1. De*di*CATA. Mitto errores minoris momenti in versibus distribuendis iisque scribendi ratione commissos. Id. 2648.

N. 3301, v. 1. et 2. I. PHILEMAT*ium*; id. 4240 ex C. I. Gr. 6190.

N. 3304; *lapidis turbinati* legendum esse, docetur Bull. Inst. Arch. 1839, p. 135.

N. 3306, v. 3. M . VIBIO . SOLLEMNI; v. 9. et 15. BAETICAE; v. 12. LEGION; vidi ipse.

N. 3308, v. 1. deest, et pro Aquilio *Popilius* auctor monumenti reputandus est, ita ut ab initio scriptum fuerit: P . POPILIVS . C . F . (P . N . LAENAS .) COS, qui cos. fuit anno 622; scribe MILIARIOS, TABELARIOS, CONQVAEISIVEI, POPLICAS. Versuum ordinem litterarumque figuras vide in imagine tituli nuper edita a Ritschelio, Monumenta epigraphica tria cet. Berolini, 1852, 4, ubi de formis grammaticis deque argumento tituli doctissime disputat; Mommsen, I. N. 6276.

N. 3309, spurium credo.

N. 3311; titulum simillimum Graeco sermone sub Latino sculptum v. C. I. Gr. 3743. Quae in inscriptione Latina valde mutila ex Graecis vv. dd. restituerunt, Orellius ut genuina in textum admisit; sola enim quae sequuntur, adhuc leguntur, quibus litteris minusculis supplementa addidi: *nero c*LAVDIVS . DIVI ‖ *claudi . filius* GERMANICI . CAESARIS . NEPOS ‖ *ti . caesaris . aug* . PRONEPOS . DIVI . AVG . ABNEPOS . CAESAR ‖ *aug . germanicus . p . m* . TRIB . POT . IIII . *imp . ii . cos . iii* ‖ *viam ab apamea . ad nicaea*M . *collapsa*M . VETVSTATE . RESTITVIT . MVNIENDAM ‖ CVRAVIT . *per . c . iulium* . AQVILAM . PROC . SVVM.

N. 3312, v. 2. QVAEST; v. 3. PRAEFECT; v. 4. IMP . TRAIANI ‖ HADRIANI . AVG . VIAM . PER . PASSVVM . DV*o* MILLI*a* cet.; v. ult. NOVO cet. nunquam in monumento legebatur, Lupulique arti debetur; Mommsen, I. N. 1127.

N. 3313, male Kellermannus apud Or. Anall. epigr. p. 41 ex Berini, *Stato del Timavo* p. 37, ab initio ponit: TRAIANVS . HADRIANVS, quod ineptae debetur interpolationi.

N. 3315: alter titulus *Secenaro* Superaequanorum in Mus. Aquilanum illatus est, alter ad *Coppitum* pertinet, Mommsen, I. N. 5477 et 5753.

N. 3316, v. 1. . . . . . IANI; v. 11. CVRANTE PRO‖CVLO; praenomen et nomen desiderantur maleque a Lupulo et Remondinio suppleta sunt; id. 1946.

N. 3318: nisi spurius est, in aquaeductu certe non legitur.

N. 3322, v. 6. DISSVPATOS; Mommsen, I. N. 5713, qui in versibus ordinandis Muratorium secutus est.

N. 3323: corr. LVSIVM.

N. 3324, titulum ad Lanuvium pertinere et *dictator* et *Iuno Sospita* demonstrant.

N. 3326, v. 3. HOSPITIB; v. 6. dele EX; Cecconi, *Storia di Palestrina* p. 79; minus integer apud Petrini, *Mem. pren.* III, 22.

6574. *lo*CVS · ADSIGNAT*us ab* · · · · · · · · *et* ‖ · · CATIO · SABINO · [1]) C · C · V · V · *curatoribus · aedium · s*ACR · OPERVMQ · PVBL*icorum* ‖ PR · · · · KAL · · · · ‖ *m* · ACILIO · FAVSTINO · A · TR*iario · rufino · cos* [2]) ‖ *cur*ATORIB · · L · FABIO · FAVS*to* · · · · · · *g*ELA.

SINO (?) IIII — Romae, in coemeterio D. Callisti. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 26.

1) Cos. ii. a. 210, praef. urbi anno incerto, id quod ex titulo metrico Ostiensi Grut. 99, 2 = Mur. 353, 4 apparet, in quo pro *Sabinos* corr. *Sabinus*; cf. de Rossi l. l. p. 27 et 132. 2) Cos. a. 210.

6575. LOCVS · ADSIGNATVS · AB ‖ L · ALLIO BASSO ET ‖ COMMODO ORFITIANO ‖ CVR · OPER · PVBL · C · V ‖ CVR ‖ M · CAECILIO · ATHENAEO ‖ M · VALERIO · MIDIA ‖ L · ALLIO · AMPHITHALE ‖ DEDIC · XVIII · K · IAN ‖ · AVGVSTIS N · ‖ ANTONINO · III · ET · VERO · II · COS[1]) — Romae, in Mus. Vat. Fea, *Fasti* p. 83. Vidi ipse.

1) A. 914 = 161.

6576. LOC · EMPT ‖ EX · D · D ‖ FACT · PRIVAT ‖ ITA · VT · CONSÆPT · EST ‖ FLORVS SCRIBIT[1]) — Genevae, pertinet ad Noviodunum. *Mém. de la soc. d'hist. de Genève* I, p. 213; Bull. Inst. Arch. 1852, p. 105.

1) Cf. n. 6338.

6577. · · · IVI · · · ‖ *scribae ae*DIL · CVR*ul* ‖ *et hon*ÓRE · VSI ‖ *a*VCTÓRE ‖ *imp · cae*S · TRAIANO ‖ *hadriano* AVG · P P ‖ *quo*D · CERTA · IIS ‖ · · · · · — A latere: *lo*CVS · A*dsi*GNATV*s* ‖ *a* CVRATORIB · OPER*um et locorum publicorum* ‖ DEDICA*t* · · · · · · · · · ‖ LVCIO · AELIO · CAESAR*e ii p · coelio balbino cos*[1]) — Romae, nuper effossus in foro inter basilicam Iuliam et aedem Castorum. Rest. Borghesius.

1) A. 137.

6578. S · P · Q · R ‖ D L[1]) ‖ TI · IVLIO ‖ AVG · L ‖ MNESTORI — Romae in Mus. Kircheriano; lamina aerea. Mommsen, *Ztschr. f. gesch. RW.* XV, 3, p. 340.

1) *Dedit Locum*, unde M. curatores operum de locis adsignandis senatum, postero autem tempore imperatorem consuluisse collegit; l. l.

6579. BEATISSIMIS TEMPORIBVS DOMINORVM NOSTRORV*m · gratiani* ‖ ET THEODOSI SEMPER ET VBIQVE VINCENTIVM ADMINISTRANTE PÓMPI*lio* (?) · · · · · ‖ V C AMPLISSIMOQVE PROCONSVLE ET THERSIO CRISPINO MEGETHIO · V · C · LI · · · · · · · ‖ VALENTINVS VIR HONESTISSIMVS · CVRATOR · RE*i*P · LOCVM RVI*nis obru*‖TVM QVI ANTEA SQVALORE ET SORDIBVS FOEDABATVR AD M*ili*(?)‖TVM[1]) VSVM ET AD PEREGRINORVM HOSPITALITATEM IN MELIOREM · · · · ‖ ADVM[2]) ET ASPECTVM PROPRIA PECVNIA REFORMAVIT · T · I · F · IT[3]) — Calamae. Clarac, *Musée*, *Inscr.* pl. LXXVI, n. 36; correctius *Exploration de l'Algérie*, *archéol.* pl. 181, quo exemplo in inscriptione restituenda usus sum, assumptis tamen nonnullis, quae Clarac exhibuerat.

1) Pro TVM Cl. PIVM. 2) Num *et*ıAſVM? 3) Cl. ADHORNAVIT, omissis iis, quae sequuntur.

6580. IVSSV · IMP · CAESARIS ‖ AVGVSTI · CIRCA · EVM ‖ RIVOM · QVI · AQVAE ‖ DVCENDAE · CAVSA ‖ FACTVS · EST ·

OCTONOS ‖ PED · AGER · DEXTRA ‖ SINISTRAQ · VACVVS ‖ RELICTVS · EST — Cippi positi iuxta aquaeductum, cuius vestigia a Venafro ad fontem usque Volturni per XIV p. apparent. Mommsen, I. N. 4602, ubi v. de singulis. Cf. n. 6428, v. 21 seq.

6581. PRO FELICITATE DOMINORVM ‖ AVGVSTORVM • ‖ NOSTRORVM ‖ RIPAM A PARTE SINISTRA MACELLI ‖ IACTIS MOLIBVS PROPTER INCVRSIONE ‖ INGRVENTIVM PROCELLARVM ‖ VALERIVS HERMONIVS MAXIMVS V C ‖ CONS · CAMP · INCOAVIT ADQVE PERFECIT • — Ibd. I. N. 2509. Alterum eiusdem tituli exemplum (op. cit. 2510) eo tantum ab hoc differt, quod in v. 2. AVGVSTORVMQVE, in v. 4. pro SINISTRA legitur DEXTRA, Valerii autem nomina per compendia scripta sunt VAL · HER · Praeterea versus aliter distributi sunt. Cf. n. 6478.

6582. C · QVINCTIVS C F · VALG · PATRON · MVNIC ‖ M · MAGI MIN F · SVRVS A PATLACIVS Q F ‖ IIII · VIR · D · S · S PORTAS · TVRREIS MOIROS ‖ TVRREISQVE AEQVAS · QVM MOIRO ‖ FACIVNDVM • COIRAVERVNT — Aeclani. Mommsen, I. N. 1119, ubi v. cet.

6583. FABIO MAXIMO ‖ V · C · ‖ INSTAVRATORI ‖ MOENIVM ‖ PVBLICORVM ‖ ORDO ET POPVLVS ‖ CVRANTE AVRELIO ‖ PAVLINIANO CVRA‖*t*ORE ET PATRONO — In latere: D*ed*[1]) ‖ VIII K*al* · · · ‖ D · N · CO*nstan*‖TIO · AVG · V (*gallo caes*) *cos*[2]) — Aeserniae. Mommsen, I. N. 5018; quae in latere scripta sunt, ex schedis Riccii desumpta sunt. Garrucci, *Storia d'Isernia*, p. 77.

1) Ita scripsi pro D . *d* Mommsenii. 2) Annus est 352, quo Magnentius tyrannus devictus est. Hoc mense Septembri evenit. Garruccius quidem in litteris suis VIIIF diem VII *Idus Februarias* latere credidit, in ea Italiae parte tum iam Constantium pro imperatore habitum esse ratus; sed sententia eius per se parum probabilis meliore lectione Ricciana refellitur. — Ad eundem Fabium Maximum praeter aliud fragmentum Aeserninum (I. N. 5019) inscriptiones spectant Allifanae, Telesinae, Saepinates, Histonienses, Iuvanenses, quas videsis citatas in Indice nominum apud Mommsenium; cf. n. 5174; 6623. 6624.

6584. AEDEM TRIVM · CAMERARVM VETVSTATE COLLAPSAM ‖ ADDITO CVLTV MELIORI · LAQVEARIORVM · PECVNIA ‖ PROPRIA REFORMAVIT · SPL · COL · VTIK · CVRANTE ‖ ET DEDICANTE SILIO TERTVLLO · C · V · CVR · SVO · — *Boeschatter* (Uticae), nunc in Museo Lugduno-Batavo. Ianssen, Mus. Lugd. Bat. Inscr. tab. XI, 2; cf. p. 80.

6585. C · ALFIVS · T · F · MAXIMVS ‖ PECVNIAM LEGAVIT · L · HEREN‖NIO · C · F · RVFO · IS · AEDEM · PODI‖VM · CRYPTAE · PARTEM · FACI‖ENDA · CVRAVIT · PROBAVITQVE — Corfinii. Gud. 65, 7; Fabr. 621, 183; Bull. Inst. Arch. 1839, p. 64; corr. Mommsen, I. N. 5363.

6586. *nomina eorum* ‖ *qui* PECV*niam* ‖ *co*NTVLERVNT · *in* ‖ *c*AESAREVM · FACIVN*dam* ‖ *I*N · XYSTOS · AVGVS*tos* ‖ *no*VIS · OPERIB*us* ‖ *cons*TRVENDOS · ORNAND*os* ‖ *in* MVNITIONEM · VIA*e* ‖ *qu*E · SILICE · STERNEND*as* ‖ · · · · ONIVS · CN · *f* ‖

· · · · · · ANVS · ST · F · CELER ‖ · · · · · BIVS · L · F ‖ · · · · · · CIVS · T · F ‖ · · · · · · VIVS · L · F [1]) — Ad D. *Posidonii* prope *Mirandolam* agri Mutinensis. Mar. Arv. p. 385; corr. et suppl. Labus ad Viscontii *Museo Chiaramonti*, praef. p. XXV—XXVII; Cavedoni, *Marmi Modenesi* n. XXIII.

1) Arbitraria nominum supplementa omisi, vocem vero *que* ex octavo in nonum versum transtuli, quia *sternere e silice* minus bene mihi quidem videbatur dici. Cavedonius proposuit *in munitionem viarum easdemque* cet. — Labus *Colicariam* veterum (It. Ant. p. 135 ed. Parthey et Pinder) sitam fuisse censet, ubi titulus repertus est; cf. Cavedoni l. l. et *Indicatore modenese, anno* II, n. 7.

6587. Supra legitur: NVMINIB · AVGVST — deinde: DEO APOLLINI ‖ C NONIVS EVPO‖SIVS EX VOTO ·‖ MVRO · ET SCAN‖DVLA · [1]) CINXIT — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* I, 15, p. 18.

1) Cf. Mommsenium, Ann. Inst. Arch. 1853, p. 55.

6588. M · SEXTILIVS · M · L · EROS ‖ GENIVM · ET · YPAETRVM · STRAVT ‖ FVRCAS · STATVIT · CLATROS · IN ‖ FENESTRIS · POSVIT · ET · EXPOLEIT ‖ MONVMENTVM · DE · SVA · PECVNIA — Romae in Via Latina. Dedit de Rossi.

6589. PRO *salute* ‖ IM*peratoris* ‖ CAES · AVG · ‖ NOSTRI · ‖ L · SEPTIMI · SEVERI · PERTINACIS ‖ HERCVLI · NVMINI ‖ SANCTO · ‖ CVM BASI · MARMORATA · ‖ ACCEPTATORIBVS · ‖ ET · TERRARIS · [1]) C · SENTIVS · ‖ PORTESIS ‖ S · P · D · D — Ostiae, nunc in Mus. Vat., ubi vidi. Fea, *Viaggio ad Ostia* p. 53.

1) *Acceptatores* aditus sunt, per quos populus intus accipiebatur, *terrarium* agger, qui viae locum tenet; cf. Borghesi in lex. Forcell. Furlanetti, s. v.

6590. L · BLA · [1]) IVNIVS CORNVTVS ‖ MAGISTER COLL · DENDRO‖PHORORVM ARAM ET PAVI‖MENTVM SCHOLAE ET PRO‖NAVI (sic) DE SVO FECIT ‖ ET SPORTVLAS DEDIT SING · ‖ DENDROPHORIS X [2]) SINGVLOS ET VINVM PASSIM DIVISIT — Nicaeae (*Nizza*). *Mém. des antiquaires de France* XX, p. 132.

1) Nomen corruptum. 2) Corr. ✕, *denarios*.

6591. Q · AVILLIENVS · FEL*ix* ‖ M · OLIVS · SECVNDVS ‖ IIII · VIRI · I · D ‖ PARIETEM · BASILICAE · REF ‖ AB · FVNDAMENTIS · ET · ARCV*m* ‖ EX · D · D · P · P · F · C — Carseolis. Visconti, *Mon. Gab.* p. 92; Mommsen I. N. 5690.

6592. IMP CAES M AVRE‖LIO ANTONINO AVG ‖ ARM MED PART MAX ‖ PONT MA*x* *t*R*ib* *p*OT ‖ XXIIII IMP V *cos iii* [1]) *p p* ‖ C · IVLIVS CRES*cens didius* *c*RES‖CENTIANVS EQVO *pub ab i*MP EX‖ORNATVS FL · P · P · IIII *vi*R*i* ET CVIC [2]) ‖ PONT · OMNIBVSQ · HONORIBVS · IN · V ‖ COLONIS · FVNCTVS · STATVAM QVAM ‖ EX HS III · N · EX LIBERALITATE ‖ SVA PROMISIT · AMPLIATA PE‖CVNIA IN BASILICA IVLIA ‖ QVAM A SOLO PECVNIA SVA ‖ EXTRVXIT POSVIT IDEMQVE ‖ DEDICAVIT — Cuiculi (*Djimila*). *Exploration de l'Algérie, Archéol.* pl. 107, 4. Supple-

menta desumpta sunt ex monumento simillimo in honorem Divi Veri posito, l. l. 5.

1) A. 922 = 169, quo L. Verus decessit. 2) Ita in utroque lapide legitur. Nihilo tamen minus quum nec genitivo nec plurali ibi locus sit, corrigendum esse censeo IIII . VIR . I . *d* . ET CVIC*ulitanorum* PONT*ifex*. Civitas enim Cuiculitanorum colonia est, neque igitur quattuorviratum ad eam referri probabile est. [Puto scribendum IIII . CIRT . ET . CVIC, ut intellegantur coloniae Cirtenses quattuor, quibus quinta accedit Cuiculum. Mommsen.]

6593. T · M*e*TTIVS · P · F · CELER ‖ *i*III · V · Q · THEATRVM ‖ FVNDVM · GRADVS ‖ FACIEDOS (*sic*) · CVRA · SE‖NATIQVE · CONSVLTVM (*sic*) ‖ FECITQVE · VTEI · PEQV‖NIAM · POPVLO · PAGEIS ‖ RETRIB — Corfinii. Mommsen, I. N. 5366, ex schedis Antinorii, qui lapidem muro infixum telescopii ope imperfecte se exscripsisse ipse testatur.

6594. T · ANNIVS · T · F · RVFVS ‖ L · SEPTIMIVS · SA · F · [1]) DENTIO ‖ L · ANNIVS · T · F · GRITTO · MAGISTR ‖ EX · PAGI · D · SCAINA · FAC · COIR ‖ T · ANNIVS · T · F · RVF · L · IT · [2]) F · GRITTo ‖ PROBAVERVNT — *Prezza* inter Corfinium et Sulmonem. V. Brunnius. Bull. Nap. n. s. 1853, p. 56.

1) *Salvii f.* 2) Nota nomen Annii omissum. — Eundem pagum habemus nn. 3270 = 4941.

6595. L · ANNIVS · MAMMIANVS · RVFVS · II · VIR · QVINQ · THEATR · ORCHESTR*am* DE · SVO — Herculanei, nunc in R. Mus. Neap.; Mommsen, I. N. 2420; cf. 2419 et 2421.

6596. · · · · · · · *libe*RALIS · IVN · ET · LIBERIA · I · · · ‖ *gr*ADVSQVE CONCAMARATIONES COMI · · · · · ‖ XIII · INLVMINAVERVNT EASQVE CANCELLIS MARMOREIS *exorna*‖*v*ERVNT · DELPHINIS · BINIS PER VIAS · THEATRI · ADIVNCTIS · LA · · · · [1]) ‖ VM · [2]) XIIII · LAPIDIBVS · EIVS PER ANTIGRADOS [3]) STRATIS MARMOR*e* ‖ OP ᴬ · · LXTR(? M [4]) PODIIS MARMOREIS VIAS DEXTRA LAP[5]) · · · · ‖ NT · · · · · · DICAVERVNTQ L D D D — In theatro Rusicadensi. Clarac, *Musée, Inscr.* pl. LXXXV, n. 106; *Exploration de l'Algérie, beaux arts* vol. II, pl. 54, 1; *archéologie* pl. 30, 6.

1) A deest in Expl. 2) IM, Expl. archéol. 3) ANIIGRADOS ibd. [Estne *per locum qui est ante gradus*? Mommsen.] 4) ᒥOᑐA XIRᒥ, Expl. arch.; neque aliter Expl. b. a. [DEXTRORSVM puto. Mommsen.] 5) LAE Expl. arch.

6597. IMP CAESARES M AVRELIVS ANTONINVS ET ‖ L AVRELIVS COMMODVS [1]) AVGG GERMANICI ‖ SARMATICI FORTISSIMI AMPHITHEATRVM ‖ VETVSTATE CORRVPTVM A SOLO RESTI‖TVERVNT PER COH ⁎ ⁎ VI COMMAG ‖ A IVLIO POMPILIO PISONE LAEVILLO LEG ‖ AVG PR PR [2]) CVRANTE AELIO SERENO PRAEF — „*Dans des ruines près du Caravansérai d'El-Outaia entre Batna e Biskara.*" L. Renier, *Archives des Missions* 1851, p. 447.

1) Nomen abrasum. 2) Cf. n. 6748.

6598. DEANAE ‖ SACRVM ‖ A · TiTiVS · C · F ‖ POM · SEVER‖VS · ARRETIO ‖ > · LEG · VI VIC · P · F ‖ IDEMQVE · VI-

VARIIIVM · SAEPSIT — Coloniae Agrippinae. Lersch, C. M. I, 9; Kellerm. Vig. 281.

6599. . . . . RP || . . . . IA · || . . . . M PROMISISSIMVL || REPLICATA[1]) · PECVNIA · PERFECIT · ET || DEDICAVIT · ET · OB · DEDICATIO||NEM PVGILVM · CERTAMINA || EDIDIT · ET · DECVRIONIBVS · || SPORTVLAS · ET · POPVLO · GYMNA||SIVM · [1a]) EPVLVM · DEDIT · ET · HOC · || AMPLIVS · PRO SVA LIBERALITA||TE · CAMERAM · SVPERPOSVIT ET || OPERE · MVSEO · EXORNAVIT · || CVM M · · · · EIS · [2]) FELICE · ET || RVFINO · IIL IS · [3]) DED · OB QVA || DEDICAT · EPVL · DEC · ET · POP · · · M · [4]) DED — In Mus. Florentinum ex agro Tunetano illatus. Spon, Miscell. p. 39; correxi ipse ex archetypo satis detrito.

1) [Num TRIPLICATA? Mommsen.] 1a) Deesse videtur ET. 2) Spon: CVM . . . AREIS. 3) Intellige FILIIS. 4) Spon: FRVM. Nescio, num eius tempore plura adhuc in monumento apparuerint; nunc certe praeter M nihil in eo distinxi.

6600. pORTICVS ^ TRI^||VMPHI ^ ITV ET RE||DITV ^ OCTIES ^ SE||MIS ^ EFFICIT ^ PASSVS ∞ — Romae, in vinea prope portam Metroniam inter vias Asinariam et Latinam sita. Cavedoni, *Indicatore modenese* II, n. 29.

6601. M · SAVFEIVS · M · F · RVTILIVS[1]) || C · SAVFEIVS · C · F · FLACVS (sic) || CVLINAM · F · DE · S · S · C · [2]) EISDEM||Q · LOCVM · EMERVNT · DE || L · TONDEIO · L · F · PVBLICVM || EST · LONGV · P · CXLVIII S || LATVM · AF · [3]) MVRO · AD || L · TONDEI · VORSV · P · XVI — Praeneste. Misit Borghesio Akerblad. *Rhein. Mus. N. F.* IV, p. 464.

1) Fortasse RVTILVS. 2) *Faciendam* . DE . *Senatus* (Praenestini) *Sententia* . *Curarunt*. 3) Nota formas antiquissimas EISDEM et AF.

6602. M · SEMPRONIVS HYMNVS · SVO || ET · M · SEMPRONI REBVRRI || FILI · SVI NOMINE || MACELLVM VETVSTATE || CONLABSVM · SVA || PECVNIA RESTITVERVNT || ITEMQVE[1]) MENSAS LAPIDEAS POSVERVNT — *Villajoyosae* in Hispania. Grut. 173, 2; de Laborde, *Voyage de l'Espagne*; corr. Cortès, *Dizionario*.

1) ETIAMQVE Grut.; ITEMQVE . ET de Laborde.

6603. EX INDVLGENTIA || SACRA · DOM · N · INVICTI || IMP · M · AVR · ALEXAND · AVG || MACELLVM · RESTITVTVM || CVRANTE · FALERIO · FALERIANO — Iuliae Carnicae. *Giorn. Arcad.* LXIX, p. 125.

6604. M · ANNIO || PHOEBO || MVNICIPES || SAEPINATES || QVOT · IS · OB || HONOREM · AVG · || ET · BISELLI · MACEL-||LVM · CVM · COLVM||NIS · SOLO · AERA||MENTIS · MARMO-||*ribus* · · · · · · · || — Saepini. Mommsen, I. N. 4943.

6605. MELIA ANNIANA IN MEMOR || Q · LAEPICI Q · F · SERGII[1]) BASSI || MARITI SVI EMPORIVM STERNI || ET ARCVM FIERI ET STATVAS || SVPERPONI TEST · IVSSIT || EX · HS · DCDXX · [2]) P · R — Iaderae. Spon et Wheler p. 66; Targioni Tozzetti, *viaggi in Toscana* V, p. 412.

1) l. SERGIA. 2) legendum fortasse DCDXX. Litterae sequentes quum vix *populi Romani* nota hoc quidem loco esse possint, nescio quid sibi velint.

6606. P · M · SALONIEI · TI · F ‖ AED ‖ PAVIMENTVM ‖ D · S · P · F · C — Ferentino in Bibliothecam Vaticanam illatus. Vidi ipse.

6607. .... VNIO · C · ALBARENIVS · C · F · M · POMPONIVS · Q · F · PISANDER ‖ .... NIVS · L · F · TVLLAS · C · POMPONIVS · L · F · SCAPVLA · ADLEGATEI [1] ‖ *pon*TEM · FACIENDVM · D · D · S · [2] LOCARVNT · IDEMQVE · PROBARVNT — Patavii, in fornice pontis antiqui. Furlanetto, *lap. pat.* p. 82, n. LXXXIV.

1) Magistratus extra ordinem electi, quibus cura pontis exstruendi mandata erat. 2) De *Decurionum Sententia*.

6608. TABVLAR*i*‖VM PRINC ‖ M M [1] IMAG ‖ DOMVS DI-‖VINAE R*e*‖VOVATVM [2] ‖ *a*B VLPIO ‖ *a*NTONIN*o* ‖ ANCE · [3] ‖ OPTIO*ne* ‖ COH · PR · [4] ‖ ET · ADIV*t* ‖ DE SVO P ‖ TR*ib*VN M AVREL*i*‖VS AVRELI‖ANVS P P [5] — Lambaese. *Mém. des Antiquaires de France* XXI, p. 103.

1) PRINC*i*‖*paliu*M IMAG*(inum)* cet. vix audeo proponere, quamquam nihil aliud in mentem venit. Pauca tantum in fine intercidisse versibus sequentibus apparet. 2) Corr. RENOVATVM. 3) Fortasse nomen geographicum patriam Antonini indicans. 4) COH*ortis* PR*imae*, sc. legionis III Aug. — Cohortes legionum raro in monumentis commemorantur. 5) *Permissu Praesidis*. [Legendum videtur: TABVLARIVM PRINC*ipum* NN (i. e. *nostrorum*) IMAG*inibus* DOMVS DIVINAE R*en*OVATVM *a*B VLPIO ANTONIN*i*AN*o* E*x* OPTIO*ne* COH*ortium* PR*a*ET*oriarum* ADI*ectis* DE SVO *is* (i. e. *sestertium*) TR*ibus milibus* N*ummum* M. AVRELIVS AVRELIANVS *Primi Pilaris*. MOMMSEN.]

6609. *t · varenio* · PROBO [1] ‖ IIVIRAL · ITEM ‖ Q · Q · COL · [2] VAREN · PVDENS ‖ FL · COLONIARVM · ‖ EQ · P · PRAEF · COH · PA‖TRI · OB · STRATAM · AB ‖ EO · AREAM · DIMI*d*IAM ‖ IN · HONOREM · SVVM ‖ EX · S · S · L · N · L · D · D · D · [3] — Apuli. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 180.

1) Cf. Grut. 482, 1. 2) Sc. Apulensis. 3) i. e. ex HS. L. N.

6610. C · COESIVS ‖ TERTIVS · AVG ‖ PLATEAM · STRAVIT ‖ A · TERVIO · AD ‖ TERVIVM · PED ‖ ... OS · P — Saepini. Cod. Vat. 5241, p. 487. Mommsen, I. N. omisit.

6611. IN · H · D · D ‖ PLAT · PRAETOR [1] ‖ ARAM · QVI [2] ‖ ET · GENIVM ‖ SATTONIVS ‖ GRATVS · D · D ‖ IMP · ALEX · AVG · III · ET · DIONE · COS [3] — *Heddernheim*. Steiner, I. Rh. 239; I. Danub. et Rh. I, 635, ex Habel, *Annal. d. V. f. Nass. Gesch.* I, 1, p. 73; tab. V.

1) Cf. *plateam vici novi* et *(plateam) fori* Or. 181 et Steiner, I. Rh. 232, 233; I. Dan. et Rh. 634, 636, quae monumenta ibidem reperta sunt. 2) *Aram* interpretantur QVI*ntanam* a platea Quintana (v. l. l.); sed vellem ipse monumentum inspicere. [Num *aramque*? MOMMSEN.] 3) A. 229, quo Dio iterum fasces gessit. Imperatoris nomen abrasum est, sed adhuc legitur.

6612. MERCVRIO ‖ AVG · SACRVM ‖ M · AVRELIVS M · FIL ‖ PAP · AEMILIANVS Q · ‖ AEDIL · IIVIRV [1] STATVAM ‖ QVAM OB HONOREM II‖VIRATVS EX HS · V · MIL · N · ‖ POLICITVS EST POSVIT ‖ INLATIS REIP · LEGITIMIS ‖ HONORVM SVORVM ‖ SVMMIS ET ANTFORISTRA ‖ ... CVRAV · [2] IDEM

DEDICAVIT — Dianae. Hefner, *R. Inschr. mit Bemerkungen, Denkm. aus Algerien* II (*Abhandl. d. k. Baier. Akad. d. W., philos. Cl.* V, 2).

1) IIVIR quintum? nisi errore eius, qui titulum exscripsit, littera V in eum intrusa est. [Imo alter ex IIviris recte dicitur *duumvirum* absolute. Mommsen.] 2) Editor in apographo manu scripto ita legi affirmat: ATFORISTRAIIIRACVBX, quae sic interpretor: AT FORI STRA*tu*RAM HS X.

6613. C · OBELLIVS · C · F ‖ C · MARIVS · C · F ‖ IIII · VIR · I · D · S · S[1]) ‖ CREPIDINEM ‖ DE · SVA · PEQV ‖ F · C — Aeclani. Guarini, *alcuni spigolati archeol.* p. 5; Mommsen, I. N. 1120.

1) I . D . D . S . S Guar., i. e. *Iuri Dicundo, De Senatus Sententia*; fortasse rectius. [Nunc malim deleto puncto scribere: IIIIVIRI . D . S . S. Mommsen.

6614. L · LAMPONIVS · L · L · ONESIMVS ‖ P · CARMINIVS · P · L · LICINVS ‖ P · TERENTIVS · P · L · VEGETVS ‖ P · CARMINIVS · P · L · PRIMVS ‖ IIIIII VIRI ‖ VIAM · CVM · CREPIDINIBVS ‖ A QVADRVVIO · AD · MVRVM ‖ STRAVERVNT ‖ OB HONOR — *Trevigi.* Calogerà, *nuova Raccolta* VIII, p. 197.

6615. P · AVRVNCVLEIVS ‖ D · F ‖ C · MINVCIVS · C · F ‖ THERMVS · [1]) II · VIR ‖ VIAM · LAPID · SILIC ‖ EX · D · D · P · P · STERN ‖ CVR · IDEMQ · PROB — Inter Insulam Sorae et Castelluccio. Bull. Inst. Arch. 1839, p. 63; Mommsen, I. N. 4488.

1) Familia nobilis; consules enim annorum 561 et 690 Q. Minucius Thermus et C. Minucius Thermus fuerant.

6616. P · MINNIVS · P · F ‖ CLA · SALVIVS ‖ PRIMIP · DECVR · GRAT ‖ ORNAM · II · VIRALIBVS ‖ VIAS · CIRCA · AEDEM ‖ MINERVAE ‖ LAPIDE · TVRBINATO[1]) ‖ TESTAMENTO · STERNI ‖ IVSSIT — Concordiae. Bull. l. l. p. 135.

1) Cf. Bull. 1846, p. 23, et ad Or. 3304.

6617. //////////////////////////// ‖ L · CALPVRNIO · PISONE · COS[1]) ‖ EX · C · C · P · P · [2]) VIAM · SILICE ‖ STERNENDAM · A · PORTA ‖ CAMPANA · AD · FORVM ‖ P · SPELLIVS · P · F · SPELLIANVS ‖ SABINVS · Q ‖ C · SATTIVS · C · F · CALATRO · II · Q ‖ CVRAVERVNT — Casini. Mommsen, I. N. 4246, ubi v. ceteros.

1) Ob erasum versum primum anno 57 p. Chr. monumentum Mommsen assignavit; eo enim anno Nero cum L. Pisone consulatu functus est. 2) EX *Conscriptorum Consulto Pecunia Publica*; cf. l. l. 4221.

6618. *h*ANC · VIAM · DERECTAM[1]) ‖ PER · ATIVM · CENTVRION · POST ‖ SENTENTIAM · DICTAM · AB · A · PLAVTIO ‖ LEGATO · TI · CLAVDI CAESARIS AVG ‖ GERM · ET · POSTEA · TRANSLATAM A ‖ RVNDICTIBVS · [2]) IN FINES · C · LAECANI ‖ BASSI · RESTITVIT · IVSSV · TI · CLAVDI ‖ CAESARIS AVG · GERM · IMPERATORIS ‖ L · RVFELLIVS · SEVERVS · PRIMIPILARIS[3]) — Rep. prope *Materiam* haud longe a Tergeste, nunc in Mus. Tergestino. Kandler, *Esplorazioni di antichità nella città e nell' agro tergestino* n. 10, p. 3; vidit Mommsen, cuius apographum dedi.

1) Primi versus dimidiae tantum litterae exstant. 2) Ita M.; K . V . . . ‖ RVNDICTIBVS. 3) De re cf. Liber colon. I, *R. Feldmesser* I, p. 251, ed. Lachm. cet.

6619. IMP · CAES · L · SEPTIMIVS ‖ SEVERVS · PIVS · PERTINAX ‖ AVG · ARABIC · ADIABENIC ‖ PARTHIC · MAXIM ·

PONTIF ‖ MAXIMVS · TRIB · POT · $\overline{VIIII}$ ‖ IMP · $\overline{XI}$ · COS · $\overline{II}$ · P · P · DESIG · $\overline{III}$ 1) ‖ PROCOS · ET ‖ IMP · CAES · M · AVRELIVS · ANTONINVS ‖ · PIVS · AVGVST ‖ TRIB · POT · $\overline{IIII}$ · DESIGNAT · COS ‖ PROCOS · ET ‖ P · SEPTIMIVS · GETA · NOBILISS ‖ CAES 2) ‖ MVRVM · AD DEFENSION · VIAE · VETVSTATE CON‖LABSVM RESTITVERVNT — In R. Museo Neapol. Mommsen, I. N. 6270. Pertinet ad viam a Neapoli Puteolos ducentem; cf. l. l. 6269.

1) A. 201. 2) Litterae punctis insignitae de consilio deletae sunt.

6620. IMP · CAES · DIVI ‖ NERVAE · F · NER‖VA · TRAIANVS ‖ AVG · GERMAN ‖ DACICVS · PONTIF · ‖ MAXIMVS · TRIB ‖ POTESTATIS · $\overline{XV}$ · IMP ‖ VI · COS · V · P · P · 1) SVB‖STRVCTIONEM · CON‖TRA · LABEM · MONTIS ‖ FECIT 2) — Interocrii sub porta principali civitatis; olim apud *S. Quiricum*, ubi re vera rupes excisa est (Guattani, *Mon. Sab.* II, p. 267), titulum positum fuisse pro coniectura eorum, qui substructio illa ubi fuerit inquirebant, Mommsenius habet, qui ipse lapidem vidit (I. N. 6261) quaeque nunc desunt ex exemplo Fabrettiano (400, 292) explevit; de ceteris v. apud eundem.

1) A. 111. 2) Urlichsius (Ann. Inst. Arch. 1838, p. 300) falso tituli exemplo deceptus est; cf. l. l.

6621. IMP · CAES · T · AELIO ‖ HADRIANO ANTON ‖ AVG · PIO · P · P · IIII · M · AVRELIO · CAESARE · II ‖ COS · 1) PER · PRASTINAM ‖ MESSALINVM · LEG ‖ AVG · PR · PR · VEXILL ‖ LEG · VI · FERR · VIAM ‖ FECIT — *Tecoult* in monte *Djebel-Acores*. Rest. Mommsen, Bull. Inst. Arch. 1852, p. 107.

1) A. 145.

6622. *l · dasumius p · f · stel · tullius tuscus cos* 1) ‖ *th*ERMAS · MVNICIPI · T*arquiniensi*S · QVAS · P · TVLLIVS 2) ‖ PATER · EIVS · COS · AV*g* · *legato* · *s*ESTERTIO · TER · ET · TR ‖ TESTAMENTO · F*ieri* · *iussera*T · ADIECTA · PECVNIA ‖ AMPLIATOQV*e* · *ope*RE · PERFECIT — Tarquiniis, in parte aversa titulorum n. 5134 et 6048. Bull. Inst. Arch. 1830, p. 199; rest. Borghesi, ibd. p. 201.

1) Cf. n. 6051. 2) P. Tullius Varro, n. 6497.

6623. FABIVS MAXIMVS V C ‖ RECT PROV 1) THERMAS ‖ SABINIANAS RESTITVIT ‖ CVRANTE ORDINE SPLENDIDISSIMO THELESINORVM — Telesiae. Mommsen, I. N. 4850.

1) Samnii.

6624. FABIVS · MAXIMVS · V · C ‖ RE*ct*OR · PROVINCIAE ‖ THERMAS · SILVANI · VETVSTAT ‖ CONLAPSAS · RESTITVIT ‖ CVRANTE · NERATIO · CONSTA*nte* ‖ PATRONO · SVMTV · PROPIO (sic) — Saepini. Op. cit. 4926.

6625. SER · CORNELIVS · SER · F · DOLABELLA · METI*lianus* ‖ BALINEVM · SOLO · SVO · S · P · AEDIFICAVIT · ET · CO · · ‖ M · ATILIVS · BRADVA COS · 1) ET · M · ACILIVS · AVIOLA · COS · 2) BON · · · · 3) ‖ DOLABELLAE · METILIANI ·

IN · HOC · OPVS · DEDERVNT · HS · CENT*ena* ‖ RES · P · ET · POPVLVS · CORFINIENSIS · DATIS · HS · CIII · N · CONSVMMAVIT · CV‖*rante* . . . . . T · F · SER · MAXIMO — Corfinii. Op. cit. 5358, ubi vide.

1) A. 108. 2) Mommsenius *Manium* Acilium Aviolam cos. a. 122. indicatum esse credit, qui inter Acilios Aviolas consulatu functos Braduae proximus est; quam sententiam si minus probaveris, incertae aetatis consulem M. Aviolam habere necesse est. 3) Quum litterae BON certo in inscriptione exstare videantur, nec Dolabellae nomen genitivo casu positum ab eo vocabulo seiungi possit, nihil aliud equidem supplendum habui nisi *bonorum curatores*, valde tamen incertum. [Magis probaverim equidem *bonorum possessores*, id est heredes iure praetorio; Dolabellam enim opus non perfecisse apparet, ut 2 extr. videatur fuisse CO*epit*. MOMMSEN.]

6626. IMP · CAES · M · ANT · GORDIA‖NVS · P · F · AVG · BALNEVM · CVM ‖ BASILICA A *so*LO · INSTRVXIT ‖ P*e*R EGN · LVCILIANVM · LEG · AVG ‖ PR · PR · CVR*an*TE · M · AVR ‖ QVIRINO PRE*f* COH Ī L GR [1]) — *Lanchester*, *Durham*. *Philos. Transact.* XXII, p. 657, n. 266; XXX, p. 827; Lysons, Reliq. Rom. I, pl. IV.

1) Nomen cohortis parum liquet; fortasse L*i*G*u*R; vel L*igurum* G*o*R*dianae*, ut n. 976.

6627. EX IVSSV DEI ‖ APOLLINIS FON‖TEM AETERN M VLP ‖ PROCVLINVS ‖ SPECVLATOR ‖ LEG · XIII G GORDIA-‖NAE A SVO [1]) RESTI‖TVIT — Apuli. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 180.

1) Corr. A SOLO.

6628. · · · O · · · ‖ PROPAGATORI ‖ CONSERVATORI ‖ ET GENIO FONTIS ‖ EXCEPTORIVM ‖ QVOD EFICILIVS FELIX · V · E · PATER ‖ EXTRVXIT ‖ FEICILIVS S*ecun*‖DVS FILIVS ‖ V · S · L · A — *Mercanda* (Verecundae) prope Lambaesin. *Mém. des Antiquaires de France* XXI, p. 121. Nomina corrupta sunt.

6629. C · FANNIVS ‖ CORNELIVS ‖ CALLINICVS ‖ ET · ALLIA · IRE‖NE CISTER‖NAM · SVA ‖ PECVNIA ‖ FECERVNT — Rep. Romae, nunc *Caserculi* in aedibus marchionis a Balneo. Exscr. Rocchius.

6630. . . . . ‖ INVICTISSIMIQVE · PRINC ‖ D · D · D · N · N · N · VALERIANO ‖ VALENTI ET GRATIANO · AVG ‖ FL ANTIGONVS · V P · P P [1]) ‖ COLYMBVM NEMVS VETVSTATE · LAP‖SVM TESTACIO PICTVRIS AC STATVIS ‖ CVM OMNI CVLTV ADOR*navit* — Romae, in Mus. Vat., ubi vidi ipse.

1) *Vir Perfectissimus PraePositus*, ut praepositum thermarum Constantinianarum habes in titulo n. 6526.

6631. D M ‖ C · INGIVS [1]) IVSTINVS ‖ FECIT · PISCINAM IN HOR‖TO AELIAE LICINIAE ‖ COIVGI INCOMPARA‖BILI ET SIBI — Salonae. Lanza, *lap. Salonit.* p. 125, n. CIV.

1) Num CINCIVS?

6632. L · MENACIVS · L · F · VEL ‖ PRISCVS ‖ EQVO · PVB · PRAEF · FABRVM · AED ‖ ĪĪVIR · IIVIR · QVINQ · TRIB · MIL ‖ FLAMEN · AVGVSTOR · PATRON COLON ‖ AQVAM · AVG · IN · SVPERIOREM ‖ PARTEM · COLONIAE · ET · IN · INFERIOREM ‖

INPENSA · SVA · PERDVXIT · ET · IN · TVTELAM ‖ EIVS · DEDIT · HS · $\overline{CCCC}$ — Polae. *Archeografo Triestino* I, p. 409.

6633. M · AVRELIO · MASCVLO ‖ V · E · ‖ OB · EXIMIAM · PRAESIDATVS ‖ EIVS · INTEGRITATEM · ET ‖ EGREGIAM · AD OMNES · HOMINES ‖ MANSVETVDINEM · ET · VRGENTIS ‖ ANNONAE · SINCERAM · PRAEBITIONEM ‖ AC · MVNIFICENTIAM · ET · QVOD · AQVAE ‖ VSVM · VETVSTATE · LAPSVM · REQVI‖SITVM · AC · REPERTVM · SAECVLI ‖ FELICITATE · CVRSVI · PRISTINO ‖ REDDIDERIT ‖ COLLEG · III ‖ QVIB · EX · S C · C · P · EST [1]) ‖ PATRONO · DIGNISS — Prope amphitheatrum Cemeneliense (*Cimiez*). Murat. 472, 3; *Mém. de Antiquaires de France* XX, p. 78.

1) COLLEG*ia tria* QVIB*us* EX *Senatus Consulto Coire Permissum* EST.

6634. MVMMIVS NIGER ‖ VALERIVS VIGETVS [1]) CONSVLAR ‖ AQVAM · SVAM VIGETIANAM QVAE ‖ NASCITVR IN FVNDO ANTONIANO ‖ MAIORE P · TVLLI VARRONIS [2]) CVM EO LOCO ‖ IN QVO IS FONS EST EMANCIPATVS *d*VXI*t* ‖ PER MILLIA PASSVVM VDCCCCL IN VIL‖LAM SVAM CALVISIANAM QVAE EST ‖ AD AQVAS PASSERIANAS [3]) SVAS COMPARA‖TIS ET EMANCIPATIS SIBI LOCIS ITINERI‖BVSQVE EIVS AQVAE A POSSESSORIBVS ‖ SVI CVIVSQVE FVNDI PER QVAE AQVA ‖ A S X [4]) DVCTA EST PER LATITVDINEM STRVCTV‖RIS PEDES DECEM FISTVLIS PER LATITVDI‖NEM PEDES SEX PER FVNDOS ANTONIAN ‖ MAIOREM ET ANTONIANVM MINOR*em* ‖ P TVLLI VARRONIS ET BALBIANVM ET ‖ PHELINIANVM A VLCEI COMMODI [5]) ‖ ET PETRONIANVM P·TVLLI VARRONIS ‖ ET VOLSONIANVM HERENNI POLYBI ‖ ET FVNDANIANVM CAETENNI PROCVLI ‖ ET CVTTOLONIANVM CORNELI LATIALIS ‖ ET SERRANVM INFERIOREM QVINTINI ‖ VERECVNDI ET CAPITONIANVM PISTRANI ‖ CELSI ET PER CREPIDINEM SINISTERIORE*m* ‖ VIAE PVBLICAE FERENTIENSES (sic) [6]) ET SCIRPI-‖ANVM PISTRANIAE LEPIDAE ET PER VIAM ‖ CASSIAM IN VILLAM CALVISIANAM SVAM ‖ ITEM PER VIAS LIMITESQVE PVBLICOS ‖ EX PERMISSV S · C — Viterbii in specu aquaeductus antiqui. Bull. Inst. Arch. 1829, p. 175; *Nouvelles Annales* I, p. 34; Orioli, *Viterbo ed il suo territorio*, Roma, 1849, p. 97 seqq.

1) Ita correxit Borghesius (Ann. I. I. p. 176), qui ignotum hunc consulem filium esse suspicatus est Q. Valerii Vegeti cos. suff. anno 91 ex matre Mummia quadam. 2) In apographo priore Oriolius scripsit IVLII; sed notus est P. Tullii Varronis titulus, quem Muratorius 751, 5 Viterbii exstare dicit (cf. Grut. 476, 3). Eius filius est Tullius Varro Varronis filius, cuius monumentum Tarquiniis repertum habes n. 6497. — Vocem sequentem CVM parum equidem intelligo, quum particulae EX necessario ibi locus esse videatur; quamobrem VCEX *(viri clarissimi ex)* fortasse scribendum est. 3) *Fervidi fluctus passeris*, Mart. epigr. VI, 42, 6; cf. Tabul. Peuting. et nunc Dennis, *cities and cemeteries of Etruria*, I, p. 211. 4) Oriolius antea scripserat: SVBDVCTA, nunc autem ASX in lapide legi affirmat litterasque eas ita explicandas esse proponit: A *Sulcis (Specubus, Scaturiginibus)* X. — Ego sive EA, sive SVA in lapide legi suspicor, si re vera SVB ibi non legitur. [Fortasse

A . S . ADDVCTA, id est *ante scripta adducta.* MOMMSEN.] 5) AeLii CEIonii COMMODI? — L. Verum Augustum, quem pater ab Hadriano adoptatus esset, L. Ceionium Aelium Aurelium Commodum nominatum esse constat (Eckhel, D. N. VII, p. 87); quem si quis in hac inscriptione commemoratum esse crediderit, a ratione certe temporum id minime abhorret, si Mummium Valerii Vegeti filium et Tullium Varronem iuniorem potius quam seniorem hic nominatos esse credere licet. 6) Intellige Ferentum, civitatem prope Viterbium sitam.

6635. IVL · TEP · MAR [1] ‖ IMP · CAESAR ‖ DIVI · F ‖ AVGVSTVS ‖ EX · S · C ‖ XXV ‖ PED · CCXL — Romae. Fabr. 660, 506 ex Grut. 1019, 10.

1) Ad eandem aquam Iuliam Tepulam Martiam pertinent nn. 509 et 510 plane similes; cf. Fabr. de Aquis cet. p. III: *iugera* XXV *pedum* CCXL.

6636. IMP · CAESAr ‖ DIVI · F · ‖ AVGVSTVS ‖ EX · S · C · ‖ ꝏ C ↀ II · P · CCX ↀ [1] — Tibure, in aedibus Sabbi-Colonna. Mommsen, *Ztschr. f. gesch. RW.* XV, 3, p. 392. Vidi ipse.

1) 1152 iugera pedum 240.

6637. I SVB · IVLIO · CAS‖TINO · [1] LEG · LEG · I · M ‖ CVRA · PETRONI · ‖ AQVILAE Ↄ EVR‖NVS · EACTVS AR‖VAL · [2] AM · AN · DILC ‖ CENTE [3] · · · · · · · · · ‖ AVG · COS [4] · · · — Rep. prope *Iversheim* ad flumen *Erft*, nunc in Museo Bonnensi. *Rh. Jahrbb.* V. VI, p. 321, n. 102, Overbeck, *Katalog* n. 120, p. 58.

1) CASI‖TINO Ov. 2) Expl. *furnus factus arvalis*, quam interpretationem Lerschius (*Rh. Jahrbb.* l. l.) ipsa natura ruderum, in quibus saxum repertum est, confirmare conatur. Res tamen valde incerta. 3) DL·‖CENTE Ov. De explicandis vocibus AM. AN. nihil mihi constare confiteor. 4) Pars posterior versus 7. de consilio erasa est, unde Lerschius Alexandri nomen ibi supplendum esse credidit, qui Elagabalo interempto solus fasces gessit. Sed Overb. post AVG lacunam indicat. AVG . . . COS . . . . Omnia igitur maxime incerta sunt.

6638. SERBILIO PVDENTE ‖ ET FVFIDIO POLLIONE ‖ COS [1] CAESVRA [2] CLA ‖ HIER [3] ATTICI ET APOLLO‖NI LVPI · · · · · · — Romae. Doni cl. II, 166; Mur. 336, 2.

1) A. 166. 2) Lapicidinas Parias indicatas esse Borgh. credidit; Ann. Inst. Arch. 1843, p. 343. 3) Corr. HER, l. l. — Est notissimus ille Claudius Herodes Atticus.

6639. C · PONTI‖VS C · F · VOL ‖ PRISCVS ‖ AED · PORTIC ‖ ANTE BASILI‖CAM SILICI ‖ S · P · F · C ‖ L · D · D · D — *S. Maria a Faifoli*, ubi Fagifulanos Plinii (III, 12) sedem habuisse Caraba asserit. Ann. Inst. Arch. 1854, p. 22, n. 15.

6640. · · COELIVS LAETI FIL ‖ LAETVS ET ‖ M · COELIVS SVLLAE FIL ‖ PACATVS AED ‖ SVPER QVANTITATEM ‖ EX MVLTIS REDACTAM ALTE‖RA TANTA DE SVO EROGATA ‖ PECVNIA POSVERVNT ‖ L · D · D · D — *Nabal.* Hefner, *R. Inschr. mit Bemerk. Algerien* n. XXXIV (*Abhh. d. k. baier. Akad. d. W.* V, 2); minus recte Grenville Temple, *Excursions in the Mediterranean* II, p. 303, 5 et *Revue Archéol.* VI, 1, p. 141.

6641. M · HERENNIVS · M · F · GALLVS ‖ Q · VESERIVS · Q · F · DVO · VIR ‖ QVINQ ‖ D · D · S · F · C · EIDEMQ · PROB ‖ ARCITECTVS · HOSPES · APPIAI · SER — Caiatiae. Mommsen, I. N. 3918.

CAPVT XIII.

VECTIGALIA.

FISCVS. PATRIMONIVM CAESARVM. FRVMENTVM PVBLICVM. PVERI ALIMENTARII CET.

N. 3333, est PVB*lico*; titulus tamen ut Hispaniensis suspectus et certo vel interpolatus vel male exscriptus.

N. 3335: de hac quoque inscriptione certum iudicium proferre non audeo; Fabrettius ex schedis Barberinis eam desumpsit.

N. 3338, v. corr. apud Mommsen, I. N. 3674, qui restitutionem Hagenbuchii ita confirmat, ut in v. 2. pro prima voce VICENS legerit VICES, deinde vero pro LIBERT, LIBERTATIS.

N. 3343, v. 7. GALL; v. 8. PRAESENT C (res minoris momenti omisi), Giovanelli, *über die in d. k. k. Bibl. zu Innspruck befindliche Ara Dianae, Botzen*, 1824.

N. 3346 = 1239.

N. 3347; cf. Mommsen, *Epigr. Anall.* 15, p. 309 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850), de aliis huius tituli exemplis, in quorum altero Commodi nomen erasum, in altero in loco erasi nomen Alexandri repositum erat; An. Einsiedl. n. LII. Not. 1. TE fuisse videtur Ŧ.

N. 3351: pro PR . PRAET . V . lege PR . PR . E . V, i. e. PR*aefecti* PR*aetorio Eminentissimi Viri*; Mommsen, I. N. 4916; pro FISCALIA cet. l. QVINQVE FASCALIS cet.; Bull. Inst. Arch. 1852, p. 174, et Mommsen, Ep. Anall. n. 20. (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1853); cf. nostrum n. 6509.

N. 3354: priorem partem addidit Furlanetto, *lap. Pat.* n. CCLIII, lapidemque Capodistriae repertum in Museo Estensi Catalii exstare docet: DIS MANIBVS ‖ EVPHEMI . AVG ‖ LIB . TABVLARI ‖ HARMONIA . ET . GYMNAS ‖ FILIAE . PIISSIMO . PATRI cet.

N. 3361 = 3935.

N. 3363, susp.; cf. Mommsen, *Inschr. v. Ameria, Ber. d. S. Ges. d. W.* 1849, p. 270.

N. 3366: C . ALFIO . C . FIL ‖ SER . CLEMENTI; v. 4. AEDILI . Q; in fine S . C . L . D . Versuum ordinem aliasque varietates minoris momenti omisi. Ipse vidi; cf. Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 41.

6642. L · MARIO · L · F · QVIR · PERPETVO ‖ PONTIFICI[1] ‖ PROCVRATORI · PROVINCIARVM ‖ LVGVDVNENSIS · ET · AQVITANICAE ‖ PROCVRATORI STATIONIS HEREDITAT ‖ PROCVRATORI · XX · HEREDITATIVM ‖ PROCVRATORI · PATRIMONI ‖ PROCVRATORI · MONETAE ‖ PROMAGISTRO HEREDITATIVM ‖ Q · MARCIVS DONATIANVS · EQVES ‖ CORNICVLARIVS · EIVS — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* VII, 5, p. 236.

1) sc. minori Romae.

6643. T · AELIO · AVG · LIB · ‖ AGATHOPO · PROC · XX · ‖ HEREDIT · SVLPICIA ‖ THALLVSA · CONIVGI ‖ BENE MERENTI · ET ‖ HEREDES ‖ FECERVNT — Romae. Iahn, *Specimen* p. 24, 2.

6644. DIS · MANIBVS ‖ EPITYNCHANI · CAES ‖ N · SER · CANDIDIAN ‖ QVI EXIEBAT · 1) IN OFFICIO ‖ ASIAE · ARK · XX · HERED — Messanae. Gervasio, *Iscr. messinesi* I.

1) i. e. decessit; Gerv. l. l. p. 19.

6645. D M ‖ QVINTIO · ‖ VERNÆ · AVG ‖ VILICO · ET ‖ ARCARIO · XX · HER · IVLIA · HELIIPIS · CONIVGI ‖ B · M · P — Salonis. Misit Sablyar.

6646. D · M ‖ T · FLAVIO · AVG · L ‖ IANVARIO ‖ ADIVTORI TABVLAR ‖ XX · HEREDITATIVM ‖ VIX · ANN XXVI ‖ FLAVIA · EROTIS ‖ PATRONO ‖ IDEM · CONIVGI ‖ BENEMERENTI ‖ FECIT — Romae, in Mus. Cap. Grut. 590, 10; Guasco 289; vidi ipse.

6647. MERCVRIO ‖ SAC ‖ DONATVS ‖ PVB · XX · LIB ‖ SER · VILICVS ‖ V · S · L · L · M — *Finthen* prope Mogontiacum. Klein, *Ztschr. d. A. V. f. Mainz* I, 2, p. 218, n. 73; Steiner, I. R. Danub. et Rheni I, 558.

6648. DIS · MANIB ‖ IVLIAE ‖ DEMETRIAE ‖ PRISCVS · AVG · L ‖ PROC · IIII · P · AFR 1) ‖ ET · XXXX · GALLIAR ‖ CONIVG · SANCTISS — Rep. Antii, nunc in hortis Vaticanis. Cardinali, *Dipl.* p. 25, n. 31; ipse vidi.

1) Cf. Mar. Arv. p. 551, et titulos sequentes.

6649. L · CANINIO · P · F · VALENTI ‖ PROCVRATORI · IIII ‖ PVBLICORVM · AFRICAE ‖ PVB · CANINIVS · C · F ‖ SIBI · ET · FILIO ‖ V · F — In agro Astensi. Mur. 787, 1.

6650. DIS · MAN ‖ Q · SAENI · Q · FIL · FAB ‖ POMPEIANI ‖ COND · IIII · P · AFR 1) ‖ FVFICIA · CLYMENA ‖ VXOR ‖ PROSDECTVS · ET · TRYPHERVS ‖ LIB — Cippus magnus ex aedd. Farnesiorum Romanis in R. Mus. Neapolitanum translatus. Mur. 849, 1; 2076, 2; Mommsen, I. N. 6897. [Ad hunc pertinet epistula Frontonis commendaticia ad M. Caes. 5, 34 = 49: *Saenius Pompeianus in plurimis causis a me defensus, postquam publicum Africae redemit, plurimis causis rem familiarem nostram adiuvit.* Mommsen.]

1) CONDuctoris *quattuor* Publicorum AFRicae; Marini, Arv. p. 551.

6651. MVSICO · TI · CAES · AVGVST ‖ SCVRRANO · DISP · AD FISCVM · GALLICVM ‖ PROVINCIAE · LVGDVNENSIS ‖ EX · VICAR IS · EIVS · QVI · CVM · EO · ROMAE · CVM ‖ DECESSIT · FVERVNT · BENEMERITO ‖

VENVSTVS · NEGOT	AGATHOPVS · MEDIC	FACILIS · PEDISEQ
DECIMIANVS · SVMP	EPAPHRA · ABARGENT	ANTHVS · AB · ARG
DICAEVS · AMANV	PRIMIO · AB · VESTE	HEDYLVS · CVBICV
MVTATVS . AMANV	COMMVNIS · A · CVBIC	FIRMVS · COCVS
CRETICVS · AMANV	POTHVS · PEDISEQ	SECVNDA
	TASVS · COCVS	

— Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani. Ded. des Iardins; ipse vidi, neque tamen exscribere licuit.

6652. *imp* · *seve*RO AL*exand*RO · *p*IO ‖ *fel* · *aug* · L · AVFIDIO MARCELLO II COS[1] ‖ SPLENDIDISSIMI VECTIGALIS MASSAE ‖ FERRARIARVM ‖ MEMMIAE SOSANDRIDIS C · F · QVOD ‖ AGITVR SVB CVRA ‖ AVRELII NEREI SOC · · · VECTIGALIS[2]) — Lugduni. Maff. Ant. Gall. p. 67; Mur. 356, 2.

1) A. 226. 2) Cf. Mommsen, *Epigr. Anall.* 22 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1853), p. 246, et n. 7253.

6653. PROC · VECTIGALIOR · POPVL · R · QVAE SVNT · CITRA · PADVM legitur in titulo Grut. 402, 4.

6654. P · AEL · P · FIL · PAP · STRE‖NVO · EQ · P · SACERD ‖ ARAE · AVG · AVGVRI · ET ‖ II · VIRAL · COL · SARM ‖ AVGVR · COL · APVL · DEC ‖ COL · DROB · [1]) PATRON · COLLEGIOR · FABR ‖ CENTONAR · ET ‖ NAVTAR · CONDVC[2]) ‖ PASCVI · SALINAR ‖ ET · COMMERCIOR ‖ RVFINVS · EIVS — Apuli. Neigebaur, *Dacien* p. 161, n. 269.

1) *Drubetis*, Tab. Peut.; cf. Forbiger, Geogr. III, p. 1109. 2) CONDVC*tori*.

6655. ISIDI ‖ AVG ‖ SACRVM ‖ MARTIALIS ‖ FIRMINI ‖ Q · SABINI ‖ VERANI ‖ T · P[1]) ‖ CONDVC ‖ PORTORI ‖ ILLYRICI ‖ APIARI · VIC[2]) ‖ VOTO ‖ SVSCEPTO — Poetovione. Grut. 83, 5; cf. 6429.

1) Corr. P . P, *primipilaris*. 2) Martialis igitur fuit vicarius Firmini, qui apiarius fuit Sabinii Verani. [Omnino pro APIARI scribendum ARKARI. Mommsen.] — Hac inscriptione collata explica titulum sequentem:

6656. NYMPHIS ‖ AVG ‖ ERVCTVS[1]) ‖ Q · SABINI VERANI ‖ C · P · P · [2]) SER · VILIC ‖ POSVIT — Muro balnearii *Tepliciensis* insertus. *Alterthth. d. Oestr. Monarchie* (*Wiener Jahrbb.* 1829, XLVIII, *Anzeigebl.*) n. 304.

1) l. FRVCTVS. 2) *Conductor Portorii Pannonici.*

6657. MEMORIAE ‖ AVRELI · CA*e*‖CILIANI · PRA*e*‖POSITI · VECTIG‖ALIVM · POSVI*t* ‖ EPICTETVS ‖ ALVMNVS — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* VII, 25, p. 272.

6658. RISILLI · VT‖I · E · LVCIANO ‖ REGN · [1]) ILLR ‖ TABVLARIO · VECT · ILLR ‖ CVM · FELI‖CISSIM ‖ III ‖ AVG · M · [2]) LIB — Poetovione. Muchar, *Steierm.* III, 400; idem I, 410 ita scripsit: v. 1. RISVL; v. 2. LVCCAN; v. 3. REGNI · ILLIRIAE; v. 5. ILLYR; v. 7. FELICISSIMO; v. 9. M · IL · · ex interpolatione, ut videtur.

1) Cf. *regnum Noricum*, Or. 495. [In lapide fuerit REGIoN. Mommsen.] 2) Fortasse *Nostri*? — Ex titulo quamvis male descripto *regnum* tamen *Illyricum* et *vectigal Illyricum* desumere licet.

6659. IMP · CAESAR ‖ DIVI · TRAIANI ‖ PARTHICI · F · DIVI ‖ NERVAE · NEPOS ‖ TRAIANVS · HADRIANVS ‖ AVG · PONT · MAX · TRIB ‖ POT · VII · COS · III[1]) ‖ VIAM · APPIAM · PER ‖ MILLIA · PASSVS ‖ XV · ƆCCL · LONGA ‖ VETVSTATE AMIS‖SAM · ADIECTIS ‖ HS · XI·XLVII · AD ‖ HS · ƆLXIXC·

QVAE ‖ POSSESSORES · AGRO‖RVM · CONTVLERVNT ‖ FECIT[2]) — Ad lapidem XLIV viae, quae Neapoli Barium ducit, haud longe ab Aeclano distantem. Ann. Inst. Arch. 1844, p. 85; Mommsen, I. N. 6287, ubi v. de aliis lapidibus similibus numero tantum miliariorum ab hoc distinctis. Vidit nuper Brunnius.

1) A. 123 vel 124. 2) Cf. Ann. l. l. et Bull. Inst. 1847, p 176. Monumentum propter tutelam viarum possessoribus impositam hic referendum esse censui; cf. *ordinarium vectigal tutelae viae* n. 5186. — Contra *vectigal viae silici stratae* a peregrinatoribus, ni fallor, pendendum civitati cuidam ab imperatore concessum v. n. 7170.

6660. PARTES ‖ INTRORSVS · AD ‖ VIAM · CAMPANA[1]) ‖ VERSVS · AD · PROXIM ‖ CIPPVM · PROPRIVS · IN ‖ LOCO · PROPRIO · HORTORV ‖ COCCEIANORVM · ONERI ‖ FERVNDO · VIGILIARIO[2]) ‖ QVOD · EST · HORTORVM ‖ TITIANORVM · NONIÆ · C · F ‖ R · R · L · P · LVI[3]) — In ripa Tiberis extra portam Portuensem, 2 m. p. ab Urbe, cippus, qui in duobus lateribus eandem exhibet inscriptionem, maioribus autem litteris scriptam in latere ad flumen converso. *Atti dell' Accad. pontif. d'Archeol.* IX, p. 471. Frustra lapidem quaesivi.

1) Cf. Suet. Aug. 94; Mar. Arv. XLIII; Mur. 703, 3. Grut. 374, 5 cet., quaeque de illa via protulit Biondius l. l. 2) Idem de vigilibus cogitat in ripa Tiberis extra Urbem constitutis, approbante Prellero *die Regionen der Stadt Rom*, p. 97. Ego de inscriptione satis difficili nihil certi affirmarim. 3) *Recta Regione Longum Pedes* LVI.

6661. PVBLICVM ‖ INTERAMNITVM ‖ VECTIGAL ‖ BALNEARVM — Rep. in ruinis thermarum Castronovanorum, prope Interamnam Praetuttianorum. Bull. Inst. Arch. 1833, p. 114. Mommsen, I. N. 6152.

6662. D · M ‖ L · AVRELIO · TYCHENIANO ‖ L · AVRELIVS · STEPHANVS · PATER ‖ FILIO DVLCISSIMO ET PIENTISSI‖MO BENEMERENTI FECI TITVLV*m* ‖ *t*YCHENIANVS DICIT FATIS AB‖*r*EPTVS · HIC · IACEO RELIQVI TRI‖*bu*M INGENVAM · FRVMENTVM ‖ *publ*ICVM · ET · AENEATORVM[1]) ‖ *haec quicun*QVE · LEGET · NOL*o* ‖ *experiatur · eum · lu*CTVM · SIC‖*ut · pater expertus · est* — Romae, ad D. Pauli extra muros. Mar. Arv. p. 170; corr. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 229, ubi cf. Mommsenium.

1) Mommsenius *aeneatores* pro collegio militari habet, l. l. p. 232; cf. tamen *aeneum frumentum* Cod. Theod. XIV, 25, 1; Garrucci, *piombi del card. Altieri*, p. 15, parum caute inscriptiones laudat Fabrettianas 678, 40—42 e schedis Barberinis et Vaticanis desumptas et aperte sive falsas sive interpolatas, in quibus *aeni* mentionem repperisse sibi visus est. — De frumento publico cf. etiam quae ipse exposui, Ann. Inst. Arch. 1844, p. 22 sqq. Ex inscriptionibus autem ibi et ab Or. 3358. laudatis has placet afferre:

6663. D · M ‖ C · VIBIVS · C · F · CELER ‖ VIX · ANN · IIII · MENSB ·[1]) XI ‖ FRVM · AC · D · VI · OSTIO · XV ‖ VIBIVS · CELER · F · SVO — Fabr. 234, 617 [Non est plane certae antiquitatis; v. I. N. 6915. MOMMSEN.] et: C · SERGIVS · C · F · ALCIMVS ‖ VIXIT · ANN · III · MENSIB · III ‖ DIEBVS · III ‖ FRVMENTVM · ACCEPIT ‖ DIE · X · OSTIO · XXXIX ‖ SERGIVS · ALCIMVS · F · SVO — ibd. 235, 618.

1) corr. MENSB.

germanic) IIII

ii cos[1]

ex propos IIO LIGVRES . BAEBIA'[2]

nenta *a*CCIPIANT

ROCE FVND VALERIANI VASCLIANI CVM	HS C
NIS PAGO MARTIALE ADF RVTILIO LVPO	
L IN HS	
PRIMIGENIO FVND DECIANI PAGO MAR	HS L
F CAES N AEST HS XXX F HS	
TO FVND CAMVRIANI PAGO ROMANO	HS XXV
ADF REIP LIGVSTINOR ET POP AEST	
S	
ICIONE FVND CALANI CVM PARIET ADF	HS LXXV
XXXV IN HS	
TIALE FVND AVRELIANI MARCIANI	HS CC
ANO AEST HS LXXXXII F HS VIII	
IO FVND ANTIQVI ADF VILLIO FLACCO	HS CL
[8]) IN HS ITEM OBLIG VIIII	
II PAGO SALVTARI VILLIO FLACCO	
HS IIII F HS LXXV IN HS VI	
ATE FVND HERCVLEIANI ADF CAES N	HS LXXXVIIS
[9]) IN HS II · ITEM OBLIGATIONE VIIII	
PAGO S · S · ADF MARCIO RVFINO	
N HS F HS XXXX IN HS III	
BIANORVM FVND IVLIANI MAIORIS	HS CCL
T MEDIANI LABEONICAE TVRRICVLAE	
HS X	
ORE FVND MANLIANI PAGO FASCIANO	HS CCC
ANI ADF CAES N AEST HS LXXXXIIX	
FVND MARCIANI AEST HS XLV	
F HS CXXXIII IN HS XII	
E FVND ANTONIANI CVM CASA PAG	HS CXLIS
ADF RVTILIO LVPO AEST HS XL	
ITEM FVND POSTVMIANI PAGO	
I DECIANI AEST HS XXX IN HS II	
HS VCLX	
O FVND PETILLIANI CVM CASIS ET PA	HS CCXXV
HERCVLANI AEST HS C IN HS VIIII	
VND TERENTIANI PATERNI ADF	HS CCL
AEST HS C IN X	

LO FVND ALBIANI PAG ALBANO ADF	HS XXV
IO AEST HS $\overline{XX}$ IN HS∽	
TE FVND CAERELLIANI PAG MEFLA	HS LXXV
AEST HS $\overline{L}$ IN HS $\overline{III}$	
IDO FVND CISPELLIANI PAGO	HS C
IMO AEST HS $\overline{L}$ IN HS $\overline{IIII}$	
O FVND SENECIANI PACO MARTIALE	HS LXIIS
TPO AEST HS $\overline{XXX}$ IN HS∽∽D	
ET PVDENTE FVND LVCILIANI PAGO	HS L
SEPPIO FEROCE AEST HS $\overline{XXXX}$ IN HS $\overline{II}$	
FVND VALERIANI PAGO MARTIALE ADF	HS XXV
AEST HS $\overline{XX}$ IN HS∽	
) FVND PETICIANI PAGO LIBICANO	HS XXV
DESTO AEST HS $\overline{XX}$ IN HS∽	
FVND CVRTIANI PAGO SS ADF	HS CXXV
IN HS $\overline{V}$	
FVND FAMILIARI KAQVAERATA	HS CCL
ADF CAELIO MAXIMO AEST	
$\overline{X}$	
) FVND GEMINIANI TEIANI	HS LXXXVIIS
XIMO AEST HS $\overline{XLII}$ IN HS	
E FVND VAREIANI CVM CASA	HS L
NERATIO MARCELLO AEST	
$\overline{II}$	
ET PRISCO FVND LVCCEIANI GAL	HS L
TIALE ADF VMBRIO PRIMO	
N HS $\overline{II}$	
ENTE FVND VETTIANI MINOR	HS CL
AG MEFLANO ADF TREBIO AMPLI	
IN HS∽∽∽∽ITEM FVND	
HORTICVLANO ADF OCTAVIO	
HS $\overline{L}$ IN HS∽∽ F HS $\overline{C}$ IN HS $\overline{VI}$	
O FVND NONIANI IN BENEVENT	HS LXXV
ENVSTA AEST HS $\overline{L}$ IN HS $\overline{III}$	
FVND PETRONIANI IN BENEVENT	HS LXXXIX
ADF SEPTICIO RVFO AEST HS $\overline{L}$	
O FVND VERGILIANI IN BENEV	HS LXXV
S $\overline{L}$ IN HS $\overline{III}$	
FVND SENIANI VALINTIANI ET	HS CCCC
T HS $\overline{CC}$ IN HS $\overline{XVI}$	
O FVND VEDIANO IN BENEVENT	HS LXXV
ADF FOLIO ORIENTE AEST HS $\overline{LX}$	
) FVND IN BENEVENT PAGO	HS C
BVS AEST HS $\overline{LX}$ IN HS∽∽∽	

Tabula aenea rep. anno 1831 in loco dicto *Macchia* prope *Circello* ad sin. Tamari, ubi Ligurum oppidum fuit; exstat nunc *Campolattari.* De ea primam notitiam dedit Guarinius in Bull. Inst. Arch. 1832, p. 110, deinde partem tituli edidit aeri incisam, Comm. XVI (1833), p. 91; cf. Borghesium in Bull. Inst. Arch. 1835, p. 145—152. Postea aliam quandam inscriptionis particulam idem Guarinius publici iuris fecit, comm. IX, ed. 2 (1840), p. 16. Totam vero tabulam primus edidit Garruccius (*antichità dei Liguri Bebiani*, Nap. 1845); deinde ipse ex apographo Brunnii eam et publicavi et illustravi (Ann. Inst. Arch. 1844, p. 5—111; cf. Bull. Inst. 1845, p. 81—94; 233—234); Garruccius autem monumento iterum inspecto totam aeri incidit (*Monumenta rei publicae Ligurum Baebianorum* cet. Romae, 1846, fol.); cf. Bull. Inst. Arch. 1847, p. 8—16. Denique Mommsenius Campolattarum profectus monumentum denuo excussit, quae diverse Brunnius et Garruccius legerant, cum archetypo contulit, veras lectiones deinde in Bull. Inst. Arch. 1847, p. 3—8 proposuit. Quibus fere omnibus a Garruccio comprobatis (Bull. Neap. V, p. 69; cf. p. 121 seq.), de tabulae lectione satis difficili tandem constare videtur. Ego textum proposui, qualem in Inscr. Neap. Mommsenius nuper exhibuit (1354).

1) A. 101. De praenomine Articuleii consulis cf. Ann. Inst. l. l, p. 93. 2) Cornelianorum nomen omittendum esse olim putavi, eorum et Baebianorum duas fuisse civitates ratus; contra Mommsenius eandem demonstravit esse rem publicam, quae modo Ligurum simpliciter dicta sit, modo ab utroque consule, qui eam deduxit, Cornelianorum et Baebianorum nomen sumpserit, modo ab alterutro vel Cornelianorum vel Baebianorum appellata sit; Bull. Inst. Arch. 1847, p. 172 sqq.; I. N. p. 69. 3) Potest esse aut T cum puncto, aut E dimidiata, M. 4) Ante I Garr. tertiis curis vidit vestigium litterae T, ita ut supplendum sit *per*TICA NO*lana*, non *pago lib*ICANO. 5) Idem REIP RO; M. certum de littera T vel I indicium non pronuntiat. 6) ANLIA vel MILIA? 7) Legi potest et ANNIANI et MILIANI. 8) $\overline{XXXI}$, pro $\overline{XXV}$ errore incisoris antiqui in tabula scriptum, ab eodem statim correctum esse tertiis curis G. adseverat. 9) Scalptor antiquus primum posuerat $\overline{XXVI}$. 10) PAGO, Garr. in tabula. — De singulis rebus cf. commentarium, quo ipse inscriptionem instruxi (Ann. l. l.); quam ut facilius lectores intelligant, unum modo caput eius suppletum proponere liceat: col. III, v. 17 seqq. *debentur hs. LXXXVIIS a C. Valerio Pietate obligatione fundi Herculeiani, adfine Caesare nostro, aestimati hs.* $\overline{XXV}$ *in hs.* ∾ ∾; *item obligatione nona fundi Vibiani pago supra scripto, adfine Marcio Rufino, aestimati hs.* $\overline{XV}$ *in hs.* ∾ Ð; *fiunt hs* $\overline{XXXX}$ *in hs.* $\overline{III}$ Ð. — Notam $\overline{N}$ in nonnullis locis obviam interpretatus sum: N*umerat.* — POP expl. POP*ulo.* Q. E. IN expl. Q*ui* E*st* IN. — Numeris in margine adiunctis usurae indicantur quotannis solvendae.

6665. Praefectos et procuratores alimentorum videsis passim in capite de *magistratibus.* De ipsa alimentorum quum institutione, tum administratione cf. quae exposui in Annall. Inst. Arch. 1844, p. 5 seqq. et 1849, p. 221 seqq.

6666. C · IVLIVS · C · F · HOR · SEVERVS ‖ SACERD · ISID · ET · MATR · DEVM ‖ QVAEST · ALIM · CAES · 1) QVAES · R · P · CVR · IVV ‖ $\overline{IIII}$ · VIR · AED · $\overline{IIII}$ · VIR · I · D · $\overline{IIII}$ · VIR · QVINQ ‖ HIC · OB · HONOREM · AEDILITAT · HANC ‖ *po*RTICVM · VETVSTATE · DILAPSAM ‖ · · · · QVAM · IMPEN · MEN-

SVRIS ‖ · · · · · · · · HS $\overline{XXVIIII}$ CCC $\overline{N}$ · D · D — Faleriis. Ann. Inst. Arch. 1844, p. 16.

1) Hoc titulo alimenta ex veris imperatorum largitionibus orta esse probatur; cf. titulum n. 5167.

6667. D M S ‖ LIBERALIS COL ‖ COL SIP [1]) SER ARCKAR ‖ QVI ET ANTE EGIT RATIONEM ‖ ALIMENTARIAM SVB CVRA ‖ PRAEFECTOR [2]) ANNIS XXXII ‖ VIVOS SIBI FICERAT (sic) DEDIT AVGVRINO ‖ REIP SER VERNAE MESORI FILIO SVO KARISSIMO ‖ QVI VIX ANN XXIII M VI D X — Rep. extra Sipontum antiquum MD p. a *Manfredonia*. Gervasio, *Iscr. Sipont.* p. 4; Mommsen I. N. 929.

1) COL*onorum* COL*oniae* SIP*ontinae*, G. 2) Gervasius servum ita in colonia Sipontina alimentis praefuisse statuit, ut nullius magistratus municipalis auctoritati subditus sub auspiciis praefectorum imperatoris ea administraret (p. 28); contra quam sententiam quae ipse disserui vide Ann. Inst. Arch. 1844, p. 38. — Idem v. d. de *praefectis*, *procuratoribus*, ceteris magistratibus alimentariis parum recte disputavit, p. 24 seqq.

6668. D ascia *m* ‖ L · SAEPINIO · ORIENTI · AVG ‖ ET · L · SAEPINIO · ORESTI ‖ $\overline{IIII}$ · VIR · AED · ET · FELICVLE (sic) ‖ FILIAE · ORIENS · ALIMENT ‖ SAEPINATI · [1]) PATRI · ET · FRATR ‖ ET · THALIA · CONSERVA · EIVS ‖ B · M · F — Saepini. Ann. Inst. Arch. 1849, p. 239; Mommsen, I. N. 4940.

1) Oriens publicus Saepinatium rationis alimentariae, quum pater Oriens manu mitteretur, libertatem non est adeptus, unde *conservam* habere poterat. Orestem contra post manumissionem patris natum ideoque honoribus functum esse censui; cf. Bergkii *Ztschr. f. A. IV.* 1848, p. 204.

6669. CAELIA · C · F · MA*c*RIN*a* · *monu*MENT · EX · *h*S · CC · · · FIERI · IVSSIT · IN · CVIVS · ORNATVM ‖ ET · TVT*e*LAM · *h*S · · · RELIQ*ui*D · EADEM · IN · MEMORI*am* · MACRI · FILI · SVI · TARRICINENSIBVS ‖ HS · |X| · R*eli*QVID · VT · EX · REDITV · EIVS · PECVNIAE · DARENTVR · CEN*t*VM · PVERIS · ALIMENTOR*u*M · NOMINE · SING ‖ MENSIB · *si*NG · PVERIS · COLONIS · ⋇ · V · PVELLIS · COLONIS · *sin*G · IN · MENS · SING · ⋇ · IIII · PVERIS · VSQ · AD · ANNOS · XVI · PVELLIS ‖ *usq* · *ad* · *a*NNOS · XIIII · ITA · VT · SEMPER · C · PVERI · *et* PVELLAE · *pe*R · SVCCESSIONES · ACCIPIANT — Tarricinae. Bull. Inst. Arch. 1839, p. 153; vidit postea Bethmannus, qui ab initio tituli nihil deese affirmavit, unde emendavi, quae exemplo parum accurato deceptus Borghesius suppleverat. Cf. nunc Bull. 1853, p. 136.

CAPVT XIV.

RES MILITARIS.

---

§. 1. NOMINA LEGIONVM. SPECIMEN COHORTIVM, ALARVM, NVMERORVM. CET.

N. 3369, v. 3. VICTR; v. 4. FERRĀ; v. 7. XIII . GEM; v. 9. ITALIC; v. 11. XIIII . GEM — vidi ipse in Mss. Vat. — De legionibus Romanis cf. nunc Grotefend in Pauly, *Realencyclop.* p. 868 seq., et Borghesi, *sulle iscrizioni romane del Reno del prof. Steiner e sulle legioni che stanziarono nelle due Germanie da Tiberio fino a Gallieno, estratto dagli Annali dell' Instituto di corrispondenza archeologica vol. XI, p.* 128 *sqq.* 1839. Ad eos remitto lectores, qui legionum historiam accuratius cognoscere quaeque minus recte sive ab Hagenbuchio sive ab Orellio exposita sint, edoceri cupiunt.

N. 3371, spurius; cf. Kellerm. apud Or. Anall. p. 41.

N. 3372: apographum quidem huius inscriptionis fide dignum me non habere valde doleo; quum vero apud Apianum p. 358. LEG . XXX, LEG vero XX in imagine arcus a Rossinio aeri incisa (*archi trionfali* tab. VI) legi videam, legionem XXIX ne in hoc quidem monumento commemorari mihi certe constat.

N. 3375: pessime Or. Muratorianam commendat scripturam vel potius interpolationem, quum recte se habeat lectio Gudiana, nisi quod in v. 1. TRIB . MIL scribendum est. Exstat Romae in aedibus Matthaeiorum, ubi vidi. Cf. Kellerm. Vig. 250. *Sexvigintivirum* habes n. 6457, ubi videsis.

N. 3376: Borghesius, *Burb.* p. 12 legionem Siculam dictam fuisse credidit, quia in Sicilia conscripta sit; at clade Variana legio XVII interiit, neque ante eius aetatem hic titulus exaratus esse videtur, quippe qui, praeterquam quod nullum altioris vetustatis vestigium exhibet, in Dacia repertus sit a Traiano demum Romanis subiecta.

N. 3377: pro VALENS scribe VALER; de Lama, *Iscr. Parm.* p. 121. In nomine leg. XX dele F post VALERIA; cf. n. 6680.

N. 3379 paullo accuratius legitur apud Lersch, C. M. I, 31, ubi vide. In fine ❷, i. e. *Hic Ossa Sita*, ut recte idem interpretatus est, op. cit. II, p. 71.

N. 3382: male Or. supplevit PON*tifici maiori*; cf. ad 5954.

N. 3388 = 845.

N. 3390: fortasse ADIVTRIC?

N. 3391, v. 4. DIVIE; Kell. Vig. 279.

N. 3392, v. 4. corr. VALERIANAE . GALLIENAE; Borghesi, *Mem. d. Inst. Arch.* p. 165, et *lap. Grut.* p. 22 (Act. Acad. Taurin. vol. XXXVIII).

N. 3393, v. 3. X̄VIR; v. 5. V̄I̅I̅ . GEMIN; v. 7. CERIAL; v. 12. BELL . . . . . . TRICVM; Mommsen, I. N. 4934. Not. 1. Antoninum Pium intellige, quem bellum contra Parthos non gessisse quidem, sed parasse Borghesius exposuit, Ann. Inst. Arch. 1852, p. 35 seqq. — M. Aurelius vivens nunquam Pius dictus est; cf. Eckhel, D. N. VII, p. 20.

N. 3395, *ursarium* cf. cum *custode vivarii*, Or. 22.

N. 3404, v. n. 6700.

N. 3406, v. 3. T . F; v. 6. >. VINDICIS; v. 7. ANNIS; deinde sequuntur: MILITAVIT . AN ‖ XX . FECIT . HERES ‖ B . M — Romae, ad S. Mariae trans Tiberim. Kellerm. Vig. 192.

N. 3407, recte P . P ., i. e. *primipilari*; l. l. 181.

N. 3410, est. EXARchi.

N. 3411, spurius. Donatus dedit ex diario Galletti valde suspecto, neque usquam, credo, militem invenies *equo publico* ornatum, nec praefectum turmae nec legionem iuvenum.

N. 3413, monumentum est equitum singularium; cf. Ann. Inst. Arch. 1850, p. 36, et Murat. 814, 7.

N. 3414: *Cattharenses* pro *Cataris* Pannoniae populo Borghesius habet; cf. Minervini, *intorno la voce Decatrenses* cet. Neapoli. 1852, 4, p. ult.

6669a. C · CLODIO · P · F · STE · LEG · XXX[1]) ‖ ET · VALERIAE · SEX · L ‖ · · ODORAE ‖ H · F · C — Beneventi. Vidit Brunnius.

1) Et miles et legio cognomine carentes aetatem satis antiquam testantur. Postea solam *leg.* XXX *Ulpiam victricem* lapides exhibent.

6670. A · VETVRIO · A · F · PATRĪ ‖ PETRONIAI · A · F · TANNIAI · MATRĪ ‖ TERENTIAI · T · F · SECVNDAI · VXORĪ ‖ C · VETVRIVS · A · F · LEG · V̄ · VRB[1]) ‖ TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT — *Vighizzoli*, nunc in Museo Atestino. Grut. 568, 2; Furlanetto, *ant. lap. del. Mus. d'Este* p. 93, et *lap. pat.* p. 204; cf. Borghesi, *Burbuleio* p. 12 et Ann. Inst. Arch. 1839, p. 145.

1) Legio ita appellata, quia in Urbe conscripta erat, antiquior propterea imperio Augusti est. Borghesius eam post proelium Actiacum in colonias deductam esse censet, unamque alteram eius mentionem apud Donium (cl. VI, 119 = Mur. 860, 2) exstare affirmat: M . TVDICIVS . M . F ‖ NIGER . LEG . V . VRB ‖ SIBI . ET . GRANIAI . M . L ‖ AFRODISIAI . VXORI; cf. Borghes. ad Furlanetti *lap. d'Este* p. 93 sq., not.

6671. Ad coloniam post victoriam Actiacam Atesten deductam hic quoque titulus pertinet nunc Patavii asservatus: OSSA ‖ SALVIO · SEMPRONIO ‖ C · F · ROM · LEG · XI ‖ ACTIACO · LICINIA ‖ L · L · F -- (Grut. 161, 12; Furlan. *lap. pat.* CLXVIII), quem conferas cum quattuor aliis inscriptionibus apud Furlanettum (l. l. nn. CLXIV—CLXVII) obviis, in quibus cognomen Actiacis eiusdem legionis militibus additur.

6672. C · CABILENVS · C · F · FAL ‖ GALLVS · LEG · VIII · MVTINENSIS[1]) — Teani. Mommsen, I. N. 3993.

1) Genuinam esse inscriptionem quamquam primum a Pratillio (V. Appia p. 231) publicatam auctoritate Hoarii confirmatur (*Classical tour* I, p. 253). Cf. *legionem Soranam* Or. 3681 et *Sabinam*, quam videsis in nostro capite de rebus municipalibus n. 7142.

6673. L · VINVSIVS · ‖ L · F · VETER ‖ LEG · VIIII · ‖ TRIVMPH[1]) ‖ SEPTVMIAE ‖ P · F · SABINAE ‖ VINVSIAE TER-‖TVLLAE · F · ANNO · · ‖ I · · · — Rep. *Visinadae* in Istria, nunc Venetiis in Museo patriarchali. Labus, *Nuovo raccoglitore* CI, 1833; Kellerm. Vig. 291.

1) TRIVMPH*atricis* vel TRIVMPH*alis* cognomen hoc unico in monumento legioni VIIII tribuitur, idque eam victoria ad Mundam de Pompeianis reportata sibi comparasse, Labusius suspicatus est (l. l.); cf. Borghesi, *Burbuleio* p. 10, qui tamen notat,

neque plane certum esse, legionem illam illi proelio interfuisse, nec de cognomine eius posteriore constare, num re vera *Hispanica* propter bella ab Augusto contra Astures et Cantabros gesta cognominata sit. Hoc constare, Hispanicae appellatione eam carere in nummis Antonii triumviri, Tiberio autem imperante ea usam esse; quam etiamsi sub Augusto adepta erat, fieri tamen poterat, ut non propter victorias ita appellaretur, sed quia delectu in Hispania habito renovata erat.

6674. T · CISSONIVS · Q · F · SERVEI 1) ‖ LEG V̄ GALL 2) DVM VIXI ‖ BI 3) LIBENTER BIBIN 4) VOS ‖ QVI VIVITIS ‖ P · CLISONIVS 5) Q / SER FRATER ‖ FVIT 6) — **Antiochiae ad Pisidiam. Hamilton, *Researches in Asia minor* vol. II, app. n. 183.**

1) l. SER*gia* VET*eranus*. 2) Cognomen *Gallicae* novum in legione V est; sed eadem est, quae plerumque Alaudae appellatur, quam e Gallis transalpinis Caesarem conscripsisse scimus. — Titulus, ut praecedentes legionum *urbanae*, *Mutinensis*, *Soranae*, *Sabinae*, *triumphatricis*, aetatis est satis antiquae, et fortasse Cissonius ex colonis fuit ab Augusto Antiochiam deductis. 3) l. *bi*BI. 4) l. BIBI*te*. 5) l. CISSONIVS. 6) corr. FECIT.

6675. C · VALERIVS · C · F · AEM · ARSACES ‖ LEGIONE · V · ALAVDAE · 1) SIBI · ET ‖ VALERIAE · C · L · VRBANAE ‖ CONCVBINAE · SVAE · EX ‖ TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT — **In ruinis Ligurum Baeb. (*Macchiae*). Mommsen, I. N. 1361 ex Garruccii Mon. Lig. Baeb. p. 20.**

1) Legionem quintam *alaudae* potius, quam *alaudam*, cognominatam fuisse hoc titulo evincitur; Mommsen, op. cit. in indice XVI. — Britanni legionem quandam nonam alaudam repperisse sibi visi sunt in titulo sequenti, qui hic afferatur, ne quis eo in errorem induci possit:

6676. L · SEMPRONI · FLAVINI · MILTS · LEG · VIIII ‖ Q (?) ALAVDI SEVERI 1) ‖ AER 2) VII ANOR XXX ‖ ISPANICA LERIA 3) ‖ CIVI MA 4) — **Lincoln. *Gent. Mag.* 1842, II, p. 350; Newton, *Excerpta ex inscriptionibus de Britannia*, p. CXII, n. 53 a.**

1) Legionem credo esse nonam Hispanicam amisso cognomine; in litteris vero sequentibus latere *sub cur*A (vel simile aliquid) *c*LAVDI SEVERI. 2) Cf. 3551. 3552. et nostros nn. 5202. 6841 seqq. 3) Civitas Hispaniae Tarraconensis. 4) MA*ximi exempli*?

6677. · · · ‖ TRO · MAXIMO · IIII · VĪR ‖ I · D · IIII · VIR · QVĪNQ · BIS ‖ FLAMINĪ · AVGVSTALĪ ‖ TRIB · MĪL · LEG · V̄Ī · GEMELL 1) ‖ PRAEF · FABR · AVGVRĪ ‖ QVAESTORI · D · D — **Aeserniae. Garrucci, *Storia d'Isernia* n. 24; Mommsen, I. N. 5025, qui vidit.**

1) Legionem GEMELLAM pro *gemina* dictam primum in hoc lapide inveni, quamquam Caesar (B. C. III, 4) eadem appellatione utitur. Hinc corrigenda, quae in explicanda tabula honestae missionis in Annall. Rhenanis a. 1848 contra Boeckingium v. cl. proposui, licet, quae de *ala Gemelliana* monui, vera esse etiamnunc credam.

6678. Q PEILIVS · Q · F · ⊕EN ‖ SECVNDVS · ▮M ‖ MEDIO⊙ MILES · LEG ‖ XV · PRIM · 1) ANN · XXV ‖ STIP · V · H · EX · T · F · C — **Bonnae. Lersch, C. M. II, n. 41; Steiner, I. Rh. 778; I. Rh. et Dan. II, 1016.**

1) Cognomen PRIM*igeniae* legioni XV hoc tantum et altero titulo sequenti tribuitur; cf. Borghesi, *Iscr. Renane* p. 38 ex Annall. Inst. Arch. 1839, et Grotefend, *Pauly's Realencycl.* p. 895.

6679. L · PIPERACIVS || L · F · STELL · OPTA||TVS · DOMO · TAV||RINVS · MIL · || LEG · XV · PRIM · || ANN · XXIII · STIP · IV · || H · EX · T · F · C — Bonnae. Donat. 299, 7; Steiner, I. Rh. 777; I. Rh. et Dan. II, 1017; Lersch, C. M. II, n. 47.

6680. T · IVNIO · T · F || GAL · SEVERO || DIANENSI || OMNIBVS · HONORIBVS || IN · REP · SVA · FVNCTO || PRAEF · COHORTIS · IIII || DALMATARVM || TRIBVNO · LEG · XX || VALERIAE · VICTRIC || L · SEMPRONIVS · FVNIPVS (?) · || AMICO · OPTIMO — Dianii (*Denia*) Hispaniae. Cortès, *Diccionario* II, p. 413. Cf. ad n. 3377.

6681. I · O · M || DOLICHENO · IN · HO||NOR · D · D · P · FERASIVS · CL · AVITVS · SAVARI||A · 7 · LEG · VIII · AVG · P · F · CO[1]) || EX · AQVILIFERO · LEG || I · ADIVTRICIS · PRO · SE || ET · SVIS · V · S · L · L · M || APRONIANO || ET · BRADVA · COS[2]) — *Aschaffenburg*. Steiner, I. Rh. 165, et I. Rh. et Dan. I, 712.

1) CO*mmoda*; cf. 3714. 2) A. 191.

6682. D · M · M · AVR · HERACLE · HER · · · · · · · · · || DVPLICIARIO · LEG · Ī · M · SEVERI*anae* · · · · || NATIONE · TRAX · DOMO · · · · · · · · · · || *s*TIP · XXI · TESTAMEI · · · · · · · · · · · || · · · · · · · · TIS · · · — Bonnae. *Jahrbb. d. V. v. Alterthsfr. im Rheinl.* II, p. 83, 10.

6683. LEG · XXX · V · V · VAL · S · A · AVG[1]) — Xanten. Steiner, I. Rh. 654.

1) *Vlpia Victrix* VAL*eria Severiana Alexandriana* AVG*usta*; Borghesi, *Iscr. Renane* p. 51, ex Ann. Inst. Arch. 1839.

6684. *v*IBIO · FELICI · MI*l* || *l*EG · III · AVG · P · V · [1]) QV*i* || *c*ONGRESSION*e* || HOST · DIMICANS || OBIIT · VIX · ANN · XXI · M · X || DIEB · XV · MILITAVIT · AN||NO · VNO · M · I · D · II · L · VIBIVS · FELIX · PATER · FIL · AMAN||TISSIMO · IN · SVO · FECIT — Prope Lambaesin. *Revue archéol.* VIII, p. 509.

1) *Piae Vindicis*; cf. n. 3664, 5331 et:

6685. DEO · SOL · IN||VICTO · MI||THRAE || M · AVREL || M · F · SERGI||A · CARNV||NTO · SABI||NVS · PRAE||FECT · LEG || III · AVG · P · V · MAXIMIN*ia*||NAE · [1]) V · S · L · M — Lambaese. *Journal des Savants* 1847, p. 622; minus correcte p. 736.

1) Cognomen *Maximinianae* scalpro erasum est. — Legio III Augusta *pia vindex* iam aetate Severi et Caracalli dicebatur (n. 5331). Quum vero Capelliano duce contra Gordianos pro Maximino arma sumpsisset, ipsa pro tempore, ni fallor, dimissa est; unde in multis monumentis nomen eius abrasum et postea repositum videmus. — Eandem nomine *Severianae Alexandrianae* ornatam habes in titulo n. 6604.

6686. HIC · SITVS · EST · IVSTVS || LAVDATOR · ET · AEQ*uus* || SASSINA · QVEM · GENVIT || NVNC AQVILEIA · TENET || OPTIME · QVI · COHORTIS || CENTVRIAM · REGVIT (sic) || PRAETORIAE · FIDVS · NON || BARBARICAE · LEGION*is* [1]) || C · MANILIVS · HIC · VALERI||ANVS · NOMINE · DICTVS || SENTI-

LIVS · FRATER QVIA ‖ MERITVS · POSVIT — *Schulzeitung* 1832, p. 409.

1) Nota legionem *barbaricam* dictam.

6687. HIC QVIESCIT VITALIS QVI ‖ VIXIT ANNOS LXXV · MILIT‖AVIT INTER IO*viano*S SENIO‖RIS 1) AN · XL · CONIVX KARISSIMA ‖ TITVLVM POSVIT — Treviris. *Rhein. Jahrbb.* XII, p. 71, n. 166.

1) Cf. n. 3385.

6688. Quomodo militum corpora, sive legiones, sive cohortes alaeve, ab imperatorum nominibus cognomina traxerint, exemplo *cohortis* I *Aeliae Dacorum* optime declaratur, quippe quae Antoniniana, Gordiana, Postumiana, Tetriciana in lapidibus Britannicis denominetur (cf. Borghesi, *Iscr. perugina della Porta Marzia* p. 19 ex *Archivio storico ital.* vol. XVI):

I O M ‖ CO*h* Ī AELIA ‖ DACORVM ‖ CVI PREEST ‖ · · · · · · — *Burdoswald* Cumbriae. Gough, *Camden's Britannia* III, tab. 27, 12.

6689. I O M ‖ COH · Ī · AELI*a* ‖ DAC . ANTO*n* — ibd. l. l. 15.

6690. I O M ‖ CHO (*sic*) · I · AEL ‖ DAC · GORD‖IANAE · 1) C · PREEST ‖ · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · ‖ — ibd. Grut. 1063, 11.

1) l. GORDIANA.

6691. I O M ‖ COH I AEL ‖ DACORVM ‖ POSTVMI‖ANA C P 1) ‖ PROB AV‖GENDVS ‖ TRIB — ibd. Gough, op. cit. tab. 28, 8; cf. 7.

1) *Cui Praeest.*

6692. I O M ‖ COH I AEL DAC ‖ TETRICIANORVM ‖ · · · C · PR · LVTIC ‖ · · VS · DESIG‖NATVS ‖ TRIB 1) — ibd. Grut. 1063, 10.

1) Gough, op. cit. tab. 27, 11: TETRICIANORO ‖ . . . C P POLVLI . . ‖ . . . . . DESIG‖NATVS ‖ TRIB.

6693. *Vexillationes* Orellius in Britannicis potissimum inscriptionibus commemorari docet: at in omnibus provinciis, in quibus legiones tendebant, vel in quas belli gerendi causa mittebantur, vexillationes quoque fuisse facile constat. Habemus Neratium Proculum missum *ad deducendas vexillationes in Syriam* (Or. 3393); Fabium Cilonem *ducem vexillationum per Italiam exercitus imp. Severi Pii Pertinacis Aug. et M. Aurelii Antonini Aug.*, *praepositum vexillationibus Perinthi pergentibus* (Grut. 407, 1 = Mar. I. A. XL; cf. Grut. 407, 2 = Mar. I. A. XLI); T. Pontium Sabinum *praepositum vexillationibus milliariis tribus expeditione Britannica leg. vii geminae*, *viii augustae*, *xxii primigeniae* (n. 5456). In Africa *vexillationem* vidimus *legionis sextae ferratae* viam fecisse sub imperio Hadriani (n. 6621); in Germania cf. ipsum Or. n. 2008, 2009, 2010. — Haec sufficiat attulisse exempla, quibus haud raro ubique vexillationes commemorari comprobetur.

6694. L · SAPPLIVS · AGRIPPA · DEC · COL · OVIL 1) ‖ SIBI · ET · PRIMIAE · HON · 2) CONIVGI · ET ‖ L · SAPPLIO · OPTATO · D · COL · S S 3) · FILIO ‖ ET · L · SAPPLIO · AGRIPPA*e* ·

FILiO · VIVIS || FECIT · ET · L · SAPPLIO · OPT · AED · COL || S S · FRATRI · O · 4) AN · L · ET · L · SAP || HONORATO · M · PRAETOR · 5) FIL · O · 4) AN || XXI · DP · 6) ANTIOCHIA · SYRIA · ET || SAPPLIAE · OPTATAE · N — *Köppach* Austriae. *Denkschr. d. Wiener Akad. hist. philos. Cl.* **1852**, vol. III, 2, p. 12.

1) OVIL*ia*, sive OVIL*aba*; cf. n. 5266. 2) HON*oratae*, ut postea OPT pro OPT*ato*. 3) *Decurioni* COL*oniae Supra Scriptae*. 4) Scr. ⊙, *defuncto*. 5) *Militi* PRAETOR*iano*. Imperatores in itineribus et bellis praetorianos secum duxisse constat. 6) *DePosito*; quae explicatio notae in ipsis actis academiae Vindobonensis a v. c. Gaisberger proposita si vera est, id quod mihi quidem minime dubium, gravis sane momenti titulus est, quippe qui in monumento pagani nobis exhibeat formulam, quam a solis christianis in sepulcris inscriptam esse viri docti opinabantur. [Vide ne sit *DeFuncto*. MOMMSEN.]

6786. COCCEIVS || IVLIANVS || 7 · FRVM · || VA · PRINC || PEREG [1]) || DEVOT || NVMINI || MAIESTAT || AEORVM — Romae, in Mus. Vat. Kellerm. Vig. not. ad 282.

1) *Vicem Agens PRincipis PEREGrinorum.*

6787. FORTVNAE SAC || BRITTONES · TRIP [1]) || QVI · SVNT · SVB CVRA || T · MANILI · T · F · POLLIA || MAGNI · SENOPE || 7 · LEG · XXII · P · P · F · O · P [2]) — *Schlossau* in Silva Odonia. Steiner, I. Rh. 94; I. Dan. et Rh. II, n. 904, ubi v. ceteros.

1) TRI*Putienses*; cf. n. 1627. 2) *Primigeniae Piae Fidelis Opus Perfecerunt* (?), St.; malo *Posuerunt*. — Centuriones legionarii nonnunquam a legione sua seiuncti vel numeris auxiliariorum vel operibus publicis praeponebantur; cf. Ann. Inst. Arch. 1843, p. 343 seqq. et nostrum n. 6740.

6788. D · M || ACIPE (sic) · NVNC || FRATER · SVPRE||MI · MVNDVS · [1]) H||ONORIS · VAL || VASSE · EXARCO [2]) || IN · VEXIL · EQ || SIABLESIANORV||M · [3]) MILITAVIT || ANNOS · XXV || M · V · D · XVII · VIXIT || AN · XXXXIIII · M · VII || D · XIII · VAL · DONATVS || FRATRI · PIENTISSIMO || D · S · P — Brixiae. Bull. Inst. Arch. 1834, p. 233; Kell. Vig. 269 a.

1) [Lege MVNVS. Baiter.] 2) Cf. Grut. 528, 7; Mur. 789, 7; 791, 8; nostrum n. 6717. 3) Populus mihi quidem ignotus.

6789. AVR · PRISCVS · OPTI [1]) || EQ · SING · AVR · PRISCO || FILIO · INFELICISSIMO || QVI · VIXIT · ANN · II · M · VIII — Salonis. Lanza, *lap. Salon.* n. LVIII.

1) *Optio*, cuius muneris quum apud equites singulares Augusti nullum exemplum reppererim, ad alam quandam singularium titulum pertinere credo.

6790. PRO SALVTE · AVGG || OPTIONES · SCHOLAM · SVAM · CVM STATVIS ET IMAGINIBVS DOMVS DIVINAE || ITEM DIIS CONSERVATORIB EORVM EX LARGISSIMIS STIPENDIIS ET || LIBERALITATIB QVAE IN EOS CONFERVNT · FECER CVRANTE L EGNATIO MYRONE Q [1]) || OB QVAM SOLLEMNITATEM DECREVERVNT VTI COLLEGA PROFICISCENS AD SPEM SVAM CONFIRMAN||DAM [2]) ACCIPIAT HS VIII MIL · N · VETER · QVOQVE MISSI ACCIPIANT KAL · IAN · ANVLARIVM SINGVLI HS VI MIL · N [3]) || QVAE ANVLARIA SVA DIE QVAESTOR SINE DILATIONE ADNVMERARE CVRABIT — Lambaese, nunc *Batnae*,

in scamno lapideo, in quo a lateribus tituli modo propositi sexaginta quinque nomina incisa erant, quorum nonnulla mutila iam non leguntur, unum scalpro deletum est. Eorum duobus signum centurionis additum est; tertio nota COR (*cornicularius*), quarto ACT · LEG (*actor legati*, vel *legionis*). His si eum adiunxeris, cuius nomen de consilio erasum esse dixi, restant optiones collegae sexaginta, quorum numerus cum numero centurionum a Vegetio II, 6 seqq. tradito non plane conspirat, nisi quinquaginta quinque optionibus ordinariis quinque supranumerarios addere licet. V. c. Renier, cuius exemplum quidem secutus sum, ipsam autem dissertationem non vidi, quinquaginta tantum septem optiones in titulo inscriptos fuisse affirmavit; id quod tum saltem verum est, si in prioribus columnarum versibus nunc mutilis nulla optionum nomina exstabant. Edd. Hefner, *R. Inschr. mit Bemerkungen*, *Algerien* XXI et XL (*Abhh. d. k. baier. Akad. d. W.* V, 2.); Renier, *Archives des missions scientifiques*, Paris, 1851, p. 218, cum tabula incisa.

1) *Quaestore*, sc. collegii. 2) i. e. spes promotionis. 3) Mommsenius, quum titulum mecum communicaret, monuit, iam inde ab aetate Augusti primipilaribus censum equestrem et ius anuli data esse; postero autem tempore centuriones et optiones, quum dimitterentur, dignitatem primipilarem et cum ea anulum equestrem obtinuisse suspicatus est. Anularium igitur kalendis Ianuariis adnumerandum *strenas* esse *sub occasione indepti honoris* (Cod. Theod. VI, 30, 11), quibus collegium veteranos honorare solebat. — Ego facile ei assentirer, si de centurionibus sermo esset; neque tamen optiones veteranos eadem cum illis ratione honoratos esse mihi persuadere possum. Quamquam meliorem rei explicationem non invenio, nisi forte vocabulum in centurionibus veteranis usitatum translatum esse credere licet ad optiones, ad quos proprie non pertinebat.

§. 3. CETERA MVNERA MILITARIA.

N. 3471: de officiis minoribus militaribus cf. nunc Kellerm. Vig. p. 15 seqq. et quae ex eo excerpta ipsi postea proponemus (n. 6791). — Pro CQ fortasse scribendum est CO, *codicillarius*; op. cit. p. 17. ST explica *Secutor Tribuni*; CT *Codicillarius Tribuni*; VIC *victimarius*; VC = VNC, *unctor*; l. l.

N. 3472: res plane singularis schedis tantum Langermannianis et Barberinianis nititur; unde iure suo eam admittere Kell. dubitavit, quamquam ipse confessus minime esse absurdum sagarii munus; op. cit. p. 43.

N. 3479, v. 5. corr. PED, Lersch. C. M. III, 146.

N. 3485, fragmentum lapidis vidit Rocchi Cusercoli in aedd. marchionis a Balneo et in v. 4. legit: AIVTOR . SIGı . Versuum ordinem neglexit Muratorius.

N. 3487, v. 6. pro XVI scribi debebat XV (Eckhel D. N. VII, p. 209), itaque legitur apud Labusium, *Ara di Hainburgo*, p. 63; sed Arneth, *Beschr. d. zum k. k. Münz- u. Antiken-Kabinette geh. Statuen, Büsten* cet., p. 26 Orellianam potius confirmat scripturam.

N. 3488, not. 2. *Valeriae*.

N. 3493, v. 2. SEGO . . . ., i. e. SEGO*ntio*; v. 3. LIBRATORIS; Kell. Vig. 127.

N. 3499, spurius; id. p. 41, not.

N. 3502, merito suspectus; cf. quae ad n. 3446 adnotavi.

N. 3506, de falsitate inscriptionis mihi certe non plane constat.

N. 3511, pro LIB l. ILIB, ex sententia Hagenbuchii *primus librarius* (?); cf. Ep. epigr. p. 615. Lersch, C. M. II, 8. — Not. 1. *Vlpiae Victricis Severianae Alexandrianae*; cf. n. 3100.

N. 3512: titulus, si sincerus est, pessime sane descriptus est; nova enim et legio Britannica et beneficiarius Augusti, quaeque in fine leguntur, valde certe corrupta sunt.

N. 3514 Kellermanno non est suspectus, licet eum Donius ex schedis Vaticanis, ex Donio autem et Ligorio Muratorius desumpserit. *Candidatos* plures v. nn. 6804

seqq.; sed *candidatus legionis* sane suspicionem movit, neque Suetonius, quem Orellius laudat, de eius modi candidatis loquitur, sed de candidatis magistratuum, quos in solatium dilationis legionibus Nero praeposuit.

N. 3515, not. 4. expl. consularis.

N. 3520, v. 2. M . ANTONIVS . M . F cet.; v. 4. EK: v. ult. XXXII; Kellerm. Vig. 133.

N. 3525, spurium esse probavi, Ann. Inst. Arch. 1850, p. 12. De *equitibus singularibus Augusti* cf. ibd. p. 5—53.

N. 3528: In margine litteris minoribus legitur: CVM EO ⊸ PVER GAIVS EIVS; Kell. Vig. 213.

N. 3529 = 3590.

N. 3530, v. 2. BENEFIciATVS; v. ult. pro VOLICEAN l. VOLCiIARC, i. e. VOLC*eianorum* ARC*arius*. Mommsen, I. N. 218, ubi videsis versuum distributionem.

N. 3532: interpretatio illa Oliveriana quam maxime mihi dubia est. Ego numero III *trierim*, litteris AEQ aut patriam Pomponii (AEQ*uo*, AEQ*uitate* Dalmatiae), aut navem (AEQ*uitate*) significari puto; si illud verum esse credideris, nomen navis litteris PL indicari necesse est; si hoc malueris, idem ante notam trieris positum esse concedes, cuius rei exemplum exhibet Mommsen, I. N. 2769. — Not. 3. expl. COM*manipulari*.

N. 3534, ad rem militarem non pertinet; cf. n. 7110 seq.

N. 3538: de Germanis cf. quae exposui in Ann. Inst. Arch. 1850, p. 16 sq.

N. 3539 = 2909, ubi v. quae de *Diana Cornia* adnotavi.

6791. IMP · CAES · M · AVRELLIO · ‖ ANTONINO · PIO · FELICI · ‖ AVG · TRIB · POT · XIII · 1) IMP · II · ‖ CÓS · III · PRO · CÓS · ‖ IMP · CAES · L · SEPTIMI · SEVERI ‖ PII · PERTINACIS AVG FILIO ‖ DEVOTA NVMINI ET MAIESTATI · EIVS · ‖ COH · V · VIG · ‖ C · IVLIO QVINTILIANO PR · ‖ M · FIRMIO · AMYNTIANO · SPR · 2) ‖ L · SPERATIO · IVSTO · TRIB · ‖ CENTVRIONES · ‖ C · ANTONIVS · C · F ANTVLLVS · BERVAE · ‖ TI · CLAVDIVS · TI · F · RVFINVS SAVAR · ‖ M · ANTONIVS · M · F · PAPIR · VALENS · RATIAR ‖ M · MVMMIVS M · F · VERINVS · PAP · POETOV ‖ P AELIVS P · F · AEL · SEPT · 3) ROMVLVS AQVINQ ‖ .... SEVERVS CAESARIA ‖ IVLIVS SOHEMVS ‖ C RASINIVS IANVARIVS CORNIC PR ‖ P · DECIMIVS MACRINVS CORNIC PR ‖ M CLODIVS VERECVNDVS CORNIC SPR ‖ in parte coronae sinistra: DEDICATA · NON · IVL FAVSTINO · ET · RVFINO · COS · ‖ CVRA AGENTE ‖ C · ANTONIO · ANTVLLO · 7 ‖ ET · M · MINVCIO HONORATO VEXILL ‖ in parte coronae dextra: C RVNNIVS HILARIS C IVLIVS HERMES Q FABIVS · POLLVX · S LVTATIVS ECARPVS · MEDICI — In lateribus et a tergo mille circiter nomina militum inscripta erant in septem distributa centurias centurionum nominibus distinctas. Romae, in Monte Coelio in Villa Matthaeorum. Kellerm. Vig. IV.

1) A. 210. 2) *SubPRaefecto.* 3) Iunge *Aelia Septimia Aquinco*; colonia igitur nova a Severo eo deducta erat. — Indicem addere liceat munerum, quae in cohorte V. vigilum invenimus, de quibus disputavit Kellerm. op. cit. p. 16 seqq., ubi v. de singulis deque ordine promotionum:

AB, ABA, ABAL *a balneis.*

ACPR *a commentariis praefecti.*

AQP, AQPR *a quaestionibus praefecti.*

AQA, AQV, AQCO *aquarius cohortis.*

B, BF *beneficiarius.*
BPR, B͞P͞R, ꞴPR *beneficiarius praefecti.*
BSPR, ꞴꞨPR *beneficiarius subpraefecti.*
BTR, ꞴTR, BETR *beneficiarius tribuni.*
BAL *balneator.*
BV, BVC, BVCC *buccinator.*
BV SV *buccinator supra numerum*, vel *suffectus.*
CACVS, CPC *cacus*, *cacus praefecti cohortium*, = cacula.
CAR, CARC *carcerarius.*
CT, CTR, COTR, COD, CODTR *codicillarius tribuni.*
CORPR, CORNICPR *cornicularius praefecti.*
COR ꞨPR *cornicularius subpraefecti.*
CORT *cornicularius tribuni.*
EM, EMER *emeritus.*
EMB, HEMB *emeritus beneficiarius.*
EXPR *exceptor praefecti.*
EXC, EXCT, EXCTR *exceptor*, *exceptor tribuni.*
HO, HC *horrearius*, *horrearius cohortis.*
IMA, IMC *imaginifer*, *imaginifer cohortis.*
LSPR *librarius subpraefecti.*
LIB, L͞T͞R *librarius*, *librarius tribuni.*
OP, OPT, OP 7, OPT 7 *optio*, *optio centurionis.*
OPA *optio arcarii.*
OB, OPB, OPTB, OPBA *optio balnearii.*
OPC, OPTC, OPCA *optio carceris*; cf. n. 6808.
OPCO, OPTCON (l. COH) V *optio cohortis*; *optio cohortis V*, qui est *optio tribuni.*
PRE, PR PR, PBR, corr. PBP, PBPR, PBP *principalis beneficiarius praefecti.*
ꞨT, STR, SETR, SECTR *secutor tribuni.*
SIF *sifonarius.*
TAB *tabularius.*
TESS, TES, T 7, TES 7, TESS 7 *tesserarius*, *tesserarius centuriae.*
VEX, VEXILL, VEX 7 *vexillarius*, *vexillarius centuriae.*
VIC, VICT *victimarius.*
VNC, VNC · COH *unctor*, *unctor cohortis.*

6792. L · CASSIO PVDENTI QVOND · ‖ MIL · LEG · II · AD · ADIVTORI · OFFIC ‖ CORNICVLARIORVM · COS · [1]) ‖ STIP · XIII · QVI · VIXIT ANN · XXXII ‖ L · CASSIVS · REGVLIANVS VET ‖ LEG · I͞I · AD · EX BF · COS · PATER ‖ INFELICISSIMVS FILIO PIISSIMO F C — Sarcophagus *Vacio* in Mus. Hungaricum translatus. Mus. nat. Hung. p. 234, n. 22; Schoenwisner, It. Pann. II, p. 257.

1) Cf. n. 1251.

6792a. QVI · IMAGINES SA
CRAS AVREAS FECERVNT

CORNICVLARI
L · CONSIDIVS PAVLVS RVSI
C · CALVENTIVS IANVAR CAS[1]
COMMENT
AVFIDIVS RVFVS · LAMB
L · ORBIVS FELIX TRIB · LEG[2]
SPECVLATORES
L · PVBLICIVS FLORENTIN · LAMB
Q · CAECILIVS · FELIX BISICA
C · IVLIVS DEXTER THEVES
FADIVS DVBITATVS HADR
BENEFICIARI · COS
Q · IVLIVS FRVCTVOSVS KART
L · AGRIVS FELIX VTICA
C · IVLIVS CATVLVS LAMB Q̅[3]
M · CAESIVS HONORATVS THAM[4]
L · VALERIVS IVLIANVS THAM
C · AELIVS IVLIANVS SARMIZ
M · VALER AQVILEIENSIS THEV
T · AELIVS VICTORINVS SISCIA
Q · FVLVIVS NATVLVS KART
CAELIVS VICTOR HADR
M · IVLIVS PROCVLVS LAMB
M · AVREL · NICOSTRATVS THARS
P · CORNELIVS VICTOR CVICVL
L · FONTEIVS DEMETRIAN · MASC[5]
M · ATTIVS PACATIANVS CIRTA
VETVRIVS VITALIS LAMB
D · IVNIVS FELIX VTICA
L · ATILIVS BARBARVS MIL[6]
SEX · MARCIVS FELIX ASSVR[7]
FIRMIVS FELIX CAST
Q · DVRONIVS PRIMVS VAGA
P · CLAVDIVS VALENTIN · HAD
CORNELIVS CLAVDIAN · LAMB
T · FLAVIVS FORTVNATVS HADR
P · EGNATIVS FELIX KARTH
L · VALERIANVS NIGER THAMOG
C · ANNIVS IVLIANVS CASTR
M · SEPTIMIVS TVTIANVS KART
M · HELVIVS CONDVCTOR CAST
C · IVLIVS VERVS AMMEDER
QVAESTIONARI
C · IVLIVS DONATVS CASTR
L · MARCIVS GEMELLVS
T · AEMILIVS VICTOR KART

Q · SALONIVS REPENTINVS THA
P · AELIVS TAVRISCVS SVFET [8])
BB · SEXM [9])
FVRFANIVS FELIX
C · IVLIVS FELIX THAM
VALERIVS DAPHNVS
L · CLODIVS CONCESSVS KART
Q · IVLIVS VICTOR THEL [10])
HARVSP
S IVLIVS FELIX THEV

Lambaese prope aedem Aesculapii, in latere sinistro lapidis longi, in cuius parte antica legitur:

CVRA · AGENTE
C · MEMMIO · VIC
TORE · 7 · LEG · III · AVG

— Renier, *premier rapport etc.* (*extrait des archives des missions scientifiques* 1853), p. 12. 13.

1) i. e. CAS*tris*, *enfant de troupe*, R. 2) i. e. commentariensis tribuni. [Mihi LEG*ionis* videtur coniungendum cum versu praecedente, ut commentariensis alter fuerit legionis, id est consularis, alter tribuni. MOMMSEN.] 3) *Quaestor* huius collegii. 4) THAM*ogade*. 5) MASC*ula*. 6) MIL*evo*. 7) ASSVR*is*. 8) SVFET*ula*. 9) *beneficiarii* (tribuni) *semestris* R. (?) 10) THEL*epte*.

6793. MINERVAE ‖ AENEATORES ‖ COH · I · SEQ ‖ ET · RAVR · EQ ‖ V · S · L · L · M — *Steinbach* in ducatu Badensi. Steiner, I. Dan. et Rh. II, 907; cf. Or. 1887.

6794. C ‖ IVL · MArtINVS · ARA [1]) ‖ ARMATVRA [2]) ‖ LEG · XIIII · G ‖ M · V · ANN · XXX ‖ STIP · XII · H · E ‖ T · F · ARBITER ‖ F · C [3]) — *Zahlbach* prope Mogontiacum. Steiner, I. Rh. 332; I. Dan. et Rh. I, 451.

1) i. e. *Ara Agrippinensi* Ubiorum; cf. Ann. Inst. 1853, p. 76. 2) Borghesius, *Iscr. renane* p. 6 (Ann. Inst. Arch. 1839) *armaturam* pro *milite* dictam esse docuit, eodemque modo corrigendam esse inscriptionem Steineri I. Rh. 383, I. Dan. et Rh. I, 473. *Tribunum armaturarum* habes apud Amm. Marcell. XIV, 11, 21. 3) *Heres Ex Testamenti Formula* ARBITER . *Faciundum Curavit*. Ita collatis titulis Steineri, I. Rh. 398; I. Dan. et Rh. I, 432: EXS TESTAMENTI FORMVLA POSIT, et Or. 4363 interpretandum esse suspicor. [Mihi est *Heres Ex Testamento Fecit*, ARBITER *Faciendum Curavit*. Facit qui mercedem persolvit, faciendum curat qui operi instat. MOMMSEN.] — Steinerus S excidisse ratus: *Hic Situs Est Testamenti Formula*, ARBITER pro nomine heredis habuit. Id si verum est, litteras T F malo pro nominibus habere *Titi* . *Flavii* . ARBITRI.

6795. C · VEDENNIVS · C · F ‖ QVI · MODERATVS · ANTIO ‖ MILIT · IN · LEG · XVI · GAL · A · X · ‖ TRANLAT · IN · COH · IX · PR ‖ IN QVA · MILIT · ANN · VIII ‖ MISSVS · HONESTA · MISSION ‖ REVOC · AB · IMP · FACT · EVOC · AVG ‖ ARCITECT · ARMAMENT · IMP ‖ EVOC · ANN · XXIII ‖ DONIS · MILITARIB · DONAT ‖ BIS · AB · DIVO · VESP · ET ‖ IMP · DOMITIANO · AVG · GERM ‖ . . . . — Romae, effoss. in V. Nomentana ad D. Agnetis, nunc in Mus. Vat. Fea, *Varietà* p. 87; Kellerm. Vig. 301. Cf. titulum sequentem:

6796. IMP · CAESARI ‖ DIVI · HADRIANI ‖ AVG · FILIO · DIVI ‖ TRAIANI · PARTHICI ‖ NEP · DIVI · NERVAE ‖ PRONEPOTI · TITO · AELIO · HADRIANO ‖ ANTONINO · AVG · PIO ‖ TRIB · POT · COS · DES · II ‖ SCRIBAE ‖ ARMAMENTARI — Romae, in Mus. Cap. Guasco n. 89; vidi ipse.
quem, licet militis non sit, hic tamen proponere placuit, quia ad rem militarem pertinet.

6797. D · M ‖ M · CALLIENIO ‖ PLACIDINIO ‖ BENEF LEGAT ‖ LEG · I · MINERVI*ae* ‖ FACIENDVM CVRAVIT ‖ PLACIDINVS ‖ PATER EIVS ‖ FRVMENT ‖ LEG · I · MIN — Romae. Kellerm. Vig. 289.

6798. · D · M · ‖ T · SEXTIO · IVLIANO ‖ COHORT · V · VIG ‖ BENEF · PRAEF ‖ QVI · VIX · ANN · XXVIIII ‖ MENS · VI · DIEB · VIII · ‖ T · SEXTIVS · EPAPHRA · PAT — Ostiae. Id. 74.

6799. DEO · MERCVRIO ‖ TIB · IVSTINI ‖ AEL · AVGVSTA ‖ TITIANVS · B · F ‖ LEG · LEG · XXII ‖ ET · SERVANDIA ‖ AVGVSTA · EIVS ‖ V · S · FAVSTIN · ET · RVFIN ‖ COS [1]) — Mogontiaci. Klein, *Ztschr. d. A. V. zu Mainz* I, 1, p. 59, 4; Steiner, I. Dan. et Rh. I, n. 297.

1) A. 210.

6800. · · · *opp*ONIO · PATER*no* ‖ PB [1]) VET · EX · CA · [2]) LEG I ‖ · · OPPONIVS · ZOILVS · LIB ‖ ET HERES F · C (ascia) — *Lessenich*, nunc Bonnae. Lersch, C. M. II, 37; *Rh. Jahrbb.* III, p. 99; Overbeck, *Katalog* n. 30.

1) *Principalis Benificiarius*, Overb. 2) EX CA*ndidato*, L. O.; fortasse rectius *ex carcerario*? Cf. ad 3514.

6801. Q · STATIO · PÆTO ‖ P · Q · [1]) XII · LAPIDES · IIII [2]) ‖ FAVSTVS · LIB · ET ‖ HILARVS · CACVRI*us* [3]) ‖ D — Brixelli. Bull. Inst. Arch. 1846, p. 38.

1) *Pedes Quadratos* = quaquavorsum; Cavedonius. 2) Quattuor lapides ad quattuor angulos areae collocati, ut etiam in Foro Traiani quattuor cippi in eius honorem positi erant (Fea, *notizia degli scavi* cet. p. 22); Brixelli duo saltem effossi sunt. 3) Borghesius *cacurium* eundem fere esse putat cum *cacula*, qui est servus militis, et conferendum cum *cuco praefecti* apud Kellerm. Vig p. 17.

6802. PRO · SALVTE · AVG · M · D · M ‖ SANCTVM ‖ T · FL · LONGINVS · VET · EX · DEC · AL · II · PANN ‖ DEC · COL · DAC · [1]) DEC · MVN · AP · DEC · KANAB ‖ LEG · XIII · G · [2]) ET · CL · CANDIDA · CoNIVNX · ET · FLAVI ‖ LONGINVS · CLEMENTINA · MARCELLIANA · FIL ‖ EX · IMPERIO · PECVNIA · SVA · FECER · L · P · O · O [3]) — Carlsburgi Transilvaniae. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 154.

1) i. e. Sarmizegethusensis. 2) *kanabenses legionis* XIII *geminae* caupones vel negotiatores sunt legioni adiuncti *in canabis consistentes* (*Marketender*, *vivandieri*), quos collegium effecisse et hoc ex titulo patet et ex Orelliano n. 3798. Eorum *viatorem* habes in inscriptione quadam in loco *Königshof* prope Argentoratum eruta (v. n. sequentem). 3) Corr. L . D . D . D ,

6803. IN H D *d* ‖ *ge*NIO VICI C^ ‖ · · · BAR ET VI ‖ · · · ATOR CANA ‖ · · · BENSIVM [1]) ‖ MARTIVS ‖ OPTATVS ‖ QVI COLVMNA*m* ‖ *e*T STATVAM ‖ D • D — *Revue Archéol.* VIII. p. 198.

1) Dubito, num re vera ab initiis versuum aliquid desit. Facile enim apparet, *viatorem canabensium* in versibus 4 et 5 inesse, quamquam nescio, quid sit illud CABAR, male fortasse exscriptum, nisi pro CAVAR*io* accipiendum est, ut *cabatores* pro *cavatoribus*. Martius tum *cavarius* est et *viator* collegii *cannabensium*. Neque tamen hos quoque *cannabenses* militares fuisse affirmaverim. [Mihi est *ge*NIO VICI CABAR*ensis* ET VIATOR*um* CANABENSIVM, hoc est genio incolarum et hospitum, quorum causa canabas, hoc est tabernas diversorias, eo loco paratas fuisse apparet. MOMMSEN.]

6804. (IN · H · D ·) D · PRO ‖ (SALVTE ·) IMP · SEVERI ‖ (ALEX)ANDIRI (sic) · AVG · DEo ‖ (APO)LLINI · DYS (sic) · PRO · LV · SI‖(O)LQ · DE · [1]) MILITES · LEG ‖ XXX · V · V · P · F · [2]) SVB · CVRA ‖ AGENT · T · F · APRI · COM ‖ MODIAN · [3]) LEG · AVG · P · P · ET ‖ CANNVT · MODEST · LEG ‖ LEG · [4]) SEPT · MVCATRA ‖ IMAG · ET · SEPT · CALLVS ‖ ET · SEPT · MVCATRA · ET ‖ SEPT · DEOSPOR · ET · SEPT ‖ SAMMVS · E SEPT · MCATRA ‖ CANDIDATI · V · S · L · M ‖ MAXIMO · T · ET · AELIANO ‖ COS [5]) — *Xanten*, nunc Bonnae. Mur. 355, 2; Lersch, C. M. II, 14, ubi v. cett.; Steiner, I. Rh. 651; I. Dan. et Rh. II, 1265; Overbeck, *Katalog* n. 28. Litterae uncis inclusae hodie desiderantur.

1) Lersch: *Diis* PRO*pitiis* LV*nae* SOL*iQue* DE*voti* (?). [Fortasse OYS*ari* PRO LV*ce* SOL*eQue* DE*voti*? MOMMSEN.] 2) V*lpiae* V*ictricis* P*iae* F*idelis*. 3) T. Flavius Aper Commodianus commemoratur apud Grut. 103, 11. 4) sc. XXX Ulpiae. 5) A. 223.

6805. L · AVFVSTI · L · F · SVBVRA · RVFINI · CEN ‖ COHÓR · VII · VIGIL · ROM · CANDIDAT ‖ TI · CAESAR · ET · AVFVSTIAE · SVPERANTIAE ‖ ET · AVFVSTI · ET · AVFVSTIAE · GEMEL · OLL · IIII · ‖ L · AVFVSTIVS · L · F · SVB · FVSCVLVS · MAIOR ‖ L · AVFVSTIVS · L · F · PALATINA · SERENVS · M [1]) ‖ EX · CAVSSA LEG · FACIVN · CVR — Romae. Grut. 525, 5; nunc Mutinae. Cavedoni, *Marmi Modenesi* n. LV.

1) M*inor*.

6806. A · GABINIVS · A · F · SER ‖ PONTIANVS ‖ MIL · LEG · XX · CANDIDATVS ‖ TI · CAES · AVG ‖ RELATVS · IN · PRAET ‖ VIX · ANN · LIIX · M · V ‖ H · S · E — Brundisii. Grut. 543, 1. [Panvinianus titulus et sine dubio spurius; v. I. N. 135. MOMMSEN.] — Contra Grut. 1109, 5 sine dubio falsus est, et in inscriptione Tarquiniensi apud Kellerm. Vig. 290 recte legitur FR(*atri*) KA(*rissimo*) neque de *praefecto castrorum* vel *tribuno kandidato* in ea sermo est, etiamsi de littera F non satis constare Kellermanno visum est:

6807. D · M · T · IVLIO ‖ VALENTI VET ‖ LEG V MACD ‖ M · AN XXVI EQ ‖ VIX A L TI IVLIVS ‖ FRONTO FR KA ‖ ET IVLIA FRON‖TINA · ET · IVLIA ‖ · · · · LENLINA [1]) · · · · · POS.

1) l. *va*LEN*t*INA.

6808. D M ‖ M AQ VINI VERINI ‖ OPLIONIS [1]) KARCE‖RIS EX COHORT XIII ‖ VRBAN BONONI‖VS GORDVS MEDI‖CVS

CASTRENSIS²) ‖ ET MACCIVS MODES‖TVS ET IVLIVS MATER‖NVS MILITES HER EI*us* ‖ FACIEND CVR — Lugduni Allobrogum. Caumont, *Bulletin monumental*, 2e série, II, p. 250; corr. Boissieu, *Inscr. de Lyon* VIII, 43, p. 355.

1) l. OPTIONIS; cf. 1791 et Kellerm. Vig. 182, qui minus accurate optionem *karcerarii* huiusmodi militem dicit. 2) Cf. Kellerm. Vig. in indice et Orell. 448 et 4996.

6809. DOMVI ‖ DIVINAE ‖ AVGG¹) ‖ L · CAECILI‖VS VRBA‖NVS OPT ‖ VAL CVR O‖PERI ARM ‖ POSVIT²) — Lambaese. Renier, *premier rapport etc. (extrait des archives des missions scientifiques* 1853) p. 10.

1) Tertia G scalpro deleta aetatem monumenti (209—211) indicat. 2) OPT*io* VAL*etudinarii* CVR*ator* OPERI(s) ARM*amentarii*? Renier praefert *armarii* vel *armariorum*. — Kellermannus quidem in lapide Vaticano n. 6834 *optio valetudinar.* legi affirmat, sed minus recte; suo enim iure Marinius VALETVDINAR edidit, unde in titulis quoque Lambaesitano et Beneventano (Or. 3462) *optionem valetudinarii* indicatum esse credo.

6809a. DEO · IN‖VICTO ‖ VAL · VICT‖ORINVS OP‖TIO LEG X G ‖ V · L · S — Ara cum quinque aliis in spelaeo Mithriaco Carnunti rep. anno 1853; nunc in Museo Vindobonensi. Arneth, *Sitzungsber. der phil.-hist. Classe der k. k. Akad. d. W.* vol. XI, fasc. 2. p. 330; ipsum Mithraeum accurate descripsit et monumenta in eo reperta delineanda curavit de Sacken, l. l. p. 336 seqq. cum tabb. I et II. Quibus monumentis, quum tardius mihi innotuissent, in Mithriacis uti non licuit, unde inscriptionem maxime memorabilem et, quod equidem sciam, unicam hic proferendam esse censui, hominibus epigraphices studiosis privilegio quasi quodam vetusto concessum esse sciens, ut de diversissimis rebus uno tempore libere verba facerent:

PETRAE ‖ GENETRICI¹) ‖ P Æ²) NIGRI‖NVS SACD ‖ V S — ll. ll. p. 331 et tab. I, 2.

1) De Mithra *de petra nato* (θεὸς ἐκ πέτρας) cf. quos laudat Arneth l. l. p. 334, Ph. a Turre, monumenta veteris Antii, Romae 1790, p. 162; Creuzer, *Symbolik* I, 743; Röth, *Aegypt. u. Zoroastr. Glaubenslehre*, p. 407, 415. 2) Ita legit Arneth; in imagine tamen delineata ita scriptum est AE.

6810. L · SERTORIVS · L · F · ‖ POB · FIRMVS ‖ SIGNIF · AQVIL ·¹) LEG · XI ‖ CLAVD · PIAE · FIDELIS ‖ MISSVS · CVRAT · VETER ‖ LEG · EIVSDEM ‖ DOMITIAE · L · F ‖ PRISCAE · VXORI — Veronae. Orti, *confini del territorio veronese* cet, p. 42; Kellerm. Vig. 288a. Cf. n. 3460 = 4968.

1) *Signifer aquiliferi.*

6811. DEAE · DIANAE ‖ C · LVCILIVS ‖ MESSOR · MIL ‖ LEG · XXII · P · P · F ‖ CVS · BASIL¹) ‖ DEXTRO · ET ‖ PRISCO · COS²) — Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 414; I. Dan. et Rh. I, 281, cet.

1) CVS*tos* BASIL*icae*, St. fortasse exercitatoriae, ut n. 6736. 2) A. 196.

6812. BANTIO DRACONARIVS¹) ‖ HIC REQVIESCIT IN PACE ‖ QVI VIXIT ANNOS TRIGIN‖TA QVINQVE CVM SVIS — Romae, in Mus. Vat. Kellerm. Vig. p. 42, nota.

1) Cf. Veget. II, 7.

6813. D · M ‖ SEPTIMIO · IVSTO ‖ DVPLICIARI[1]) ‖ MIL · COH · I · PR · P · V ‖ QVI · VIXIT · ANN · XL ‖ MILITAVIT · AN · XVI — Romae. Bull. Inst. Arch. 1850, p. 177, n. 6.

1) Hac forma vocabuli Borghesius apud Matrangam l. l. p. 181 *dupliciaris* potius quam *dupliciarius* in inscriptionibus legendum esse probare conatus est, neque tamen recte, quum vox *dupliciarius* non solum in titulo quodam Bonnensi a Lerschio lecta sit (*Rh. Jahrbb.* II, 1843, p. 83 = Steiner, I. Dan. et Rh. II, 1023), sed in monumento quoque Puteolano exstet, quod inter inscriptiones municipales referemus (n. 7110), item alibi, ut I. N. 117, infra n. 6878. Titulus autem Romanus quum unicum exemplum sit, quo forma declinationis tertiae videatur confirmari, scalpri potius errore eam ortam esse censeo. — *Duplicarii* et *duplarii* saepe inveniuntur, nec nova eorum exempla addere opus est.

6814. D · M ‖ L · ANTISTIO ‖ L · F · SAB · QVIETO ‖ EVOC · AVG · AB ‖ INDICES · FECIT ‖ MARIA · IVSTA ‖ MATER · FILIO ‖ PIENTISSIMO — Romae. Kellerm. Vig. 202.

6815. D · M ‖ IVL · CONCESSO ‖ VETERANO EX ‖ EVOCATO NATI‖ONE RETVS VIX‖IT ANNOS XLVIIII ‖ FECERVNT VINCE‖NTIVS NEPOS ET ‖ AVRELIA MARINA ‖ COIVX B · M · FE‖CERVNT — Ibd. op. cit. 204.

6816. *d* · *m* ‖ ET · MEMORIAE · AET*er*‖NAE · CELERINI · FIDE*lis* ‖ CIVIS BATAVI MIL *Leg* ‖ XXX · EXACTI · PROC · P · L*ug*[1]) ‖ *q*VI VIXIT ANN XXXXI *mo*‖RIENS · RELIQVIT · SVPER*sti*- ‖ TES · LIBEROS · TES CEL*e*‖RINIVS AVGEND*us* ‖ VIR · A · MILL ·[2]) FRATRI *kari*‖SSIMO · ET · MATVI · · · ‖ A · PIA · CONIVGI · CA‖RISSIMO · FACIEN‖DVM · CVRARVNT ‖ *e*T · SVB · ASCIA · DEDICAV*e*‖RVNT — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* VIII, 31, p. 534.

1) *Exacti procuratoris provinciae Lugdunensis*; cf. nn. 3131 et 5668. 2) Recte *a militiis* Mommsenius explicat; Ann. Inst. Arch. 1853, p. 73. — Singulare tamen illud VIR [dictum ut puto est *vir consularis* aliaque similia in inscriptionibus inveniuntur. MOMMSEN.]; quare nescio num forte IIVIR in lapide fuerit, seiungendum ab altero munere A . MILL; cf. Grut. 345, 3. — Cf. titulum alium: POMPEIO FELICI EX‖ACTA PROCVRATORIS — Ibd. Op. cit. VII, 12, p. 253 et quae de officio *exacti* Mommsenius disputavit, l. l.

6817. D · M ‖ M · AVR · AVGVSTIANO ‖ 7 · COH · V · VIG · VIX · AN · XXXIIII ‖ PROVITVS · [1]) ANN · XVII · EXCEP‖TOR · PRAESIDI · PROVINCIES ‖ M · S · [2]) ANN · IIII · LECTVS · IN · PRAE‖TORIA · EQVES · SIVE · TABV‖LARIVS · ANN · V · FACTVS · 7 ‖ IN · SYRIA · VIXIT · ANN · VIII ‖ CLAVDIA · PACATA · CONIVX · ‖ PIISSIMO · ET · VLPINVS · [3]) MAR‖CELLVS · NEPOS · B · M · FECE‖RVNT — Romae. Grut. 526, 6.

1) *probatus*. 2) *Moesiae Superioris*. 3) Corr. VLPIVS.

6818. D · M ‖ L · GRATII · L · F · CLAV ‖ VERINI CEME‖NELI · MIL · FRVM · LEG ‖ II · AVG · VIX · ANN ‖ XXXI · MILITAVIT ‖ AN · XII · FECIT · HE‖RES · Q · AEMILIVS ‖ MARINVS · SINGVLAR · LEG · EI‖VSD[1]) — Ibd. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 106.

1) Cf. Ann. Inst. Arch. 1850, p. 9, et l. l.

6819. · · · TE · · ME · · I · · A · · · · ·
· · · MNIE · VER · F ·
· · · T · AELIO · EVT*ici*

. . . VS · AVRELIVS . . .
· *im*MVNIS · LEG · SS · · [1])
. . . PRA · CONIVX . . . .
. . VM · CVRA . . . .
. . . . VS · LIBE*lius* ·

— Oehling. *Alterth. d. Oestr. Monarchie* n. 318 (*Wiener Jahrbb.* 1829 seqq.); Kellerm. Vig. n. 225, not.

1) *Immunem legionis* [vel LEG*ati*? Mommsen.], cuius unicum exemplum hic titulus exhibet, cf. cum *immuni turmae* apud Or. 3527. — Cf. Kellerm. Vig. ad 225 et p. 18.

6820. T · AELIO · CALLISℓTIANO · FRATRI ℓ RARISSIMO · MIℓLITI · COH · VIIII PR ℓ T · AELIVS LVCREℓTIANVS · FRATER ℓ MENSOR · COH ℓ EIVSDEM — Romae. Ibd. p. 18, n. 1. Amatius misit Borghesio.

6821. . . . TITIVS ℓ *l* · F · VOT ℓ *v*ETERANVS ℓ LEG · VIII · AVG ℓ STIPENDIORVM ℓ XXV · MENSOR ℓ FRVMENTI · V · F · SIBI · ET ℓ TITIAE · FVSCAE · L ℓ CONCVBINAE ℓ VITALI · F ℓ INGENVAE · F ℓ VENERIAE ℓ DILICATAE ℓ ET · LIB · LIBQ · SVIS ℓ ET · EORVM · NATIS ℓ NASCENTIBVS ℓ M · IN · FR · P · XVI, et:

6822. Q · TITIVS ℓ L · F · VOT ℓ VETERANVS ℓ LEG · VIII · AVG ℓ IMAGINIF*er* ℓ STIPENDIOR*um* ℓ XXV · T · F · I · SIBI ℓ PACILIAE · T · L · SEVER ℓ CONIVGI · ET ℓ Q · TITIO · Q · F · SEVERO ℓ VENVSTAE ℓ ET · LIB · LIBQ · SVI*s* ℓ ET · EORVM · NATIS ℓ NASCENTIBVS ℓ IN · AGR · P · XXXII — Aquileiae, in eodem lapide. Bull. Inst. Arch. 1839, p. 131.

6823. IN · H · D · D · GENIO · DEℓVII · T · QVINCTIVS · PEPPO ℓ F · A · V · S · L · L · M · PROBATVS ℓ MAXIMO · ET · VRBANO · CO*s* [1]) — Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 508; I. Dan. et Rh. I, 368.

1) A. 234.

6824. ANTONIVS · TAVRVS · MIL · ℓ COH · X · PR · 7 · MARINI · HER · ℓ IVLI · POTENTINI · FECIT · ℓ · B · M · VIX · ANN · XXX · PROBAT · ℓ ANN · XX · STVPENDIOR · X · ℓ COH · X · PR · 7 · ANICETI — Romae. Kellerm. Vig. 177.

6825. L · DECCIVS · L · F ℓ PAPIRIA · TICIN ℓ MILES · LEG · XX ℓ PEQVARIVS · [1]) ANNOR ℓ XXV · (?) STIPENDIORVM ℓ XVI · HIC · S · EST — Coloniae Agripp. Steiner, I. Rh. 884; I. Dan. et Rh. 1099.

1) Quum legio XX a Claudio in Britanniam missa sit, ante eius aetatem titulum exaratum esse necesse est. Referendus igitur fortasse ad tempora Drusi et Tiberii, quibus, quum legiones in regionibus tenderent vel hostilibus vel suspectis, satis probabile est eas greges in castris habuisse. Quapropter iniuria St. titulum emendare voluit. Cf. Borghesi, *Iscriz. renane* p. 8, ex Ann. Inst. Arch. 1839.

6826. D ascia M S ℓ M · AVR · EMERITℓVS · VET · MIL · PET [1]) ℓ VIRIAE · FIRMIN ℓ CONIVG · DVLCISSIM ℓ QVE · VIX · ANN · XL · MECVℓM · ANN · VI · DIGNISIME (sic) · ET ℓ BENE ·

MERENTI · F · C ‖ PRESIDI · LAVRICIO ‖ DVLCISIME (sic) — Romae. Kellerm. Vig. 206.

1) MILitiae PETitor? Kell.; cf. 3563.

6827. D · M · S ‖ SEX · CAECIL · IANVARIO ‖ EQ · R · IIII · MIL · [1]) PER · O‖MNIA · BONO · VIRO ‖ IN TERRAM SE VIVAM · ‖ ET HOC LOCO PONI VOLENTI · ‖ FIERI · CVRAVER · NOVIA SO‖PHIA MATER · ET · CAECILII · ‖ TERENTIANVS · ET · SOPHOS ‖ FRATRI · PIENTISSIMO · ET · RARISSIMO — in latere sinistro intuentibus: VIXIT · ANNIS · ‖ XXXXII · ‖ MENSIBVS ‖ XI · DIEB ‖ XXI — Ibd. id. n. 242; Mar. Papiri p. 291. Vidi ipse.

1) In hoc lapide omnia certa sunt, ita ut de lectione dubitari nequeat; unde confirmatur etiam Or. 3178. — Officium plane ignotum. Kellermannus quidem confert Or. 2248 (Fabr. 116, 297), in quo *militia prima praefectura . . . . exornare* legitur, et *quattuor militiarum* docet intelligendum esse. At *prima militia* idem esse videtur, quod *a principio militiae*.

6828. FAVSTINIO · FAVSTINO · SEMAVCI · FLORIONIS · FIL · MIL ‖ COH · I · F · D · PED · [1]) SING · COS · [2]) GEMELLINIA · FAVSTINA · MAT ‖ ET · FAVSTINIA · POTENTINA · SOR · HE · P · [3]) SECVNDVM · VOLVNT ‖ TESTAMENT · POS · VIXIT · AN · XXV · DECIDIT · IN · FLORE · IVVENTE (sic) — *Alsheim* in ducatu Hassiae. Steiner, I. Rh. 998; I. Dan. et Rh. I, 584 cett.

1) COHortis I. *Flaviae Damascenorum* PEDitatae; cf. Ann. Inst. Arch. 1850, p. 10. 2) SINGularis COnSularis, l. l. 3) HEredes Proximi, pessime St. Fortasse emendandum est pro HE . P, HERedes.

6829. TI · IVLIVS TI F ‖ CLA INGENVVS ‖ VIRVNO · MIL ‖ COH XII · VRB 7 ‖ NAEVI · SING ‖ TRIB · MIL ANN ‖ VI VIX · ANN XXIV ‖ POS · SECVNDINI‖VS · MAXIMVS · H · F · C — Romae. Kellerm. Vig. 190.

6830. D · M ‖ T · AVIDI · ROMANI · MILIT ‖ COH · VII · VIG · SIPONAR [1]) ‖ 7 · LAETORI · AVIDIA · ‖ ROMANA ‖ MATER · ‖ FILIO PIENTISSIMO — Florentiae. Fabr. 265, 102; Mur. 788, 3; Gori, I. E. I, p. 131, quem secutus est Kell. Vig. 71.

1) Cf. Kell. Vig. p. 19: SIFonarius, *siphonarius*.

6831. Q · IVLIVS · Q · F ‖ GALATVS · THYSDRO ‖ MIL · COH · VI · VIGIL ‖ 7 · LVCANI · AVGVRINI ‖ MILIT · ANN · XIV · IN · EIS ‖ SECVTOR · TRIBVNI · ANN · II ‖ BENEFICIARIVS ‖ EIVSDEM · ANN · II ‖ VEXILLARIVS · ANN · III ‖ VIX · ANN · XXXVII ‖ T · P · I — Romae. Kellerm. Vig. 66.

6832. D M ‖ FIRMINIO · VALENTI · MIL · N · V ‖ STATOR · PR · [1]) 7 · AGRICOLES · NATVS ‖ IN · PROV · THRACIA · CIVIT · PHI‖LIPPOPOL · VIXIT · ANN · XXV ‖ MIL · ANN · VI · FECER · HEREDES ‖ TATAZA · MATER · ET · TATA‖ZA · MVCAPORA · VXOR · FEC ‖ EX ⋇ CCL — Romae, in vinea Nari in via Salaria. Donati 340, 4, corr. Fea, *Fasti* p. LVIII.

1) Cf. Grut. 546, 8: MIL . N . STAT . PR . S (corr. >) CANDIDI, et 1031, 3: STATORI . PR; Mur. 811, 2: STAT . PR . > . SERENI. In quibus titulis quum de uno tantum statorum numero sermo sit, in nostra quoque inscriptione pro *Numeri quinti* lege NV*meri*. Apud Reinesium vero (VIII, 4) pro MIL . II . STAT emendo MILIT . STAT vel MIL N STAT. Confirmant autem meam sententiam *centuriae* statorum cum *cohortibus* praetorianis et urbanis una commemoratae (n. 3422). *Statores Augusti* habes n. 3524; Kell. Vig. 199; 200; Iahn, Spec. p. 28, n. I; p. 49, n. 6.

6832a. D · M ‖ VALERIVS ‖ IENVARIV*s* ‖ CIRCITO*r*[1]) ‖ DE VIXILLA*ti*‖ONE (sic) CATAFR*a*‖CTARIORVM AVR · EXVPAI · · ‖ CIVI SV · · · ‖ RE · · VS · · · · · · — Eporediae. Gazzera, *del ponderario e delle antiche lapidi eporediesi*, *Torino* 1852, 4 (ex *Memorie della R. Accad. delle scienze di Torino*, serie II, t. XIV), p.2 1, n. 9, et tab. II.

1) Primum, quod equidem sciam, *circitoris* militaris in lapidibus exemplum; cf. Veget. III, 8 et Gazzera, l. l. Quamquam mihi certe non plane de co videtur constare; in imagine enim lithographica pro *circitor* scriptum est CIRCIIO, litteris minoribus et postea, ut videtur, additis, nec post *o* litteram quidquam deesse spatio apparet in fine versus relicto. Unde si quis patriam hominis indicatam et *Circiio* pro CIRCEIO, hoc pro CIRCEIS scriptum esse maluerit, non valde equidem ei adversabor. In versu sequenti habes etiam *vixillatione* pro *vexillatione*.

6833. MEMORIAE ‖ C · LICINI · LICINI‖ANI · TESSERARI ‖ PRAETORIANI ‖ AEGRILIA · PRO‖BIANE INCOMP‖ARABILI · EXEM‖PLI · CONIVGIS ‖ S S P[1]) — Ostiae, nunc in suburbano Card. Paccae. V. Borghesius.

1) *Suis Sumptibus Posuit.*

6834. FORTVNAE SACR*um* ‖ T · STATILIVS · · *f* ‖ AQVILINVS · AQVILE*ia* ‖ 7 · ACVVI · OPTIO ‖ VALETVDINAR · D · D — Romae. Marini, *Giorn. di Pisa* XVI, p. 172; Kellerm. Vig. 197 minus accurate; vidi ipse. Cf. ad 6809.

6835. I · O · M · D · D ·[1]) SAC · PRO · SAL ‖ DOMINORVM · NN · AVGG · IMPP ‖ COLLICIVS ·[2]) VETERA · AVGG ‖ V · S · L · A — Ateste. Grut. 1005, 5; Furlanetto, *lap. pat.* p. 5, n. II.

1) *Iovi Optimo Maximo Dis Deabus.* 2) COLLICIVS Furlanetto nomen hominis est, mihi contra pro *collegio* dictum esse videtur, ut *collegius*, *colligius* haud raro in lapidibus legitur. Cf. 4109. 6111.

6836. Glandes missiles, quot hucusque innotuerunt, collegit Gaëtanus de Minicis, *sulle antiche ghiande missili*, Romae 1844, 4 (ex Actis pontif. Acad. archaeol.), qui partim ab inscriptionibus earum, partim a locis, in quibus repertae sunt, argumenta desumpsit, ut certis quibusdam bellis eas tribueret. Ex inscriptionibus, quae in iis leguntur, praeter n. 4932 nonnullas afferam, quibus indoles earum declaretur: LEG · XVIII ‖ FIR, rep. in regione Aprutina, quam propterea bello sociorum editor tribuit; legio autem XVIII in bello Variano interiit. Ad eandem aetatem pertinere videntur L · VI ‖ VOL(*untariorum*, s. VOL*onum*); LEG ‖ VI F; LEG · IX, aliae; Italicorum vero L · ITAL; L · II · ITAL; L · GAL; ETR cett.; deinde Romanorum glans POMPEI nomine insignis, Italicorum ea, in qua FERI POMPEIVM legitur. — Neque deorum nomina in glandibus defuisse, nomine MAR ‖ VLT apparet. — Ad bellum Spartaci editor has inscriptiones refert in Piceno

repertas: SERVI PERISTIS; FVGITIVI PERISTIS; S · P · F, fortasse *Servi Peristis Fugitivi*; ad bellum autem Perusinum hae pertinent prope Perusiam effossae: LEG · XI)(⅃VIVIᗡ (in alia DIVOM IVLIV); OCTAVI XVI; Q · SAL IM (Q. Salvius Rufus Salvidienus imperator, Octaviani dux, qui obsidioni illi interfuit); P · RVFVS ‖ IMP (cf. ad 3418); AP · PR · PI (Appius primipilus); PET(*e*) CVLVM ‖ OCTAVIANI; L · A · CALVII ‖ FVLVIA ‖ CVLVM · PAN(*datis*) (L. Antonius Calvus frater, Fulvia uxor triumviri Antonii); L · ANTONI CALVII ‖ PIIRISTI)(C CAIISARIS ‖ VICTORIA; ESVREIS ‖ ET ME ‖ CELAS; *s*INE MASA (= *sine pane*). — Affert denique aliquot glandes legionarias, e quibus hanc solam hic afferam: L · MAENIVS ‖ PR L · XII)(X ‖ MILLIA.

§. 4. PATRIA. PECVLIVM. NECESSITVDINES MILITVM. A MILITIIS.

N. 3548, fin. CVR, ex C . R aliorum, et aliorum C . V corr. Mommsen, I. N. 2845.

N. 3557, v. 3. XXXI, v. 7. SEXTIANVS, Kell. Vig. 159.

N. 3564: alterum, ut videtur, exemplum itidem Tuneti exstans cf. *Revue Archéol.* I, p. 825; in eo nunc desiderantur verba *nepos* — *Hadrianus*; pro *Thevesten* legitur THEVESTEM; in fine autem tituli numerus LXXXV.

6837. De nomine patriae pro tribu a vv. dd. accepto deque tribubus quas dicunt militaribus, cf. quae de indice tribuum ab Orellio proposito ad vol. II, p. 28 adnotavi.

6838. In alis cohortibusve sociorum milites non semper eius nationis esse, cuius nomine numeri appellati sunt, ipse et demonstravi et explicare conatus sum in Annall. Inst. Arch. 1850, p. 13 seqq.; hic pauca exempla attulisse sufficiat: C · IVLIO · ADARI · F ‖ PRIMO · TREVERO · ‖ EQ · ALAE · NORIC ‖ STATORI · AN · XXVII ‖ STIP · H · A · S · F · C — *Burginatii* inter *Castra vetera* et *Calcar*. *Archäol. Intelligenzbl.* 1833, p. 31; Bull. Inst. Arch. 1834, p. 15.

6839. TI CLAVDIVS MN‖TA·FCILIVS · 1) LVSI‖TANVS EQVES ALA‖E PANNONIORVM T 2) ‖ V · A XLV MILITAVIT ‖ A XXVII H · S · E · I † P 3) CIA‖VDIA PRIMIOLNI 4) ET FORTVNATA · L L — *Ain-Foua* prope Constantinam. Exscr. de Grabow; misit Gerhardus.

1) Cognomen plane corruptum. 2) T*ampiana*. 3) H*eredes* P*osuerunt*? 4) CLAVDIA PRIMIGENI*a*?

6840. · · · · VIX · · · · ‖ AVR · ASDVLA · MIL ‖ CoH · V · PRETORIE ‖ FRATRI · BENMEREN (sic) ‖ QVI · MECV · LABORAIT (sic) ‖ AN · XII · ET · FRVNINONE ‖ EST IN BARBARICO — Grumenti. Mommsen, I. N. 318.

6841. C · IVLIVS · C · F · VOL ‖ CARC 1) NIGER · MI‖LES · LEG · $\overline{II}$ · ANNoR ‖ XXXXV AER · XVII ‖ H · S · E — Sequuntur sex disticha. Mogontiaci. *Rhein. Jahrbb.* V. VI, p. 325, n. 106. Steiner, I. Rh. 315; I. Rh. et Dan. I, n. 551.

1) *Carca*, St. — Est Carcaso Galliae Narbonensis.

6842. M · CORNELIVS ‖ M · F · VOLTINIA ‖ OPTATVS · AQVIS ‖ SEXTIS · MILES · LEG ‖ XXII · PRIMIGENIA ‖ 7 · Q · STATI · PROXVMI ‖ AERORV · XL · TESTIAMENTO · F · IVSS — *Zahlbach*, prope Mogontiacum. Steiner, I. Rh. 422; I. Dan. et Rh. I, 426.

6843. T · CAECILIVS · T · F ‖ GALE · AVSONI ‖ MIL · LEG · IIII · MAC ‖ Ↄ · MVNATI · ANNO · XXXVII · AER · XVII ‖ HIC · SITVS · EST · L · SEMPRIIONIVS · AVSO · Ↄ · IVL · MARITIA-LIS · EXS · TESTAME ‖ FECIT · VIVITE · FELICES · QVIBVS · EST ‖ DATA · VITA · · · · · · · · · — Mogontiaci. Steiner, I. Dan. et Rh. I, 428.

6844. IVL · SECVNDINVS · EVOK ‖ COH · III · PR · SALA-RIOR · ‖ XXVII · [1]) QVI · VIX AN · LXXXV ‖ NAT · DACVS · ATTICIA · SAIIBINA · COIVX · ET · IVL · ‖ COSTAS · FILIVS · ET · ‖ HER · D · B · M · FCR — Romae. Mus. Vat. Kellerm. Vig. 140.

1) Cf. Grut. 528, 9; Fabr. 135, 104.

6845. M · AVR · TVLIILIO VICTORI ‖ MIL · COH · VIII ‖ PR · · · [1]) AVITI ‖ CONTIRoIINES FECEIIRVNT BEIINE MERENIITI — Romae. Kell. Vig. not. ad 172.

1) l. >.

6846. D · M · S ‖ M · AVRELI HERCVIILANI MIL COH I PR 7 ‖ OCTAVIANI QVI MIIILITAVIT ANNIS XXX ‖ CLAVDIVS MES-SIAIINVS COMMANIPVLVS ‖ ET HERES ‖ BENEMERENTI FECIT — Romae. P. Marchi misit Borghesio.

6847. *v*ALERIVS SECV*ndus* ‖ M*iles* LEGIONIS ‖ OCTAVAE · AVG · ‖ T · AEMILIVS FRONTONIS [1]) ‖ MILITAVIT · ANN · XVIIII · ‖ VIX · ANN · XXX [2]) ‖ CVRA EGIT ‖ HERES SVPSTI-TVTVS [3]) ‖ MAGIVS SABINVS ‖ 7 VETVRI LEGIONIS ‖ EIVSDEM AMICO SVO ‖ MERENTI — Romae. Zaccaria, *Stor. lett.* IX, p. 501.

1) Corr. > AEMILII FRONTONIS. 2) In numeris error inesse debet. 3) *Heres substitutus* idem est, qui saepe in titulis militaribus *secundus heres* dicitur, fortasse etiam *subheres*, nisi pro hoc *substitutus heres* legendum est; cf. Ann. Inst. Arch. 1849, p. 51.

6848. D · M ‖ Q · PANENT · QVINTIIANI · MIL · CL · PR · RV [1]) ‖ III · AESC · N · DL · ST · X II [2]) ‖ C · POSTVM · VALENS · PROR · [3]) HER · TE · M · PLAIIRENTVS · SYRIO ‖ SVBHE · TE · PRC · MERENT — Rep. Miseni, nunc in R. Mus. Neap. Mommsen, I. N. 2805.

1) RAV*ennatis*. 2) N*atione* DEL*matu* ST*ipendiorum* XXXII. 3) PROR*eta*.

6849. LABERIAE ‖ POMPEIANAE · C · F ‖ CONIVGI · MI : : : [1]) MACRINI ‖ VINDICIS HERMOGENIIANI · C · V · ET · CONSV-LARIS ‖ OB · KARISSIMAM · PRAECIIPVAMQVE · AC · MVNI-FICAM ‖ EIVS · IN · SE · LIBEROSQVE ‖ ADFECTIONEM ‖ PIE-TATEMQVE ‖ L · GABINIVS · COSMIANVS ‖ PONTIF · PAT · COL · ET · A · MIIILITIIS · [2]) CONSOCER ‖ L · D · D · D — Venafri. Op. cit. 4619.

1) Scr. MArci; cf. l. l. 4618. 2) Borghesius, *Iscrizz. Renane* p. 7 (Ann. Inst. Arch. 1839) confirmat sententiam Orellii, qui delectibus habendis praefuisse eos magistratus docuit, qui *a militiis* appellantur. [Mihi *a militiis* qui dicuntur iidem videntur ac *IIII militiarum* viri (v. n. 6827), militiaeque honestiorum eaedem ac tenuiorum stipendia; ut XXV annis hi, illi quadriennio militiam absolverint. Mommsen.] Quos probe distinguendos esse declarat a libertis Augustorum dictos *a copiis militaribus* vel *castrensibus*. — Cf. n. 6816 et Or. 3560 seqq.

§. 5. DONA MILITARIA.

N. 3567, spurius, ex „Boissardi autographis". Nota errores plurimos a falsario commissos: T pro TI; D . CAES omisso AVG; statuam inter dona militaria commemoratam; litteram G geminatam in voce AVGG; omnia ornamenta praetoria; praeterea officium *a libellis* Tiberii aetate libertorum erat et Hadrianus primus ab epistulis et libellis equites Romanos habuit (Spart. 22); cf. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 324.

N. 3569 = 4952; v. 4. PROVINC; v. 6. ab Orellio omissus: AVG . XVIR . STLITIB . IVDIC; ipse vidi Maceratae in aedd. Compagnoni-Marefoschi, sed Tibure repertus est; cf. Donat. 299, 6 et Or. 4952.

N. 3570: v. 6. l. HERED; deinde PRO || LEG.

N. 3572, spurius; Mommsen, I. N. 33*; *scurra* tamen inter milites commemoratur apud Kell. Vig. p. 30, 14, v. 9 = Mur. 877, 1 cett.

N. 3574, corr. ex Cod. Vat. 5253, p. 281. Kellerm. Vig. 42, et Labusius in libello *sopra un' iscrizione scoperta in Egitto*; illius exemplum ob multos errores emendatos hic referre liceat: *m* . BASSAEO . M . F . *Stel* || RVFO . PR . PR . || *im*PERATORVM . M . AVRELI . ANTONINI . ET || *l* . AVRELI . VERI . ET . L . AVRELI . COMMODI . AVGG || CONSVLARIBVS . ORNAMENTIS . HONORATO || *e*T . OB . VICTORIAM . GERMANICAM . ET . SARMATIC || *a*NTONINI . ET . COMMODI . AVGG . CORONA || *m*VRALI . VALLARI . AVREA . HASTIS . PVRIS . IIII || *to*TIDEMQVE . VEXILLIS . OBSIDIONALIBVS || *ab iisdem* DONATO . PRAEF . AEGYPTI . PRAEF || *ann* . PROC . A . RATIONIBVS . PROC . BELG*icae* || *et du*ARVM . GERMANIARVM . PROC . REGNI || *nori*CI . PROC . ASTVRIAE . ET . GALLECIAE . TRIB || *coh . ii* . PR . TRIB . COH . X . VRB . TRIB . COH . V . VIGVL . P P . BIS || *huic sen*ATVS AVCTORIBVS . IMPP . ANTONINO . ET || *commo*DO . AVGG . STATVAM . AVRATAM . (?) IN . FORO || *divi traia*NI . ET . ALIAM . CIVILI . AMICTV . IN . TEMPLO || *divi pii* TERTIAM LORICATAM . IN TEM||*plo . martis . ultoris . po*NENDAS . CENSVIT — Supplementa sunt Labusii et Borghesii.

N. 3575, v. 12. pro *idem* corr. C . R . EQ .

6850. Distinguenda sunt dona s. praemia militaria *maiora* et *minora*, illa quidem ducibus praesertim exercituum et legatis consularibus, legatis praetoriis legionum, tribunis, praefectis data, haec centurionibus plerumque, ceteris principalibus, militibus gregariis. Dona autem maiora coronae erant vallares, murales, aureae, classicae, hastae purae, vexilla; minora torques, armillae, phalerae, licet coronis quoque haud raro ob res egregie gestas milites gregarii donarentur, torquibus vero et armillis et phaleris tribuni quoque et praefecti honorarentur. Et ita quidem praemia maiora ducibus tributa esse videmus, ut legato consulari praeter coronas quattuor darentur hastae vexillaque quattuor (nam si octo hastae et vexilla in lapidibus leguntur, ob duas expeditiones duces iis donati erant, unde etiam binae coronae una cum octonis hastis vel vexillis commemorantur; cf. n. 5448; 5477); legato vero praetorio tres hastae purae et vexilla tria, quamquam Vespasiani aetate duo tantum vexilla cum tribus hastis coniuncta fuisse vidimus (n. 5450); tribuno denique vel praefecto duae hastae purae duoque vexilla. Interdum autem una modo hasta et vexillo uno tribunos ac praefectos

donatos esse constat, eodemque numero primipilos et centuriones ornatos esse, si quando idem iis honor habebatur. V. indicem munerum militarium.

6851. C · CANVLEIVS ‖ Q · F · LEG · VII · EVO‖CAT · MORT · EST · ANN · NAT ‖ XXXV · DONAT · TORQ · ARMIL ‖ PALER (sic) · CORON ‖ Q · CANVLEIVS · Q · F ‖ LEG · VII OCCEIS · IN GAL[1] ‖ ANNOR · NAT · XVIII ‖ DVO · FRATR ‖ IEIS · MONVM · PAT · FEC — Capuae. Mur. 802, 8; corr. Mommsen, I. N. 3621. Male ab Orellio (4596) condemnatus.

1) In bellis, ni fallor, Caesarianis, quorum aetatem et forma litterarum verborumque et legio virique cognominibus carentes indicare videntur. [Praeterea legionem VII in exercitu C. Caesaris Gallico fuisse notum est. Mommsen.] Cf. I. N. ind. XXIV.

6852. M · STLACCIVS · C · F · COL ‖ CORANVS ‖ PRAEF · FABRVM · EQVO ‖ PVBLICO · EX · QVINQVE ‖ DECVRIIS · PRAEF · COH · V ‖ BRACAR · AVGVSTANORVM ‖ IN · GERMANIA · TRIB · MIL · LEG · II ‖ AVG · PRAEF · EQVITVM ALAE ‖ HISPANORVM IN BRITANNIA ‖ DONĪS · MILITARIBVS · DONATVS ‖ CORONA · MVRALĪ · HASTA · PVRA ‖ SIBI · ET ‖ C · STLACCIO · CAPITONĪ · PATRĪ ‖ C · STLACCIO · C · F · COL · CAPITONĪ · FRATRĪ ‖ L · STLACCIO · C · F · COL · FRONTONĪ · FRATRĪ ‖ CLAVDIAE · SECVNDAE · VXORI — Rep. in Via Ostiensi. Fea, *Fasti* p. LXXXV. Inter Analecta Orellii hunc titulum iam exstare sero cognovi; cf. n. 5017.

6853. L · AEMILIO ‖ L · FIL · GAL · ‖ PATERNO · P · P ‖ PRAEF · FABR · Ↄ LEG · VII · G ‖ Ↄ · LEG · Ī · M · Ↄ · LEG · VII CLAVD ‖ Ↄ · LEG · XIII · G · Ↄ · COH · · · *urb* ‖ Ↄ · COH · IIII · PR · CCC ·[1] LEG · II · AV*g* ‖ ET · P · P · TER · DONIS · DONATO ‖ AB ĪMP · TRAIANO · TORQVI‖BVS · ARMILLIS · PHALERIS ‖ CORONA · VALLARI · BIS ‖ IN DACIA · SEMEL · IN PAR‖THIA ‖ ATILIA · L · FIL · VERA · BE‖NE DE SE MERITO — Tarracone. De Laborde, *Voyage de l'Espagne* pl. 88, 14, ex cuius exemplo aeri inciso ipse restitui.

1) *Trecenario.*

6854. P · TVTILIVS · P · F · OVF ‖ VETERANVS · SIGNIF ‖ AQVILIFER · LEG · · · · ‖ CVRATOR · VETERAN ‖ ACCEPIT · AB · IMPER ‖ PRAEMIA · DVPLICIA ‖ NATVS · HIRTIO · C · ‖ VIBIO · PANSA · COS[1] DEF ‖ C · FVFIO · GEMINO · L · RVBELLIO ‖ GEMINO · COS ·[2] SIBI · ET ‖ P · ATECINGI · F · ET ‖ DEMINCAE ET ‖ ANDOBLATONI · P · F · ‖ GNATAE · P · F · ‖ T · F · I — Mediolani. Labusius communicavit cum Ortio, *gente Sertoria* p. 47; Kellerm. Vig. nota ad 288, a. Norisius, Ep. consul. p. 9. mutilam inscriptionem exhibet.

1) A. 43 a. C. 2) A. 29 p. C.

6855. D · I · M[1] ‖ AVRELIVS ‖ IOVINVS ‖ VETER · LEG ‖ XIII · GEM ‖ MIL · TORQVATVS ‖ ET · DVPLARIVS ‖ TEMESIS · SVP[2] ‖ AVREL · VRSE ‖ CONIVGI ‖ KARISSIME — *Laibach. Istria* VI, p. 147.

1) Corr. D . M . 2) Kandlerus l. l. ad *Temesam s. Tempsam* Bruttiorum nomen refert, ex nota SVP adiuncta superiorem quandam et inferiorem Temesam fuisse suspicatus. [Num HEMESIS SYR*iae*? MOMMSEN.]

6856. *cl* · PATERNVS CLEME*ntianus* ‖ PROC AVG ‖ PRAEF · EQ · ALAE · SILIA*nae* ‖ TORQVATAE · [1]) C · R ‖ TRIB*un* . *militum* ‖ LEG · *xi* · *claudiae* ‖ · · · · · S SICCAT · · · · ‖ FECIT — *Epfach*. Hefner, *R. Denkm. Oberbaierns*, *2te Abthl.* p. 13, n. X (*Oberb. Archiv.*). Ipse restitui, quum tabulam honestae missionis imp. Hadriani illustrarem, *Rh. Jahrbb.* 1848.

1) Ut singuli milites, ita etiam numeros militum donis donatos esse hoc titulo probatur.

§. 6. HONESTA MISSIO.

N. 3577. Pro tabulis honestae missionis numero XVI, quas Orellius novit, XLVII Zellius recensuit, *Handbuch* II, p. 328—330, quibus nunc adde nn. 6857a et 6858a.

N. 3586, fin. PRAEF; Steiner, l. Rh. 955.

N. 3592: *singulares* equites sunt singulares Augusti. Post IMP centurionis signum omissum, notam autem HAST . PR explicandam esse HAST*ato* PR*imo* recte vidit Borghesius; Ann. Inst. Arch. 1850, p. 25; cf. Grut. 1096, 1; Veget. II, 8.

De *tabulis honestae missionis* cf. quae post Marinium (Arv. p. 432 seqq.) Borghesius, *Diploma dell' imperatore Trajano Decio* in Actt. Acad. pont. archaeol. X, p. 131 seqq., exposuit, quaeque ipse adnotavi, *Rhein. Jahrbb.* XIII, p. 98 seqq. Hic exempla aliquot proponere liceat recens reperta:

6857. IMP CAESAR DIVI NERVAE F NERVA TRAIANVS · ‖ AVGVSTVS GERMANICVS DACICVS PONTIFEX ‖ MAXIMVS TRIBVNIC POTESTAT $\overline{\text{VIIII}}$ IMP ‖ IIII COS $\overline{\text{V}}$ [1]) P P ‖ EQVITIBVS ET PEDITIBVS QVI MILITANT IN A‖LIS TRIBVS ET COHORTIBVS SEPTEM QVAE APPE‖LANTVR Ī CLAVDIA GALLORVM ET I VESPASIA‖NA DARDANORVM ET GALLORVM FLAVIANA ‖ ET · I FLAVIA COMMAGENORVM ET I LVSITANO‖RVM CYRENAICA ET $\overline{\text{II}}$ LVCENSIVM ET II FLAVIA ‖ BESSORVM ET $\overline{\text{II}}$ ET $\overline{\text{III}}$ ET $\overline{\text{IIII}}$ GALLORVM ET SVNT ‖ IN MOESIA INFERIORE SVB A CAECILIO FAVSTI‖NO QVI QVINA ET · VICENA PLVRAVE STIPEN‖DIA MERVERVNT ITEM DIMISSIS HONESTA MIS‖SIONE ET CLASSICIS · QVORVM NOMINA SVB ‖ SCRIPTA SVNT IPSIS · LIBERIS POSTERISQVE EO‖RVM CIVITATEM DEDIT ET CONVBIVM CVM · V‖XORIBVS QVAS · TVNC HABVISSENT CVM EST CI‖VITAS IIS DATA AVT SI QVI · CAELIBES ESSENT ‖ CVM IIS QVAS POSTEA DVXISSENT DVMTAXAT ‖ SINGVLI SINGVLAS · A D III IDVS MAI ‖ C IVLIO BASSO CN AFRANIO DEXTRO COS ‖ COH $\overline{\text{III}}$ GALLORVM CVI PRAEFVIT ‖ P VALERIVS SABINVS ‖ PEDITI ‖ AMBIRENO IVVENCI F RAVRIC ‖ DESCRIPTVM ET RECOGNITVM EX TABVLA ‖ AENEA QVAE FIXA EST ROMAE IN MVRO ‖ POST TEMPLVM DIVI AVG AD MINERVAM — In parte exteriore altera tab. aeneae in Museo Hungarico Pestini asservatae; in altera parte

externa haec nomina testium leguntur: TI · IVLI · VRBANI ‖ Q · POMPEI HOMERI ‖ P · CAVLI RESTITVTI ‖ P · ATINI AMERIMNI ‖ M · IVLI CLEMENTIS ‖ TI IVLI EVPHEMI ‖ P . CAVLI VITALIS — Arneth, *Mil. Dipl.* tabb. XV. XVI; cf. XVII. XVIII; p. 43 sqq.

1) A. 106.

6857a. IMP CAESAR DIVI NERVAE F NERVA TRAIANVS OPTIMVS ‖ AVG GERM DACIC PONTIF MAX TRIBVNIC POTESTAT ‖ XVIII[1]) IMP · VII COS · VI · P · P · EQVITIB ET PEDITIB QVI MILITAVERVNT IN ALIS DVABVS ET COHORTIBVS SEX QAE (sic) APPELLANTVR · I · FLAVIA GAETV‖LOR ·[2]) ET · FRONTONIANA ET I ALPINOR ET Ī MONTANOR · ET I ALPINOR · ET I · LVSITANOR ET ĪĪ AVG NERVIA PACEN‖SIS ∞ BRITTON ET · III LVSITANOR ET SVNT IN PANNO‖NIA INFERIORE SVB P AFRANIO FLAVIANO[3]) ITEM ALA I · FLAVIA AVG BRITANNIC ∞ C R MISSA IN EXPEDI‖TIONEM[4]) (sequuntur formulae consuetae, quas v. n. 5430; deinde:) ‖ K SEPT ‖ L LOLLIANO AVITO L MESSIO RVSTICO CoS[5]) ALAE FRONTONIANAE · CVI PRAEFVIT ‖ L CALPVRNIVS[6]) HONORATVS ‖ EX GREGALE ‖ NERTOMARO · IRDVCISSAE F BOIO[7]) ‖ ET CVSTAE MAGNI FIL · VXORI · EIVS AQVIN[8]) ‖ ET · VICTORI F EIVS ‖ ET · PROPINQVO · F EIVS ‖ ET BELLAE · FIL · EIVS ‖ DESCRIPTVM *cet.* ut n. 5442, nisi quod pro *aenea*, *templum* et *Augusti* legitur AEREA, TEMPL et AVG — Nomina testium: TI CLAVDI IVSTI‖M MAECI EVPATORIS ‖ L PVLLI VERECVNDI ‖ Q APIDI THALLI ‖ C · IVLI PARATI ‖ TI IVLI VRBANI ‖ P CAVLI VITALIS — In parte externa laminarum aenearum rep. Carnunti 1853, nunc in Museo imperiali Vindobonensi asservatarum. Imaginem earum diligenter delineatam cum commentario ed. Eduardus de Sacken in *Sitzungsberichte d. phil.-hist. Classe der k. k. Akad. d. W.* vol. XI, fasc. II, p. 353 seqq. et tab. III. Partem internam, in qua eadem legi constat, quae in priore parte externa, delineandam non curavit; textum tamen eius compendiis tantum verborum ab externa diversae v. p. 355.

1) Ita ex parte interna restituendum esse pro XVII externae ex septima Traiani salutatione imperatoria satis constat; spectat igitur documentum ad annum 114, quo imperator VII, VIII, VIIII ob expugnatas Armeniam, Mesopotamiam, Adiabenen Traianus appellatus est; cf. Eckhel VI, p. 429 et 436, et nostrum n. 5443, not. 1. 2) In parte externa cl. Sacken CREIVLOR vel CRETVLOR legi affirmavit, deque iis plura coniecit parum probabilia; veram lectionem interna indicat: CAET. 3) sc. legato pr. pr. 4) sc. Parthicam, ut haud raro militum numeri ex provinciis longe distantibus ad bella urgentia mittuntur; cf. Or. 485; 750; 5456 cet. 5) L. Lollianus Avitus pater credendus est L. Lolliani Aviti cos. 144, curatoris operum publicorum anno 146, de quo cf. quae in *Bull. Napol.* III, p. 98 seqq. Borghesius nuper exposuit. — Messius Rusticus *curator alvei Tiberis et riparum* fuit anno 121; cf. Grut. 197, 5; 195, 2 cet. et de Sacken l. l. Quae de consulatu eius, Norisium secutus, Borghesius (*sull' età di Giovenale* p. 17, ex *Giornale Arcad.* t. CX) disseruit, novo hoc documento corriguntur. 6) In parte externa male CALLVRNIVS. 7) De Boiis Pannoniae cf. Strabo V, p. 213; vol. I, p. 335 ed. Kramer; Forbiger, Geogr. III, p. 451 et 469. 8) AQVIN*co*.

6858. TAXAT · SINGVLI · SINGVLAS ‖ A · D · XVII · K · IVLIAS ‖ C · LAECANIO BASSO ‖ M · LICINIO CRASSO FRVGI COS[1]) ‖ PAG · II KAP · XVI ‖ ALAE · GEMELLIANAE ·[2]) CVI · PRAEST ‖ Q · POMPONIVS · Q F · COL · RVFVS ‖ GREGALIBVS ‖ CATTAO BARDI F HELVETIO ‖ ET · SABINAE · GAMMI · FILIAE · VXORI · EIVS · HELVETIAE ‖ ET · VINDELICO F EIVS ‖ ET · MATERIONAE FILIAE EIVS ‖ DESCRIPT · ET · RECOGNIT · EX · TABVLA · AENEA · QVAE · FIXA EST ‖ ROMAE · IN · CAPITOLIO · POST · AEDEM · IOVIS · O · M · IN ‖ BASI · Q · MARCI · REGIS PR[3]) — In parte aversa: L · LVCILI PROCVLI ‖ C · PACILI PRISCI ‖ Q · LVSI SATVRNINI ‖ L · RENNI ORIENTIS ‖ CN · CORNELI IONICI ‖ L · POMPONI HYGINI ‖ T · SEXTI PRIMI ‖ L · LVCILI ARISTONIS ‖ L · LVCILI CHRESIMI[4]) — Lamina aenea rep. anno 1843 in vico *Geiselbrechting* prope *Traunstein* Bojoariae superioris. Föringer, *Oberb. Archiv* IV, 1843; ectypon idem edidit Op. cit. VI, 1845; cf. Böcking, *Rhein. Jahrbb.* III, 1843, p. 165.

1) A. 64. 2) Quae de nomine huius alae exposui in *Rhein. Jahrbb.* XIII, 1848, p. 77, minus recte disputata sunt; nam *legionem Gemellam* re vera habes in titulo n. 6677. Quamquam alae nomen nihilo minus a praefecto quodam Gemello ducendum esse constat. 3) Cf. n. 5088, et Bull. Inst. Arch. 1845, p. 121. 4) Nota numerum testium.

6858 a. In parte interna laminae aeneae: *imp · caes divi hadriani f* DIVI TRAIANI PAR‖*thici nep · divi nervae p*RONEP T AELIVS HA‖*drianus antoninus au*G PIVS PONT MAX ‖ *tr pot xx imp* II COS IIII P P ‖ *equitib et peditib qui m*ILIT IN ALIS III QVAE ‖ *appel i c · r* (?) *et i his*PANOR CAMPAGON[1]) ET I ‖ *aug ituraeorum* (?) ET COH X I VINDELICOR *mil et i · · · · · et i fl* COMMAGENOR ET I ‖ · · · · · *et i* · · · · · *et i* VBIOR[2]) ET I THRAC SAG ‖ *et i* · · · · · *et i* GALLOR DACIC ET I AVG ‖ *ituraeor · sag ·* (?) *et pedi*T SINGVL BRITTANNIC[3]) ‖ *et sunt in dacia* SVB STATIO PRISCO ‖ *xxv pluribve stipe*ND EMERIT DIMISSIS ‖ *honesta missione quor n*OMIN SVBSCRIPTA (quae sequuntur de parte externa desumpta sunt, in qua integra exstant:) SVNT CIVITAT ROMANAM ‖ QVI EORVM NON HABERENT DEDIT ET CONVI‖BIVM CVM VXORIB QVAS TVNC HABVISSENT ‖ CVM EST CIVITAS IS DATA AVT CVM IS QVAS POSTEA DVXISS DVMTAXAT SINGVLI S IDIB DEC ‖ Q CANVSIO PRAENESTINO C LVSIO SPARSO COS[4]) ‖ COH I VINDELICOR ∾ CVI PRAEST ‖ I VERSINIVS[5]) APER HISPELL ‖ EX PEDITE ‖ BARSIMSO CALLISTHENIS F CAES[6]) ‖ DESCRIPT ET RECOGNIT EX TABVLA AEREA cet. ut in n. 6857 a. — Nomina testium: *m · servili* GETAE ‖ *l · pulli* CHRESIMI ‖ *m · sentili* IASI ‖ *ti · iuli* FELICIS ‖ *c · iuli* VRB*ani* ‖ *c · pomponi* STATIANI ‖ *p · ocili* PRISCI[7]) — In fragmentis laminarum aenearum rep. a. 1851 in territorio civitatis *Zsuppa* in comitatu *Krascho* Hungariae. Imaginem eorum accurate delineatam, adiuncto commentario, ed. Iosephus Arneth v. c. in *Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der k. k. Akad. d. W.*,

Mar. Arv. p. 468; Card. *Dipl.* n. XXVII. Ectypon eius accuratissimum vol. XI, fasc. 2, 1853 p. 309 seqq., tabb. I et II, qui parum recte exercitui Pannonico documentum tribuit, neque annum, quo privilegia in eo commemorata ab imperatore concessa sunt, accuratius definire potuit. Pertinet autem ad Daciam provinciam et annum 157. Alam enim primam Hispanorum Campagonum, cohortem primam Ubiorum, pedites singulares Britannicos in Dacia tetendisse (cf. Neigebaur, *Dacien* p. 67, 3 et Marini, I. A. p. 70; Neigeb. l. l. p. 10, 2; Arneth, *Mil-dipl.* VI), Statium vero Priscum Daciae quoque legatum fuisse (cf. n. 5480 et Neigeb. l. l. 96, 1 = 157, 237; 178, 40; 193, 1), satis constat. Qui quum alio quodam monumento Dacico (Or. 2121) *consul designatus* dicatur, a legatione Dacica statim ad dignitatem consularem promotus est. Consul vero ordinarius fuit anni 159, unde kalendis Ianuariis Romae eum fuisse apparet. Quod si verum est, fieri non potest, ut Idibus Decemb. anni praecedentis in Dacia commoraretur; quapropter tabulae nostrae anno potius 157 assignandae sunt.

1) Restitui ex Neigeb. l. l. p. 67, 3; Arneth legit TANORVM, sed in parte interna negligentius exarata T et P facile commutari, eo quoque probatur, quod pro PRONEP idem v. c. legit PRONET. Ceteras alas ex documento Traiani (Arneth VI = n. 5443) desumpsi. *Campagones* vel *Campacones* (Marini, I. A. p. 70) populum fuisse credo ignotum, nec placet sententia Arnethii, qui a *campagis* nomen deducendum esse indicat. 2) Ita pro VLBIOR Arnethii scribendum esse, docuit me Neigeb. l. l. p. 10, 2. 3) Sic scripsi collato n. 5443, quamquam Ī pro T in imagine Arnethiana legitur; sed neque *cohors prima singularium Britannicorum* placet, et in monumento satis difficili Ī et T facile commutari possunt. 4) Consules igitur suffecti sunt anni 157, antea ignoti. 5) Corr. P, vel T, vel L VERGINIVS. 6) Nomen hominis originem eius satis indicat; quapropter patriam eius Caesaream Ituraeae fuisse recte proposuit editor. Ituraeum autem genere in Dacia natum eum esse credo, neque mirum est, quod inter Vindelicos in Dacia tendentes Ituraeus militavit in Dacia natus; cf Ann. Inst. 1850, p. 13, 1, et n. 6838. Ituraeorum plures numeros inde ab aetate Traiani ibi stationem habuisse probat e. g. n. 5443. 7) Nomina testium restituta sunt ex Arneth, *Dipl.* X, ubi sex ex septem leguntur nominibus hic commemoratis, et Cardinali, *Dipl.* XV.

6859. IMP CAES M IVLIVS PHILIPPVS PIVS ‖ FEL AVG PONT MAX TR POT V COS III P P PROC ‖ IMP CAES M IVLIVS PHILIPPVS PIVS FEL AVG ‖ PONT MAX TRIB POT II COS II P P [1]) ‖ NOMINA MILITVM QVI MILITAVER IN CO‖HORTIBVS PRAETOR · PHILIPPIANIS DECEM ‖ I · II · III · IIII · V VI VII VIII VIIII X PIIS VINDICIBVS ‖ QVI PII (sic) ET FORTITER MILITIA FVNCTI SVNT ‖ IVS TRIBVIMVS CONVBII DVMTAXAT CVM ‖ SINGVLIS ET PRIMIS VXORIBVS VT ETIAM ‖ SI PEREGRINI IVRIS FEMINAS IN MA‖TRIMONIO SVO IVNXER PROINDE LIBE‖ROS TOLLANT AC SI EX DVOBVS CIVIBVS ‖ ROMANIS NATOS A D VII · ID IAN ‖ IMP M IVLIO PHILIPPO PIO FEL · AVG · III ET ‖ IMP M IVLIO PHILIPPO PIO FEL AVG II CoS ‖ COH · VIII · PR · PHILIPPIAN · P · V ‖ M · BRAETIO · M · F · IVSTINO ‖ SABATIN · MANTVA · ‖ DESCRIPT ET RECOGNIT EX TABVLA AEN QVE (sic) FIX EST ROM · IM MVR (sic) · POSTEMPLVM DIVI AVG AD ‖ MINERVAM — Rep. Mantuae, nunc in Antiquario Monacensi asservatur. Maff. M. V. 325; Mur. 362, 1;

habes apud Hefnerum, *R. Inschr. m. Bemerkungen* (ex Actt. Acad. Monacensis), tab. I. Hic eam retuli, ut exemplum proponerem formularum, quibus in privilegiis cohortium praetoriarum imperatores utebantur. Partem aversam consulto praetermisi.

1) A. 248.

6860. D M ‖ AVR · PYRRHVS QV MILITA‖VIT IN COH · VIII · PR · MISS ‖ HON · MISSIONE · QVI VIXIT ‖ ANN · XLV · M · III D VII · NAT ‖ PAVTALIA · AVREL · II[1] ‖ PYRRHVS · ET · MARCELLINA ‖ PATRI · B · M ‖ FECERVNT — Romae, in Villa Negroniana. Exscr. Mommsen.

1) Corr. AVRELII.

6861. TIB · IVL · CA‖RETIS · F · SDEB · S‖DAS · DOMO ‖ TVRO · MISSI‖CIVS · EX COH ‖ SILAVCIENS ·[1] ‖ IV · H · S · E · TIB · IVL ‖ ANTVS · F · C ‖ (litt. minor.) ET · PRIMIGENIA ‖ LIB · EIVS · ANNO ‖ III · H · S · E — *Ter Voort* prope *Meurs.* Steiner, I. Rh. 683; corr. Lersch, C. M. III, 180, et ipse Steiner, I. Dan. et Rh. II, 1347.

1) Lerschius coniecit: SILVANECTENS; Silvanectae populus Galliae Belgicae.

6862. C · MARCIVS · C · F ‖ SERG · SALVIANVS ‖ NORBA ‖ GENIO CENTVRIAE ‖ COH · X · PR 7 MARI · BASSI ‖ IN · QVA · MILITAVIT · A · XIIX ‖ VOTO · SVSCEPTO ‖ MISSVS · HONESTA · MISSI‖ONE · PR NON IANVARIAS ‖ Q · FABIO CATVLLINO · M · FLAVIO ‖ APRO COS[1] ‖ ANIMO LIBENS ARAM SVA PECVNIA POSVIT — Romae, in Mus. Vat. Grut. 108, 6 all.; corr. Kellerm. Vig. 123.

1) A. 130.

6863. GALLICANO ET VETERE CoS[1] ‖ VII ID IAN COH · V ·[2] PR 7 ‖ SATRI · GENIO · 7 · MISSI ‖ HONESTA · MISSIONE VII ‖ HIBERO COS[3] ‖ ᶜᴰP[4] CENSORIVS · IVSTVS · VIRVNO ‖ ······ VS SESTINO ‖ L · VOLCLIVS ·········· ‖ Q · SEXTILIVS · RVFVS · FLANONIA ‖ C · VALERIVS · VERANVS · TRIDENTE ‖ SERVIANO III COS[5] ‖ T · ANNIVS · CRISPINVS · CVPRA · MAR ‖ T · ANTONIVS · PRIMVS · PERINTHO — Romae. Grut. 108, 7; exscr. quidem Smetius, sed ita ut vv. 7 et 8 in unum contraheret. Corr. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 194 ex Cod. Vat. Aleandri (n. 7113), p. 36.

1) A. 150. 2) Coh. I, Smet. 3) A. 133. 4) FL . L, Smet. 5) A. 134.

§. 7. RES NAVALIS. CLASSES. NAVIVM NOMINA. MVNERA CLASSIARIA.

N. 3595, not. 1. OPTIO recte; Mommsen, I. N. 2709.

N. 3596: eadem inscriptio legitur in quattuor lateribus arae, in quorum singulis exemplis quae varie scripta sunt, vide apud Mommsen, I. N. 2709. — Pro *praefec clas* scribe PRAEFECT CLASS, atque in Graecis *ΜΕΙΣΗΝΩΝ*.

N. 3599: titulus, si spurius non est, pessime quidem descriptus.

N. 3602, immerito suspectus Orellio, neque Phoebonius finxit inscriptiones; cf. Mommsen, I. N. 5986.

N. 3604, not. 1. Classis Syriaca commemoratur C. I. Gr. 3125, et in nostro n. 6924.

N. 3607, in fine legitur: ET . LIBERTIS . LIBERTABVS . POSTERISQVE EORVM; voces accentibus distinctae sunt; Mommsen, I. N. 2756.

N. 3609, v. 5. XXVII; v. 6. XLVIII . VALERIVS; op. cit. 2835.

N. 3611: Navium nomina collegit Cardinali, *Dipl. milit.* p. 7 sqq.; 282 sqq.; cf. Mommsen, I. N. indicem XXI.

N. 3612, v. 7. CERMAN (sic); v. 10. C . IVL . CONSTANS; I. N. 2823.

N. 3615, susp.; dedit Grut. ex Rubeo, de quo cf. Or. I, p. 62. Nota praesertim nomen filii a patris diversum.

N. 3617, v. 1. DAMNIIS . . ; v. 2. F ISPANO; NEPTVN . . ; v. 4. LV; PANNON . . ; v. 6. HYGI . . . ; I. N. 2674.

N. 3620, 1 et n. 3621: omnia exempla *cohortis nautarum* ab Orellio laudata ad Niciam pertinent et ex Ioffredo desumpta sunt, easdemque notas exhibent suspectas; unde rem plane singularem caveas ne temere pro certa accipias. Quamquam male potius descriptos, quam confictos, titulos dixerim. Num in CO . I . NAVT latet *collegium nautarum*?

N. 3622: „Gutenstenius ex autographo Ursini;" ideo et ob res ipsas in eo traditas titulus mihi certe spurius est.

N. 3623: spurius; cf. Mommsen, I. N. 405*.

N. 3624: *principem libertinorum* ad exemplum *principis peregrinorum* Orellius sibi excogitasse videtur; de hoc cf. n. 6747.

N. 3629, v. 5. OPT; I. N. 2711 ex codice Halensi.

N. 3632, v. 4. expl. HARM*orum*, sc. custos; cf. Mommsen, ad I. N. 2679.

N. 3633, v. 1. CRISPIO; v. 6. TITIA . TROFIME; Op. cit. 2705.

N. 3634, v. 1. D . AVRELIO CANDIDO NAVARCHO ARCHIGY . M ‖ BERNI; iunge D(*iis*) M(*anibus*); praeterea scribe PR, COIVGI, AEORVM; Op. cit. 2664.

N. 3635, v. 5. DIEBVS . IV; v. 7. GVBERN; id. 2699.

N. 3637: rectius Gorius, quamquam de nomine liburnae non constat.

N. 3638: in fine haec desiderantur: MESIBVS . V . DIE . I . AVRELIA . ‖ ERMOGENIA . COIVX . ET . ‖ FILI . EIVS . PATRI . BENE‖MERENTI . FECERVNT; I. N. 2727.

N. 3639: lege *fa*BRI DVPL*icarii*; cf. id. 2692.

N. 3641, v. 4. ANNIS XXV; id. 2689.

N. 3642, v. 2. VALERIVS . . . . ‖ NAT . ALEXANDRIN *veter*; v. 5. MENS . IIII; v. 8. VARENIA; v. ult. H . B . M . F — id. 2738.

N. 3643: spurius; cf. Mur. 33, 5, 7, 8 omnes ex Turre desumptos variisque nominibus *bonae deae* dicatos, et quae ad nn. 1519 et 1521 adnotavi.

N. 3647, spurius; desumpsit eum Fabr. ex schedis Vaticanis.

6864. Q MARCIVS HERMOGENES PR · AEF ELISSIS AVG IV EXAVDIT [1]) MEMNONEM ‖ HORA Īs NONIS MARTIIS SERVIANO III ET VARO COS [2]) — In colosso Memnonis. Letronne, *Inscr. de l'Égypte* II, p. 373; tab. XXXIII, 17; C. I. Gr. 4735.

1) Letronnius et, qui eum secutus est, Franzius (l. l. et C. I. Gr. III, p. 313, b) ita legendum esse affirmant: PRAEF CLASSIS AVG IV (*quartae*) EXAVDIT, quamquam legionum more etiam classes Romanorum numeris insignitas fuisse exemplis probare nequeunt. Quapropter equidem legendum esse censeo: CLASSIS AVG ALEXandrinae AVDIT cet.; praefectum classis in Aegypto habes in tab. hon. miss. Card. VII = Mar. Arv. p. 456. 2) A. 134.

6865. AINIIRVI · ·[1]) ‖ DOLABRARIı ‖ · · · · · · · · · ‖ CLASSIS AVG ‖ GIIR P FID [2]) ‖ V · S · L · L · M — Antunnaci, nunc Bonnae.

Lersch C. M. II, 13; Overbeck, *Catal.* n. 58; exscripsi ipse et correxi, confirmante Leopoldo Schmidt, qui mea caussa denuo lapidem inspexit.

1) l. *Minervae.* 2) *Classis Augusta Germanica pia fidelis*; cf. titulum sequentem:

6866. MATRIBVS ‖ SVIS ‖ SIMILIO MILITES EX CASSE (sic) GE‖RMANICA P · FiD 1) ‖ PLER 2) CRESIMI ‖ V · S · L · L · M — Ibd. Lersch, C. M. III, 145; Overbeck, *Catal.* n. 152; ipse vidi et correxi.

1) In utroque titulo PED*ites* male editores invenisse sibi visi sunt, neque ipse, quum Bonnae cum ipso Overbeckio archetypa valde detrita inspicerem, verum statim repperi. Quamquam quin recte nunc notas illas interpretatus sim, neminem dubitaturum esse spero. 2) PLER*omate*; cf. Hesych. s. v. πλήρωμα et Forcellini lex. s. v. 2. Erat miles in nave oneraria sub duce Chresimo.

6867. I · O · M · ‖ M · AEMILIVS · CRESCENS ‖ PRAEF · CLASS · GERM · P F ‖ CVM · AEMILIO · MACRINO ‖ FILIO · HIC · SVSCEPTO 1) — Bonnae. *Rhein. Jahrbb.* VIII, p. 166, n. 133.

1) Suscipere = tollere.

6868. I · O · M · ‖ L · IVL · ‖ MAXIMVS ‖ *t*RIERARCHA ‖ C · L · FL · PAN‖NONICA 1) ‖ V · S · L · M — Poetovione. *Alterthth. d. oesterr. Monarchie* (*Wiener Jahrbb.* 1829 seqq.) n. 308; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 49.

1) Corr. CL*assi* FL*avia* PANNONICA; classis igitur Pannonica (cf. 3601) a Vespasiano, vel, id quod magis probabile est, a Domitiano instituta erat; cf. Bull. l. l.

Classem Moesicam habes in tab. hon. miss. apud Card. *Dipl. mil.* VIII. ex Grut. 575, 1 et Mar. Arv. 462. Cf. n. 6857.

6869. D · M ‖ AVREL · PAVLINAE ‖ CASTISSIMAE · ET ‖ OBSEQVENTISSIMAE ‖ CONIVGI · QVAE · VIXIT ‖ ANNIS · XLVII · MENSIB · X ‖ M · AVRELIVS · REGVLVS ‖ PRAEF · CLASS · RAVENN ‖ MARITVS — Romae, in Museo Vaticano. Kellerm. exscr.

6870. DIS · MA*nibus* ‖ C · ATINI · EVTYC*hetis* ‖ B STOLARCH 1) V*ix an* ‖ XXII · M · VIII · M*il* · *an* · · ‖ GRACILIA GAL*la* · · · ‖ PIENTISSIMO ET I*ncompara*‖BILI · FILIO — In R. Museo Neap. Mommsen, I. N. 2685.

1) B*eneficiarii* STOLARCH*i*, ducis, credo, divisionis cuiusdam classis Misenatis. [Imo ipsius praefecti classis; tituli classiarii solent graecissare. MOMMSEN.]

6871. C · SVLGIO · L · F · PAP · CAECILIANO · PRAEF · LEG · III · CYRENAI‖CAE · P · P · LEG · XX · VALERIAE · VICTRICIS · PRAEPOSITO · RELI‖QVATIONI · 1) CLASSIS · PRAETORIAE · MISENATIVM · PIAE ‖ VINDICIS · ET · THENSAVRIS · DOMINI*cis* · *e*T BASTAGIS · 2) COPIA‖RVM · DEVEHENDAR · 7 . LEG · III · AVG · ET · SEPTIMAE · GEMINAE ‖ ET · PRIMAE · PARTHICAE · ET · XVI · FL · F · ET XIII · G · IN PROVINCIA DACI‖A NAVARCH · CLASSIS · PRAETORIAE · MISE*n*ATIVM · PIAE ‖ VINDICIS · OPTONI · PEREGRINORVM · ET EX*er*CITATORI · MIL*i*‖TVM · FRVMENTARIOR · ET · SVLGIAE · · · · · · · · · · · · ET · SVLGIO ‖ APRO · · · · · · · · · · ICII *s*VLGIO

. . . . . . IO . . . . RSI ‖ . . . . LAIII . . . .
PATRI · ET · CON*iugi* ‖ . . . . — Ex Africa in Museum Florentinum advectus, ubi valde detritum maximo labore exscripsi. Ediderunt male Fabr. 385, 221; Mur. 855, 6; paullo melius Kellerm. Vig. 34, n; ipse edidi Bull. Inst. Arch. 1851, p. 117, ubi vide de singulis.

1) *Reliquatio* erat, ni fallor, quod hodie dicitur, *depositum*, *dépôt* vel *cadre*, classis; cf. Bull. Inst. Arch. 1850, p. 128 et 1851, p. 118, n. 1. 2) Legi ᵀPASIACIS, ex quibus litteris felicissima coniectura *e*T BASTAGIS Mommsenius effecit; de his cf. Notitt. dignitt. Or. c. 12, Occ. c. 10 et Böcking p. 354 et 367*.

6872. D M ‖ AVRELIAE · VERECVNDINIAE ‖ VERAE · AGRIPPINAE ‖ M · VERECVNDINI · VERI · P · P · [1]) FILIAE ‖ PRAEPOSITI RELIQVATIONIS ‖ CLASS · PRAET · MISENAT ‖ C · VALERIVS · FLAVIVS · PICENTINVS ‖ CONIVGI · MIRI · ERG · MARIT · [2]) AMORIS — Miseni. Bull. Inst. Arch. 1850, p. 126; Mommsen, I. N. 2651. Duabus tituli partibus a me exscriptis tertiam addidit Garruccius a se repertam, Classis Praetoriae Misenensis cet. monumenta, Neapoli 1852, 4, p. 31, n. 21.

1) *PrimiPilaris*. 2) MARI Garr.; ego in fragmento mihi inspecto legi T . AMORIS, eamque litteram retinendam esse censui, quia vocabulum *maritum* compendio MARI indicari non posse facile concedes. Num post monumentum a me exscriptum littera T interierit, equidem nescio.

6873. D · M ‖ C · IVLIO · HER*a*‖CLIDAE · TR · CL [1]) ‖ PR · MISENENSIS ‖ ARTEMIDORVS ‖ ET IVLIVS · ET HERA‖CLIDA · HEREDES ‖ DE HS $\overline{\text{VI}}$ N EX TE‖STAMENTO EIVS ‖ FECERVN (sic) — Neapoli in R. Mus. Borb. Mar. Arv. 358; Mommsen, I. N. 2658.

1) TR*ierarchus* CL*assis*.

6874. . . . . DIV*i* NERVAE ABNEPOTIB [1]) ‖ *trierarchi* · *et* · *nav*ARCHI · CLASSIS · PRAETOR · MISEN ‖ *quod* · *ad* · *ornam* · *ce*NTVRIONATVS · QVIBVS · DIVVS · PIVS ‖ *ipsos* · *honor*AVERAT · ADIECTO · TERTIO · ORDINE [2]) ‖ *optimum* · *princi*PEM · AEQVAVERINT — Rep. Baiis, nunc in R. Museo Neap. Mommsen, I. N. 2653; ipse restitui in Bull. Inst. Arch. 1851, p. 175.

1) Mommsenius descr. ABNEPOTI, sed ex apographo Guarinii, Comm. IX, ed. 2. p. 33, recepit ABNEPOTIB. Sunt M. Aurelius et L. Verus. 2) *Tertium ordinem* pro decurionatu sive censu decurionali habeo, primum ordinem senatores, secundum equites esse credens; cf. Bull. l. l. et Dion. 49, 14, 3. Ceterum plane aliter Mommsenius titulum interpretatus est, tertium ordinem de *principibus* dictum esse affirmans sive institutis, sive privilegiis centurionum munitis. Eius quoque supplementa, ut in re admodum incerta, proponam: *centuriones* . *trierarchi* . *nav*ARCHI . CLASSIS . PRAETOR . MISEN ‖ *devoti n* . *m* . *q* . *e* . *quod* . *ad* . *binos* . *ce*NTVRIONATVS . QVIBVS . DIVVS . PIVS ‖ *naves* . *classis* . *praet* . *orn*AVERAT cet.

6875. · D · M · ‖ · T · FL · ANTONINO ‖ · P · P · LEG · I · ADIVTRI · ‖ EX · N · PRINC · CL · [1]) ‖ QVI · VIX · ANN · LXX · ‖ FILI · PATRI · B · M — In R. Museo Neap.; pertinet ad classem Misenatem. Mommsen, I. N. 2666.

1) EX . *Numero* PRINC*ipum* CL*assis*? cf. Mommsen, in Indice XXIII, s. v. *princeps*, et eiusdem n. 2667.

6876. D · M ‖ C ARRI AMMONIANI VETE‖RANO · EX · ARMORVM[1]) ‖ N̄ · AEGVPTIVS · VIXIT ‖ ANNIS · LII · ARRIA · ZO‖SIME · PATRONO BE‖NEMERENTI · FECIT — Miseni, nunc in R. Museo Neap. Mur. 784, 1; corr. Mommsen, I. N. 2675.

1) sc. *custode*.

6877. D · M ‖ VALERIAE · CASTAE · OPTIM ‖ FEMINAE · CVM · QVA · VIXI · AN ‖ XXII · SINE · VLLO · STOMACHO ‖ D · IVLIVS · DOLES · CONIVNX · EX ‖ ARMICVSTODE · [1]) VETERAN ‖ B · M · F — Neapoli. Mommsen, I. N. 2680, ubi v. cett.

1) *Pro armorum custode*.

6878. D M ‖ C · ARRIO MONTANO ‖ VETRANO · CORNICI · [1]) DV‖PLICIARIO · EX CLASSE ‖ MISEN · NATIO · NICAENS ‖ VALERIA · DORIS NATIO GRAE ‖ COIVGI OPTIMO · B · M · ‖ TITLVM · POSVIT — Rep. Miseni, nunc in R. Museo Neap.; id. 2688.

1) Mommsenius: CORNICI*ni*; cf. Indicem XXIII, s. v.

6879. DIS · MANIB · ‖ P · PACÓNIÓ NIGRÓ ‖ FABRÓ · EX · CLASSE ‖ P̄R̄ · MĪSENENSE · ‖ NATION · NĪCAENS ‖ VĪX · ANN · L · MILITAVÎ ‖ ANNIS XXVIII ‖ P · PACONIVS GRAPTVS ‖ PATRONO · BENEMEREN̄T — Puteolis. Id. 2693.

6880. D M ‖ C · ARVLE (sic) · RESTITVTI ‖ MANIP · Ī̄Ī̄Ī̄ · LIBERTAT ‖ NAT · AFER · MIL · ANN · X · ‖ VIXIT · ANN · XXX · ‖ FLAVIVS · MARCEL‖LVS · FABER · DVPL · B · M — In R. Museo Neap. Id. n. 2690.

6881. D · M ‖ M · ANTONI · APOL*lonii* (?) ‖ GVBERNATO*ri* ‖ CENTVR · AR*ri* — Ibd. id. 2695.

6882. D · M ‖ C · IVLIO ‖ DIOGENI ‖ GVB · Ī̄Ī̄Ī̄ · HERC ‖ C · IVL · DIOGEN ‖ FIL PATRI · BEN ‖ M · P — Ibd. id. 2697.

6883. · D · M · ‖ CL · GALLICANVS · DIOCLES · ‖ VETERANVS · EX GYBERN · BI‖XIT · ANNIS · LXXV · M · Ī̄Ī̄Ī̄Ī̄ · D · XV ‖ HORDONIA · PRIMICENIA (sic) · COIVGI · ET · CLA‖VDIA · POE · FILIA HEREDES BENE · MERE‖NTI FECERVNT — In R. Mus. Neap.; id. 2696.

6884. · · · · · *in*CONPARA‖BILI · QVI VIXIT · ANN · LV · ‖ ET · C · IVL · MARCIANO · LIBR · ‖ PRINCIPALI · Q̄ · V · ANN · XXIIII · ‖ FRATRES · FRATRI · DVLCISSIMO · B · M · F — In R. Mus. Neap.; id. 2730.

6885. D M ‖ M · AVRELI · FVSCI · ‖ MAN · [1]) III · CERER · NAT · ‖ DELMAT · VIX · ANN · L · ‖ MIL · ANN · XXVI · ET · ‖ AVRELIAE · TYCHE · LIBER ‖ EIVS · NAT · SYRA · VIX · ANN · ‖ XXX · L · AEMILIVS · VITALIS ‖ MAN · III · LIBER · PATER · HER ‖ EORVM · B · M · F — Ibd. id. 2764.

1) MAN*ipularis*.

6886. D M ‖ GAIVS · CALBISIVS · SECVNDVS ‖ MILES · EX CLASSE · PRAETORIA ‖ MISENENSI · MANVPVLARES (sic) EX ‖ CERERE · III · MILITABIT · XXI · 1) VIXIT · ANNNIS · XXX · OCTABIA · ARESCVSA ‖ CONIVX · BENEMERENTI · FECIT — Ibd. id. 2769.

1) Corr. A . XI; M.

6887. D · M · C · B · M · F · 1) ‖ MEMMIAE · FORTVNATE ‖ N · PICENESIS · VIX · ANN · XLV · ‖ ARRIVS · ISIDORVS · MANVIIPLARIVS · N ALEXANDRINVS ‖ IN QVA · EXPENSAVT · ✱ CCC (sic) 2) — Ibd. id. 2800.

1) *Coniugi Bene Merenti Fecit*, vel *Coniugi Bonae Memoriae Feminae*. 2) Cf. DISP*ensatorem* CLASSIS in titulo Mommsenii n. 2652.

6888. C · VETTIO · C · F · CLAVD ‖ GRATO · ARCHIT · CLASS · ‖ PR · MIS · SIBI ET MEVIAE ‖ QVINTAE CONIVG SVAE ‖ ET SALLVSTIAE SECVNDAE ‖ MATRI EIVS ET LIBERTIS LIBERTABVS ‖ POSTERISQVE EORVM · MEIS ‖ H · M · S · S · H · N · S — Rep. in agro Puteolano, nunc in domo Nugentiana Tersati prope Fiume Croatiae oppidum. I. N. 7293.

6889. D M ‖ Q · SERVILI · IASOIINIS · NAVF · 1) IIII VESTA ‖ NAT · CILIX · MIL · ANN · XXII ‖ C · IVL · IANVAR NAVF · III PARTIIIC (sic) · ‖ TVTOR · AVRELI · IASONIS · FIL · ET · IIEREDIS (sic) ‖ EIVS B · M · F — Ibd. id. 2707.

1) NAVF*ylax*.

6890. D M ARTORIA EVIIPHRAENVSA NATI ‖ SINOP VIX ANN XXVI ‖ ARTORIVS SABINVS OPTIO III CONCORD ‖ COIVGI B M F — Puteolis. Id. 2712.

6891. D M S ‖ C · IVLIO · PANISCO ‖ PITVLO · SEPTES · · · · ‖ ODIALI · IIII · M · · · · · ‖ · · · · · · · · · · · · — Rep. in agro Neapol. Mommsen, I. N. 2722, ex Guarinii Comm. XIV, p. 47, qui supplet SEPTES · *ex*‖ODIALI · Garruccius, qui ipse titulum vidit, ita legendum esse affirmat: SEPTESFM ‖ ODINI · IIII DA (Classis Misenensis, Addenda ad p. 80); sed ne hoc quidem intelligo. Pitulus est a πιτύλῳ i. e. a remigatione. [Iam constat legendum esse in altero titulo n. 6891 PITVLO SEPTESEMODIALI, in altero n. 6892 explicandum *pitulo modiorum septem semissis* significarique hic modium navium, id est cavum in navi, cui arbor insistit. Quamquam accurate adhuc de munere nequaquam constat. Mommsen.]

6892. D M ‖ C SERENI MAIIXIMI PITVLI ‖ MVIIS 1) IIII VESTA ‖ NAT AEG VIX ‖ ANN XXXVII ‖ MIL AN XIII ‖ APVLEIVS NEPOS ‖ SCRIBA H B M F — In R. Museo Neapol. Mommsen, I. N. 2723.

1) M. dubitat, utrum MVIIS, an MVLIS legi debeat; rem aliis explicandam relinquo.

6893. D · M ‖ C · ERENNIVS · PAVLVS ‖ PRORETA · III · CVPIDIN ‖ FLABIVS · SABINVS · ARMO 1) ‖ III · EVFRAT · HERES · ET · AMIIICVS · P · F · MEM 2) — Baulis. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 19; Mommsen, I. N. 2721.

1) ARMOrum custos. 2) Poni Fecit MEMoriam? — Sed cum Mommsenio equidem timeo, ne male titulus lectus sit et scribendum: BENEM.

6894. HORVS PABECIII · F · PRORETA · ALIIEXSANDRINIIVS · EX · CLASSE II ANN · LX · MILITIIAVIT · ANN · · · — Coloniae Agripp. *Rhein. Jahrbb.* V. VI, p. 317, n. 95.

6895. D · M II L · SELEVCVS · NATIONE II SELEVCIENSIS · MILES · CLAS II PR · MISENATIVM · MILITAVIT II ANNOS · XXX · SCENICVS · PRINIICIPALIS · VIXIT · ANNOS · L II ANTONIA · THEODOTA II SOROR · FECIT — Neapoli. Reines· VIII, 35; Mommsen, I. N. 2725, ubi v. ceteros.

6896. C · IVLIO · SILVANO II MAN · EX LIB · IVSTIT II NATIONE · BITHYNO II QVI ET · DIOPHANES II DIOPHANI · MILITAVIT · AN · XIX II VIXIT · AN · XL · BENE MERENTI · Q · II NAEVIVS · PROPINCVS · SCRIB · ET · II NONNIVS · SVRA — Puteolis. Mommsen, I. N. 2731.

6897. · D · · M · II CATTIO · SABINO · SOSSIO · FILIO · INIICOMPARABILI · QVI VIXIT · ANNIS · XI · II MENSIBVS · IIII · DIEBVS · VIII · HORAS · VI II CATTIVS · SOSSIVS · FELIX · SCRIBA · PATER II 7 · III · PACE · ET · FANNIA SABINA MAIITER FILIO BONO ET INNOCENTISSIIIMO · B · M · F εγψγχι — In R. Mus. Neap. Mommsen, I. N. 2728.

6898. D C · VLPIVS LICIN M II IAN · ARMOR · IIII · VESI (sic) II N · P · 1) FL · IVC · MARCEL II S · T · RI · G (sic) · EX EAD · 2) ET · AEL · II EXORAT · STRIO · 3) IIII ANN II MVNICI B M F D S 3) — Puteolis. Op. cit. 2735.

1) l. VESTa *Natione Pannonius* vel *Ponticus*; l. l. 2) STRIG*ilatorem* Garruccius, Cl. Mis. 237, in litteris STRIG latere credidit; at, quamquam verbum ipse interpretari nequeo, *Iovem* tamen *Striganum* ad eandem rem pertinere Mommsenius mihi persuasit (cf. n. 5646). Huius autem nomen ad *strigas* potius spectare videtur. 3) Corr. STRIG. 4) *Bene Merenti Fecit De Suo.*

6899. L · DOMITIVS · DEMETRI · F II DEMETRIVS · SVBVNC 1) DE III II CONCORD · SIBI · ET ARRVNTIAE AIIGENNAE CONIVGI BENEIIMERENTI · ET · L · ANNIO · SP · F · PRISCO II ET · LIBERT · LIBERTAB POSTERISQVE II SVIS · EORVMQVE OMNIBVS FECIT — Puteolis rep., nunc in R. Mus. Neap. Mommsen, I. N. 2736.

1) SVBVNC*tor*. De *unctoribus* militaribus cf. ad n. 6791 et Kellerm. Vig. p. 20; praeterea Mommsenius citat Veget. II, 37: *cera ungere solent naves.*

6900. · · · TLO · PINHSI II F · DE · TRIERE II QVADRIG · VIXIT II AN · XXXV · H · S II SYMPHONIAIICVS — Brundisii. Id. 457.

6901. D M II VALENTINAE II NVCHERINAE II VIX AN · XXII D XV II IVL MAXIMVS II VEL · DVI · · 1) B · M · F — In R. Mus. Neap. Id. 2737.

1) VEL*arius* DVP*licarius*.

6902. D · M ‖ NAEVIO · SENTIANO ‖ MIL · VI OPE · [1]) ET · CAEBPIME · CONIVG · EIVS ‖ NAEVIA · AMMIAS · PARENTIBVS — Neapoli. Id. 2744, ubi v. cett.

1) *Hexeri Ope.* Rarissima hexerium mentio; cf. Mur. 784, 9; Or. 3608 (?); I. N. 2746, in quo titulo suo iure, ut mihi quidem videtur, Garruccius, op. cit. n. 137, legit VI OP, quod in titulo quoque suo n. 248 reperiri ait, negante Mommsenio, I. N. 2745.

6903. D · M ‖ T · ATTI · NEPOTIS · QVI · ZECAEI ‖ MILES · CLAS · PR · MISEN · 7 · IVL · QVINTI ‖ *vix*IT · ANNIS · L · MILIT · ANN · XXXIII · MENS · VI [1]) ‖ · · DOMITIVS · DE ASSE · HERES · B · M — Puteolis. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 197; I. N. 2671.

1) Titulum ideo hic proposui, quia Mommsenius, Bull. l. l., unicam in inscriptionibus stipendii semestris memoriam in eo conservatam esse dixit. De qua re valde dubito, verum militiae tempus notatum esse ratus.

CAPVT XV.

PROVINCIAE EARVMQVE ADMINISTRATIO.

POPVLI LIBERI.

N. 3648: consulares Tusciae et Umbriae inde ab anno 370 inveniri docet Mommsen *die libri coloniarum* apud Lachmann, *Feldmesser* II, p. 207; cf. Böcking, ad Notit. dignitt. Occid. p. 431 *.

N. 3649: in Graecis init. *ΙΤΑΛΙΗΣ* alii rectius; deinde ex litteris *CΛΟΤΙΤΟΛΙΝ* Franzius (C. I. Gr. 6232) et Iacobsius, Anth. Palat. app. n. 218, effecerunt *ΦΙΛΟΠΤΟΛΙΝ*, sed suo iure Cavedonius (Bull. Inst. 1852, p. 78) *CΛΟΠΤΟΛΙΝ* legendum esse affirmavit. Habemus igitur: *ΙΤΑΛΙΗΣ ΑΡΧΟΝΤΑ ΣΑΟΠΤΟΛΙΝ* cet.

N. 3651: Aquileiae, non Perusiae.

N. 3652, v. 14. corr. leg. XXII.

N. 3655, not. 4. male Or.; interpretare: *corpora quinque*.

N. 3658; v. 9: IIII . F . F; IVD; v. 10. PLACIDA; Morcelli, de Stilo p. 328, qui diversam exhibet versuum distributionem.

N. 3659, v. ult. C . IVLIVS . P . F cet.; rest. Borghesius, *Burbuleio* p. 16.

N. 3661: v. 4. l. AVGVSTALI. Quod *cura aedium sacrarum* ita in hoc titulo commemoratur, ut ante quaesturam Asprum ea functum esse credere possis, id mentionem eius postea adiunctam esse indicare videtur; legitur enim in quinque lapidibus apud Marinium obviis, in sexto omittitur.

N. 3663: mihi certe suspectus propter confusionem titulorum imperatoris ac nomina Postumii Flaminis.

N. 3666: consularis Ponti Orellio ex solo n. 3669 effici videbatur, quem titulum v. correctum n. 4906. Neque in titulis 3667. 3668. consularem Daciae commemorari credo, quia apud Maff. M. V. 249, 8 idem *leg* . dicitur *pr* . *pr* . *cos* . *des* . Legatus enim Daciae absens fasces gessit. Quamquam consularem Daciarum postea afferemus.

N. 3670: Gruterus ipse confuse titulum exscriptum esse dicit.

N. 3671, vide correctum et restitutum in C. I. Gr. 1711, B.

N. 3672, not. 1. scr. 340.

N. 3673: imaginem huius tabulae summa cura confectam publicabunt vv. cc. Ritschl et Mommsen in Monumentis priscae Latinitatis.

N. 3674, vide nunc in C. I. Gr. 5880. Ceterum Mommsenius in Cod. Vat. 5241, p. 149 repperit pro *restitutae* RESTITVTEI.

6904. HYMETII ‖ IVLIO · FESTO HYMETIO · C · V · ‖ CORRECTORI TVSCIAE ET VMBRIAE PRAETORI VRBANO ‖ CONSVLARI CAMPANIAE CVM SAMNIO ‖ VICARIO VRBIS ROMAE AETERNAE [1]) PROCONSVLI ‖ PROVINCIAE AFRICAE [2]) OB INSIGNIA EIVS ‖ IN REMPVBLICAM MERITA ET OB DEPVLSAM ‖ AB EADEM PROVINCIA FAMIS ET INOPIAE VASTITATEM ‖

CONSILIIS ET PROVISIONIBVS ET QVOD CASTE ‖ IN EADEM PROVINCIA INTEGREQVE VERSATVS EST ‖ *qu*OD NEQVE AEQVITATI IN COGNOSCENDO ‖ NEQVE IVSTITIAE DEFVERIT QVOD STVDIVM ‖ SACERDOTII PROVINCIAE RESTITVERIT ‖ VT NVNC A CONPETITORIBVS ADPETATVR ‖ QVOD ANTEA FORMIDINI FVERIT OB QVAE EADEM ‖ PROVINCIA AFRICA DECRETIS AD DIVINOS PRINCIPES ‖ DOMINOS NOSTROS MISSIS ‖ VALENTEM GRATIANVM ET VALENTINIANVM[3] ‖ PERPETVO AVGVSTOS ‖ STATVAM VNAM APVD CARTHAGINEM SVB AVRO ‖ ALTERAM QVOQVE ROMAE EIDEM SVB AVRO ‖ POSTVLANDAM ESSE CREDIDIT QVOD NVLLI ‖ PROCONSVLVM VEL EX PROCONSVLIBVS ‖ STATVENDAM ANTEA POSTVLARIT — Basis magna, rep. Romae, in fundamentis aedium Savorelliorum ad SS. Apostolorum, quo ex Foro Traiani allata est. De Rossi, Bull. Inst. Arch. 1852, p. 178.

1) A. 362; cf. Cod. Theod. XI, 30, 29. 2) Circa a. 368; cf. Amm. Marcell. XXVIII, 1, 17. 3) Valentinianus II. — Samnium extra ordinem tum cum Campania coniunctum erat, nam peculiares ea aetate praesides habebat, ut titulis e. g. Fabii Maximi 6623. 6624 probatur confirmaturque hac inscriptione Aeserniна (Garrucci, *St. d'Isernia* n. 14, p. 87; Mommsen, I. N. 5020):

6905. INNOCENTII V P ‖ FLAVIO IVLIO INNOCENTIO ‖ V P P S[1] INDVSTRIA GENERE ‖ VIRTVTE PRAESTANTIS AT PLA‖CIDAE MENTIS SRVERITATE (sic) ‖ LAVDANDO VINDICI OMNIVM ‖ SINE COMMITTENTIVM DISCRIMI‖NE PECCATORVM OB MERITA PRAE‖CLARO QVOD ORDINEM PO‖PVLVMQ PROXVMO SEMPER ‖ FAVORE DILEXERIT FOVERIT ‖ IVVERIT DEFENSARIT ‖ *ord*O ET POPVLVS AESE*rninus* ‖ . . . . . NTORRIC . . . . ‖ . . . . IGNIT . . . . ‖ . . . . OMAR . . . . ‖ . . . . AO . . . . —

1) *Viro Perfectissimo Praesidi Samnii.* Cf. etiam n. 5171 et 6921.

6906. . . *i*VLIO · Q · FIL ‖ PAP RVSTICIANO ‖ EQ · R · FL · PP ·[1] I · · · · *a*PAL[2] AEDILIC INN‖*o*CENTIAE GRAVITATIS ET VERI‖CVNDIAE ANTISTI ·[3] AMATORI STV‖DIORVM · FIDISSIMO · OMNIBVS · AM*i*‖CO ET PER OMNIA VITAE LAVDABI*li* ‖ ET SPECTATO PATRI IVLII · LVCIL*ii* ‖ IIS[4] ET RVSTICIANVS RESTITV‖*tus* ET RVSTICIANVS AERE P P[5] . . . *dedi*CAVIMVS OBLATION ‖ . . . . IIVE PATRVII ‖ . . . . CIR ‖ IV*liu*S RVSTI*cianus* ‖ NOSTER SACERDOTII SV*i* ‖ IN TEMPLO MEMORIAM ST*a*‖TVAE HERCVLIS LOCATIONE ‖ SIGNAVERIT FIRMANTE V E[6] CVR ‖ R P[7] ACCEDENTE AVCTORITAT*e* ‖ PROCONSVLVM[8] — Calamae. Clarac, Musée, Inscr. pl. LXXIX, n. 55ᵃ; cf. *Excursions dans l'Afrique septentrionale* n. 33; *Journal des Savants* 1837, p. 712.

1) FL*amini* P*er*P*etuo.* 2) Fortasse *curator* vel *quaestor* P*ecuniae* AL*imentariae*; nam alimenta etiam in Africa instituta fuisse, ex titulo n. 530 apparet; cf. Ann. Inst. Arch. 1844, p. 18. 3) ANTISTI*ti.* 4) LVCIL*ia*‖*nu*S? 5) AERE P*ro*P*rio.* 6) V*iro* E*gregio*; sed in *Excursions* et *Journal des Savants* l. l. legitur V . P . *viro per-*

fectissimo. 7) CVR*atore Rei Publicae.* 8) Cf. formulam sollemnem in lapidibus Africae obviam P P, i. e. *Permissu Proconsulum.*

6907. SENECIONI ‖ MEMMIO · GAL ‖ AFRO · COS · 1) PROCOS ‖ SICIL · LEG · PR · PR ‖ PROVINC AQVITAN ‖ L · MEMMIVS · TVSCILLVS ‖ SENECIO ‖ PATRI · OPTVMO — Tibure. Viola, *Tivoli nel Decennio* cet. p. 35, ubi v. ceteros; Bull. Inst. Arch. 1849, p. 93. Vidi ipse.

1) Suffectus anni incerti; cf. Mar. *Att.* p. 129.

6908. HELVINI ‖ C · CAERELLIO ‖ POLLITTIANO · 1) C · V ‖ PROCOS · PROVINC ‖ MACEDONIAE ‖ BONCII · VICTORINVS ‖ AGENTIVS · ET · BRVTTIO ‖ PATRONO ‖ INCOMPARABILI — Romae. Borghesi, *lapida Gruteriana* (Actt. Acad. Taur. 1835, II), p. 50; cf. Ann. Inst. Arch. 1844, p. 90; vidi in Mus. Vat.

1) Alteram eiusdem inscriptionem, in qua Helvini nomine caret, v. apud Reines. VI, 18; Fabr. IX. 363.

6909. FVLVIAE ‖ AVGVRINIA‖NAE C F P HELVI A FIL ‖ DIONYSI 1) CONS VIRI ‖ CORR 2) CAMPAN VXORI ‖ FORMIIANI (sic) PVBLICE — Basis statuae rep. Formiis, nunc in R. Museo Neap. Mommsen, I. N. 4087, ubi v. cett.

1) *Clarissimae Feminae Publii* HELVI *Auli* FIL*ii* DIONYSI. 2) Cum correctura Campaniae titulum *viri consularis* mox coniunctum, proque *viro consulari correctore* postea *consularem* dictum esse Mommsenius docet; cf. *Feldmesser* II, p. 205. — *Proconsul* Campaniae solus dicitur Anicius Auchenius Bassus praef. urbi a. 383; l. l. et I. N. 1418; 1419 (Or. 105).

6910. ACILIO · GLABRIONI · SIBIDIO · VC · ET · OMNIBVS ‖ MERITIS · INLVSTRI · LEGATO · IN · PROVINCIA · ACHAIA ‖ CONSVLARI · CAMPANIAE · VICARIO · PER · GALLIAS ‖ SEPTEM · PROVINCIARVM · 1) SACRI · AVDITORII · COGNI‖TORI · FORI · HVIVSCE · INVENTORI · ET · CONDITORI · PRI‖MO · PATRI · REVERENTISSIMO (sic) · ANICIVS · ACILIVS ‖ GLABRIO · FAVSTVS 2) V · C · LOCI · ORNATOR · TOGATAM ‖ STATVAM · OFFERENS · PIAE · NON · MINVS · QVAM · DE‖VOTAE · · MENTIS · RELIGIONE · PONENDAM ‖ ERIGENDAMQVE · CVRAVIT — Romae. Grut. 344, 2.

1) De his cf. n. 6471. 2) Cos. 438 et praef. urbi III; cf. de Rossi, Nicom. Flav. p. 55 sqq. (Ann. Inst. Arch. 1849).

6911. *p* · *i*VLIO · P · FIL · QVIR · ‖ *ge*MINIO MARCIANO · 1) ‖ *cos* SODALI TITIO PROCOS · PROVINC‖*ia*E MACEDONIAE LEG · AVGG · PROPR · ‖ *pro*VINCIAE ARABIAE LEG · AVGG · SV‖*per* VEXILLATIONES · IN CAPPA‖*do*CIA · LEG · AVG · LEG · X · GEMINAE ‖ *leg* · PROPR · 2) PROVINC · AFRICAE · ‖ *pra*ETORI · TRIB · PLEB · QVAESTORI ‖ *tri*BVNO · LATICLAVIO LEG X ‖ *fr*ETENSIS ET LEG · IIII · SCY‖*th*ICAE · III · VIRO · KAPITALI ‖ *op*TIMO CONSTANTISSIMO ‖ · *d*VRMIVS FELIX PRIMI‖*pi*LARIS · LEG III CYRENAICAE ‖ *st*RATOR 3) IN ARABIA MAIORI 4) ‖ *te*MPORIS LEGATIONIS EIVS 5) ‖ *h*ON CAVSA D D — Constantinae. Hefner, *R. Inschriften mit Bemerkungen, Algerien* n. XXVIII (*Abh. d.*

k. Baier. Akad. d. W. V, 2); *Revue Archéol.* 1848, p 285; *Journal des Savants* 1848, p. 282; sed accuratius *Excursions dans l'Afrique septentrionale* n. 70 et de Grabow, cuius schedas v. cl. Gerhardus mecum communicavit.

1) Nomina restituta sunt ex his titulis itidem Constantinae repertis (II. II.): *Π ΙΟΥΛΙΟΝ ΓΕΜΙΝΙΟΝ* ‖ *ΜΑΡΚΙΑΝΟΝ* ‖ *ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ ΣΕΒΑΣ‖ΤΩΝ ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ* ‖ *ΥΠΑΤΟΝ Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ* ‖ *ὁ ΔΗΜΟΣ ΑΔΡΑΗΝΩΝ ΠΕΤΡΑΙ‖ΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΤΗΣ ΑΡΑ‖ΒΙΑΣ ΔΙΑ ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΑΙΝΕ‖ΟΥ ΠΡΕΣΒΕΥΤΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΗ‖ΘΕΝΤΟΣ ΥΠ ΑΥΤΟΥ ΑΝΕΣΘ*; a latere: *ΤΟΠΟΣ ΕΔΟΘΗ* ‖ *ΨΗΦΙΣΜΑΤΙ ΒΟΥΛΗΣ*; et: *Π ΙΟΥΛΙΩΙ ΓΕΜΙ‖ΝΙΩΙ ΜΑΡΚΙΑΝΩΙ* ‖ *ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΙ ΣΕ‖ΒΑΣΤΩΝ ΑΝΤΙΣΤΡΑ‖ΤΗΓΩ ΥΠΑΤΩ ΑΔΡα‖ΗΝΩΝ ΠΟΛΙΣ Η* ‖ *ΤΗΣ ΑΡΑΒΙΑΣ ΔΙΑ* ‖ *ΔΑΜΑΣΕΟΥΣ ΚΟ‖ΑΙΦΟΥ ΠΡΕΣΒΕΥΤΗ ΑΔΡΑΗΝΩΝ Ε‖ΠΑΡΧΕΙΑΣ ΑΡΑΒΙΑΣ* ‖ TRANSLATA AB VRBE SECVN‖DVM VOLVNTATEM MARCIANI ‖ TESTAMENTO SIGNIFICAT ‖ D D — Pro *ΚΟ‖ΑΙΦΟΥ* *Revue archéol.* et *I. d. Savants*, atque ex iis Hefnerus *ΙΟΣ‖ΑΙΦΟΥ*; sed contra auctoritatem Grabowii et auctoris libri dicti *Excursions* cet. 2) Nec Letronnius neque Hefnerus lacunam ante PROPR indicant; indicat autem Grabowius, et legati titulum ibi deesse facile constat. Quapropter ab initio septimi quoque versus syllabam DO deesse puto, quam in fine versus 6 ceteri posuerunt. 3) Hefnerus male *curator*. 4) [Arabia maior nulla; omnino scribendum MAIORIS. MOMMSEN] 5) Ita Gr. et Excurs.

6912. P · I · STEL SO · · · ‖ TI · [1]) FETIALI · LEG · AVG ‖ PROPR · PROVINC · GAL [2]) ‖ PISID · [3]) PHRYG · LYC · [3]) ISAVR ‖ PAPHLAG · PONTI · CALA [4]) ‖ PONTI POLEMONIAN [5]) ‖ APM [6]) LEG LEG XIII CEN [7]) ‖ DONAT DON MILITARIB ‖ EXPEDIT SVEB*i*C ET SARM [8]) ‖ COR · MVR · COR · VALL · COR ‖ AVR · HAST · PVR · TRIB · VE‖XILL TRIB CVRAT COLO‖NIOR [9]) ET MVNICIPIOR PRAE*f* ‖ FRVM · DAND · EX S C PRAET ‖ AED · CVRVL · Q ORET ET C [10]) ‖ TRIB LEG XXII PRIMIGEN ‖ IIIVIR A A A F F ‖ THIASVS LIB — Antiochiae ad Pisidiam. Hamilton, Researches in Asia minor II, append., n 178.

1) . . *Bellicio* . P . *f* . STEL SO*ller*TI; Borghesius in litteris ad me datis. De eo cf. n. 6936 et Ann. Inst. Arch. 1830, p. 258 seqq. Consul suffectus fuit circa aetatem Traiani. 2) GAL*atiae*. 3) PISIDI, Ham.; sed vel PISID, vel PISIDIAE in lapide fuisse facile constat. 3) LYC*aoniae*. 4) GALA*tici*; fortasse in lapide exstat GALX. 5) De *Ponto Galatico* et *Ponto Polemoniano* s. *Polemoniaco* cf. Mannert, *Geogr.* VI, 2, p. 350 sqq.; Marquardt, *R. Alterthth.* III, 1, p. 147. 6) l. ARM*eniae*, sc. *minoris*; cf. titulum sequentem. 7) Corr. GEM*inae*. 8) Vespasiani scilicet Augusti, qui occiso Fonteio Agrippa Moesiae legato anno 70 per Rubrium Gallum Sarmatas cum magna eorum clade vicit; cf. Tac. hist. I, 2; IV, 54; Ioseph. B. Iud. VII, 5; Eckhel VI, p. 372. 9) Corr. COLONIAR*um*. 10) Q . CRET . ET . C*yr*, *quaestor Cretae et Cyrenes*.

6913. IMP CA · · AP [1]) DIVI VES‖PASIANI F AVG PONT MAX ‖ TRIB POTEST $\overline{X}$ IMP $\overline{XV}$ COS ‖ VI [2]) CENSOR P P · · · · XX [3]) ‖ CAES · · · · · · · · · · · · · · · · · · [4]) ‖ COS VII P [5]) PRINC IVVENT*v*T*i*S ‖ A CAESENNIVM GALLIVM [6]) ‖ LEG PROPR VIAS PROVINCIARV*m* G*ala*TIAE · CAPPAD*o*‖CIAE PONTI PISIDIAE PA‖PHLAGONIAE LYCAONIAE ‖ ARMENIAE MINORIS ‖ STRAVERVNT ‖ $\overline{LXXI}$ — *Meulk* in Galatia. Op. cit. l. l. n. 139.

1) IMP *t* . CA*es*A*r* . 2) Corr. COS . VIII; a. 80. 3) *Pater Patriae*, non *Perpetuus*, ut Domitianus postea appellabatur. Post litteras illas vix aliud quidquam esse poterat nisi ET, lacuna minus recte indicata. 4) CAES . *divi vespasiani f . domitianus*, cuius nomen de consilio erasum esse videtur. 5) *Pontifex*, nisi forte descriptoris errore littera P duplicata est. 6) Praepositio *per* deest. Corr. praeterea GALLVM.

6914. IVNONI REGINA*e* || PRO SALVTE A*c* || DIVTVRNITATE || M AVRELII ANTONIN*i* || PII FEL AVG ET IVLIA*e* || PIAE FEL AVG MATRI || ANTONINI AVG CA*s*||TRORVM SENATVS || AC PATRIAE || C IVL CEREALIS COS LEG || AVG PR PR PR H N C [1]) ANTON*i*||NIANAE POST DIVISSION (*sic*) || PROVINC PRIMVS AB EO M*issus* — Legione (*Leon*) Hispaniae, nunc in civitate *Valladolid*. *Revue Archéol.* VI, p. 398; corr. VII, p. 62.

1) PR*ovinciae Hispaniae Novae Citerioris*, quo nomine Asturia et Gallaecia designantur.

6915. MEMINIO [1]) · · · FIL · PAL · SEXTO · FLORENTINO · III · VIRO · AVR · ARG · *aer* · FLANDO · *feriundo* || TRIB MILI-T*um* · LEG · I · MINERVIAE · *q* · *pro*V · *ac*HAIAE · TRIB · PLEB · LEG · LEG · VIIII · HISP · *pr* || PRO · COS · PR*ov* · *na*RB*onensis* · LEG · AVG · PR · PR · PROV · [2]) PATRITIO · EX · TESTAMENTO · IPSIVS — Petrae in Arabia. Ann. Inst. Arch. 1839, p. 171.

1) Nomen incertum. 2) Arabiae, cui provinciae inde ab anno 858 expugnatae Traianus, quum anno 867 in orientem venisset, peculiarem praesidem dedit; cf. Amm. Marcell. XIV, 8 §. 13 et Borghesi, l. l.

6916. CLODIO · OCTAVIAN*o* || V · C · PONTIFICI || MAIORI · CONSVLI · [1]) || PANNONIARVM || SECVNDAE · POST || PRESIDES (sic) · PRIMO || VICARIO · VRBIS || ROMAE || COMITI || ORDINIS · PRIMI || ORDO · BOVIANE||NSIVM · PATRONO || IAM · PRIVATO — Boviani. Mommsen, I. N. 4988.

1) Quum nihil deesse ex versibus sequentibus satis appareat, CONSVL hic pro CONSVLARI dictum est. De consulari Pannoniae secundae cf. Not. dign. et Böcking p. 1177*.

6917. SILVANO · SANCTO || L · AEMILIVS · CARVS · LE||G · AVG · PR · PR · III · DA||CIARVM [1]) — In alveo Marusii rep. Seivert, Inscr. Dac. p. 54, n. LXXI.

1) Ad eundem legatum spectat alius titulus Dacicus rep. in loco Daciae, qui *Subkunen* appellatur, ita a Borghesio restitutus:

6918. APOLLINI || AVG · L · AE||MIL CAR · F [1]) || ÆG · AVG || PR · PR || L · O · V — Bull. Inst. Arch. 1848, p. 163.

1) CAR*us Filius*; filius enim erat Cari illius, qui post Burbuleium Cappadociae sub Antonino Pio praefuit; cf. Borghesi, Burbul. p. 57.

6919. PRO · SALVTE · AVGG || L · SEPT · SEVERI · PII · PERT · ET · M || AVR · ANTONINI · IMPP · ET · SEPT || (GETAE · CAES ·) [1]) COLL · CENTONA||RIOR · SCHOLAM · CVM AETOMA || PECVNIA · SVA FECIT · DEDICANTE || L . POMP · LIBERALE · COS · DAC · III [2]) — *Maros Porto* Daciae. Schmidl, *Oesterr. Blätter* 1846, p. 663; Seidl, *Chronik der Funde* cet.; Arneth, *Beschr. des k. k. Münz- u. Antiken Kabinets*, *Marmorwerke* p. 30.

1) *Getae Caesaris* nomen deest apud Arneth; fortasse vestigia quaedam nominis abrasi apparent; idem pro ET SEPT exhibet L . P . SEPT . 2) CO*n*S*ulari* DAC*iarum trium*. — Daciam sub Hadriano imperatore in *Daciam superiorem* et *Daciam inferiorem* divisa erat (cf. Arneth, Militärdipl. VII, et n. 5280); unde quum ineunte imperio M. Aurelii iam tres Daciae commemorentur (cf. 5479), Antoninus Pius, superatis Dacis rebellibus (Iul. Cap. 5), novam illam divisionem instituisse videtur;

cf. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 156. — Ex tribus autem Daciis satis notae quum *Malvensis* tum *Apulensis*; cf. Borghesi, *lapida Gruteriana*, p. 21 (Actt. Acad. Taurin. vol. XXXVIII), qui tum frustra tertiae nomen quaesivit. Id idem vir doctus in hoc titulo repperisse sibi visus est:

6920. VEP . . . . PROC AV*gusti iii* ‖ DAC · APVL · AVR · 1) M*alu* ‖ PROC · PROV · PAN · I*nf* ‖ PR*a*EF · ANNO*n* · SACRAE ‖ VRBIS PRAEF · LEG · VII ‖ GEM · *felicis* · PROC · ‖ STAT · PRIVAT · PER · *fl*AM · ET ‖ PICENVM · ITEM · PROC · AD ‖ BONA · PLAVT*i*ANI · 2) T*r*IB ‖ MIL · LEG · II · PART*h* ‖ PRAEF · VEXILLA*t* · AVXILIAR ‖ PAN · INFER · PRAEF · COHORTIS · VI ‖ BREVCOR · SIC*c*IVS · VALERIVS · 7 ‖ LEG · XII*i* · GEM*in*A*e* ‖ PATRONO · OPTIMO — *Deva* in Transilvania, rep. fortasse Sarmizegethusae. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 153, ubi apographum negligenter confectum restitui.

1) AVR*ariae* tertiae Daciae nomen; l. l. 2) L. Fulvius Plautianus praef. praetorio Septimii Severi Augusti.

6921. STATVAM AVIONIO 1) ‖ IVSTINIANO · PRAESIDI · PRO‖VINCIAE · SAMNITIVM · 2) RE‖LVCTANTI · CONGREGATA ‖ OMNI · MVLTITVDINE · CIVITA‖TIS · FVSIS · PRAECIBVS · VT · SVSCI‖PERET · VENAFRANAE · VRBIS · POPV‖LVS · CONLOCAVIT · OB · MERITA · QVI‖BVS · CVM · SPLENDIDISSIMO · OR‖DINE · STATVM · IAM · CONLAP‖SVM · PRO BEATITVDINE · SAECV‖LI · REPARAVIT — Venafri. Mommsen, I. N. 4617.

1) Garruccius, *St. d'Isernia* p. 84, ANTONIO; sed cf. I. N. 5292. 2) Cf. n. 5171 et 6904.

6922. . . . . ‖ . . . . 1) ‖ FELICI AVG PONTIFICI ‖ MAXIMO TRIBVNICIAE PO‖TESTATIS BIS 2) CONSVLI PAT‖RI PATRIAE CONSVLI PROCON‖SVLI M AVRELIVS DECIMVS ‖ VI P P N 3) EX PRINCIPE PEREGRI‖NO DEVOT · — Constantinae. *Excursions dans l'Afrique septentrionale* n. 72.

1) Maximiani nomina abrasa sunt; cf. Mommsen, Bull. Inst. Arch. 1852, p. 169 et *Ber. d. S. Ges. d. W.* 1852, p. 222. 2) A. 287. 3) l. V P P P N, *vir perfectissimus praeses provinciae Numidiae.* — Duos alios praesides provinciae Numidiae affert Mommsenius ll. ll., ibique de varia eius provinciae administrationis forma luculentissime disserit. Cf. *viros perfectissimos praesides provinciae Norici mediterranei* nn. 5259; 5260, cett.

6923. . . . . ‖ . . . PRAEF · PRA*et* . . . . ‖ . . . . PRAEF · MESOP · IV . . . ‖ . . . VICE · PRAEF · AEG*ypti* ‖ *proc* · MACED · PROC · PRO*v* . . . ‖ . . . VBIQ · VIC · PRAES*idum* ‖ *praepos* · VEXILLATION INDIV . . . ‖ . . . GORDIANO · LEG · I . . . ‖ *praepos* · VEXIL · CLAS · PR . . . ‖ *proc* · *prov* · *his*P · CIT · PROC · PR*ov* . . . ‖ . . . . 1) — Romae, eff. anno 1779 ad D. Pudentianae. Marini, I. A. p. 52.

1) Nota *praefectum Mesopotamiae*, cuius alterum exemplum exstat apud Mur. 768, 1. Quae autem sequuntur litterae IV, ita fortasse supplentur: IV*ridico alexandriae* cet.; constat enim, magistratum illum secundas in Aegypto partes habuisse. — Dignae praeterea, quae notentur, *vexillationes classis praetoriae* sive Misenatis, sive Ravennatis,

6924. SEX CORNELIO ‖ SEX · F · ARN · DEXTRO ‖ PROC · ASIAE · IVRIDICO · ALE‖XANDREAE · 1) PROC · NEAS POLEOS ET MAVSOLEI · 2) PRAEF ‖ CLASSIS · SYR · 3) DONIS MILITA-‖RIB · DONATO A DIVO · HADRI‖ANO OB BELLVM IVDAICVM ‖ HASTA PVRA ET VEXILLO ‖ PRAEF ALAE I AVG GEM · CO-‖LONORVM · 4) TRIB · LEG · VIII AVG ‖ PRAEF COH · V · RAETORVM ‖ PRAEF · FABRVM II PATRONO ‖ COLONIAE ‖ P · BLAESIVS · FELIX 7 · LEG · II · TRA‖IAN · FORT · ADFINI · PIISSIMO ‖ OB MERITA — *Saldis.* Clarac, *Musée, Inscr.* pl. LXXIV, 27; correctius *Journal des Savants* 1837, p. 658, et Dureau de la Malle, qui Borghesio apographum misit.

1) Cf. Dirksen, Script. hist. Aug. p. 110 seqq.; Kuhn, *Beiträge* p. 179 seqq.· δικαιοδότης apud Strab. XVII, p. 797. Idem officium esse videtur, quod in alio quodam titulo nomine designatur *iuridici Aegypti*, δικολόγου Αἰγύπτου (Letronne, Inscr. de l'Egypte II, 273): L . BAEBIVS . L . F ‖ GAL . IVNCINVS ‖ PRAEF . FABR . PRAEF ‖ COH . IIII . RAETORVM ‖ TRIB . MILIT . LEG . XXII ‖ DEIOTARIANAE ‖ PRAEF . ALAE . ASTVRVM ‖ PRAEF . VEHICVLORVM ‖ IVRIDICVS . AEGYPTI — Messanae. Grut. 373, 4. 2) Sc. Alexandriae; cf. n. 6929. 3) Clarac minus recte SVP, classem superiorem esse Misenatem ratus; sed est *classis Syriaca*; cf. n. 3604. 4) εἴλη α' κολωνῶν est in titulo Pergensi, Ann. Inst. Arch. 1852, p. 162; postea erat sub dispositione ducis Armeniae; Notit. dign. Or. — Ad eundem virum pertinet haec inscriptio:

6925. NEPTVNO AVG ‖ SEX · CORNELIVS · SEX · F ‖ ARN · DEXTER · IVRIDICVS ‖ ALEXANDREAE · D — Ibd. Clarac, Op. cit. pl. LXXII, 19; *Journal des Savants* 1837, p. 658.

6926. LVSIA · M · F · PAVLLINA ‖ SEX · VETTVLENI · CERIALIS ‖ SIBI · ET ‖ M · VERGILIO · M · F · TER · GALLO · LVSIO ‖ PATRI · PRIM · PIL · LEG · XI · PRAEF · COHOR ‖ VBIORVM · PEDITVM · ET · EQVITVM · 1) DONATO ‖ HASTIS · PVRIS · DVABVS · ET · CORONIS · AVREIS ‖ AB · DIVO · AVG · ET · TI · CAESARE · AVG · PRAEF · FABR ‖ III · TRIB · MIL · COHORT · PRIMAE · 2) IDIOLOGO ‖ AD · AEGYPTVM · 3) IIVIR · ITERVM · PONTIF ‖ A · LVSIO · A · F · TER · GALLO · FRATRI ‖ TRIB · MIL · LEG · XXII · CYRENAICAE · 4) PRAEF · EQVIT — Venafri. Mommsen, I. N. 4636.

1) i. e. equitatae. 2) Deest nomen populi vel nota PR*aetorianorum*. 3) Cf. Strab. XVII, p. 797 et C. I. Gr. III, p. 320. 4) Legio XXII Cyrenaica aliunde non nota; quare numerum emendandum et legionem III in textum recipiendam esse censeo.

6927. M · CAMPANIO ‖ M · FIL · M · NEP · PAL ‖ MARCELLO ‖ PROC · A*ug*VSTOR ‖ AD ME*rc*VRIVM ‖ ALEXANDR · 1) PROC · ‖ PROVINC · CYPRI · ‖ PRAEF · EQ · ALAE · PARTH · ‖ TRIB · COH · PR · HEMESEN 2) ‖ PRAEF · COH · III · BREVCOR · ‖ *in provi*NCIA · CYPRO — Capuae, nunc in R. Museo Neapolitano. Gud. 119, 2; Mommsen, I. N. 3596.

1) Nihil aliud legi posse facile apparet, sed de Mercurio illo Alexandrino videant viri docti. 2) Mommsenius pro Pr . HEMESEN etiam legi posse PR . II . EMESEN affirmat; sed quid dicamus tum de nota illa PR, quae nihil aliud est, nisi PR*imae*?

Titulum Or. 5040 paullo correctius hic afferre liceat:

6928. L · VALERIO · L · F · QVIR · PROCVLO ‖ PRAEF ·

COHORT · IIII · THRACVM ‖ SYRIACAE · TRIB · MILIT · LEGION ‖ VII · CLAVDIA*e* ‖ PRAEF · CLASSIS · ALEXANDRIN ‖ ET · POTAMOI · SACIAE · 1) PROC ‖ AVG · ALPIVM · 2) MARITVMAR ‖ DELECTATORI · AVG · PROCV*r* 3) ‖ PROVINC · VETERIS · 4) HISPAN ‖ BAETIC · PROC · PROVIN*c* · CAP‖PADOCIAE · 5) PROC · PROVINCIAE ‖ ASIAE · PROC · PROVINCIARVM ‖ TRIVM · AVG 6) ‖ MALACIT · PATRONO ‖ D · D — Malacae. Cortès, *Diccionario* III, 159; Murat 1056, 4; Don. V, 66.

1) POTAMO . PYLACIAI Mur. — Ego POTAMOPHYLACIAE scribendum esse censeo. Constat, in Aegypto *φυλακὰς* appellatas esse stationes portitorum et speculatorum, ut *Ἑρμοπολιτικὴ φυλακὴ τελώνιόν τι τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καταφερομένων* (Strab. XVII, p. 813). Agatharchides (Phot. Bibl. p. 447 ed. Bekker) ex nomis inter Memphin et Thebas sitis ultimum modo *φυλακήν*, modo *σχεδίαν* appellari tradit; *ἐν ταύτῃ τῶν ἄνωθεν καταγομένων εἰςπράττονται καὶ τιθέασι τὸ τέλος*. *Φυλακὴ* igitur et *σχεδία* promiscue dicuntur de amnicis portitorum stationibus. Iam vero notissimus est Alexandrinorum pagus suburbanus, *Σχεδία κατοικία πόλεως* a Strabone dicta, *ἐν ᾗ τὸ ναύσταθμον τῶν θαλαμηγῶν πλοίων, ἐφ' οἷς οἱ ἡγεμόνες εἰς τὴν ἄνω χώραν ἀναπλέουσιν · ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ τελώνιον τῶν ἄνωθεν καταγομένων καὶ ἀναγομένων · οὗ χάριν καὶ σχεδία ἔζευκται ἐπὶ τῷ ποταμῷ, ἀφ' ἧς καὶ τοὔνομα τῷ τόπῳ* (XVII, p. 800). Potamophylaciam igitur stationem esse credo frumentariorum, speculatorum, portitorum in Nilo flumine ad *Σχεδίαν* agentium, quorum praefectura praefecto classis Alexandrinae mandata erat. 2) AEDIVM, C. falso. 3) PROV . . . , Mur. fortasse recte, quum delectatoribus provinciae nomen addi soleat. Vix tamen spatium sufficit, in quo nomen eius positum fuisse credas. 4) VLTERIS, Mur.; l. VLTERIORIS. Quamquam enim *Hispaniae novae* nomine Asturiam et Gallaeciam appellatas esse antea vidimus (n. 6914), *veteris* nomine si qua pars Hispaniarum dicta est, provincia tantum *citerior Tarraconensis* indicari poterat. [At cum ulterior Hispania ab Augusto divisa sit in Baeticam sive proprie ulteriorem et Lusitaniam, Baeticae quoque *veteris* nomen videtur convenire. MOMMSEN.] 5) CAR‖TAG . GAL, M., fortasse CAP‖PAD(*ociae*). GAL(*atiae*). 6) Mur. TRIVM ‖ . . . . ‖ . . . . CIT . R . P; corr. TRIVM ‖ *galliarum aquitanic* . *LVG(udunensis)* ‖ *belg*. Quas deinde habet litteras CIT, ese ad vocem MALACIT exempli Cortesiani spectare videntur.

6929. C · IVL C · FIL · QVIR
CELSO MAXIMIANO
ADLECTO ANNORVM QVATTVOR
IN AMPLISSIMVM ORDINEM
AB IMP T AELIO HADRIANO
ANTONINO AVG PIO P · P

C · IVL · C · FIL QVIR · CELSO
A LIBELLIS · ET · CENSIBVS
PROC PROVINCIAR LVGVD ET AQVITANIC
PROC PATRIMONI PROC $\overline{XX}$ HEREDITAT ROMA*e*
PROC NEASPOLEOS ET MAVSOLEI ALEXANDRIAE 1) PROC
$\overline{XX}$ HEREDITAT · PER PROVINCIAS NARBONENS*em*
ET AQVITANICAM DILECTATORI 2) PER AQVITANICA*e*
XI POPVLOS 3) CVRATORI VIAE LIGNARIAE TRIVMPHA*lis* 4)
APPIANVS · AVG · LIB · TABVL · RATION · FERRAR 5)

Lugduni. *Journal des Savants* 1837, p. 661; corr. Boissieu, *Inscr. de Lyon* VII, 8, p. 246.

1) Cf. n. 6924. 2) Cf. titulum praecedentem. 3) Hasius v. c. (*Journal des*

Savants l. l.) corr. IX *populos*; nota enim divisio est provinciae in *Aquitanicam* et *Novempopulanam*, quam a Constantino institutam esse plerique statuerunt (cf. Böcking ad Notit. Dign. Occid. p. 492*, n.). Sed obstat auctoritas editoris Lugudunensis accuratissimi. [Omnino non per universam Aquitaniam dilectum egit Celsus, sed per undecim populos vel civitates solas; cf. infra n. 6946. Mommsen.] 4) De hac via mihi certe nihil compertum est. 5) Cf. Mommsen, *Epigr. Anall.* in *Berichte d. S. Ges. d. W.* 1852, p. 246.

6930. SEX · CORNELIO · || SEX · FIL · QVIR · HO||NORATO PONT · || MILIT · EQVESTRIB · || EXORNATO [1]) PROC · || SEXAGENARIO · || PROC · MESOPOTA||MIAE E M V [2]) EX TESTI|AMEN · EIVSDEM || M · CAECIL · CAECI||LIANVS HERES — Arsenariae (Arzew). *Journal des Savants* 1837, p. 652; Hefner, *R. Inschr. m. Bem. Algerien* LXIV (*Abhh. d. k. b. Akad. d. W.* V, 2.)

1) Cf. Or. 4552: *omnibus equestribus militiis perfuncto*; fuerat enim praefectus cohortis, tribunus legionarius, praefectus alae. [Imo quattuor stipendia equestria meruerat, v. ad n. 6849. Mommsen.] 2) ET MAV Hefner; E MN Hasius in l. d. S. l. l., *et Mauretaniae* interpretati. Ego: *Egregiae Memoriae Viro.* — *Praefectum* Mesopotamiae habes n. 6923. Pro PROC scr. PROV.

6931. · · · · · · · · · · · · · · · || PATR*ono* · · · · IE PRAEF || COLONIAE · ACTORI PVBLIC [1]) || IIVIRO · AB AERARIO ITEM || IIVIRO · A IVRE · DICVNDO || FLAMINI · AVGVSTALI CVI || DIVVS · AVREL · ANTONINVS || CENTENARIAM PROCVRATION || PRO · HADRIMETINAE [2]) DEDIT || SACERDOTI · AD ARAM CAES N — In eodem lapide paucae reliquiae alterius cuiusdam inscriptionis leguntur. Lugduni. Millin, *Voyage* I, p. 525; corr. Boissieu, *Inscr. de Lyon* V, 5, p. 156; cf. Mommsen, Ann. Inst. Arch. 1853, p. 63.

1) Alterum exemplum *actoris* magistratus, non servi habes n. 6532. 2) Provincia *Hadrumetina* tertia videtur esse dioecesis provinciae Africae, cuius dioeceses Hipponensis et Carthaginiensis satis notae sunt.

6932. Q · AXIO Q F PAL *aeliano* [1]) || EQ · P · LAVRENTI LAVIN || CVRATORI AD POPVLV*m col* || TRAIANAE ET AVRELIAE || AECLANENSIS · [2]) PROC · AD ALIM || PER APVLIAM CALABRIAM LV||CANIAM ET BRVT*t*IOS PROC || RAT PRIV PROV MAVR CAES || ITEM PER BELGICAM ET DVAS || GERMANIAS PROC · PRO*v* || DAC APVL BIS VICE PRAESIDIS [3]) || ORDO COL SARMIZ || METROPOL PATRONO — *Brettye* Transilvaniae, eff. Sarmizegethusae. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 155.

1) Cf. Or. 1762, et Grut. 78, 2. 2) In municipium Aeclanense bis colonias deductas esse, a Traiano alteram, alteram a M. Aurelio, hoc lapide docemur. 3) Praeside mortuo vel absente procuratorem eius vice provinciam rexisse constat; cf. e. g. Mar. Att. p. 5. *proc. provinciae Asiae, quam mandatu principis vice defuncti procos rexit*, et:

6933. · · · · · · · · · · · · · · · || P · P · PRAEF · LE*g* · · · · · *trib* · *coh* · · · · *vig* · *trib* · *coh* || XIIII · VRB · TRIB · C*oh* · · · *pr* · *proc* · *prov* · *gallia*||RVM · LVG · ET · AQV*itan* · · · · · · · · · · · || PROC · PROLEG · [1]) PRO*vinciae* · · · · · · *coniu*||GI · ET · VAL · IVLIANO · F · · · · · · · · — In aedd. publicis Reatinis vidit Mommsen. Kellerm. Vig. 180.

1) PROC*urator* PROLEG*ato*; cf. *praefectum pro legato* n. 732.

6934. L · IVLIO VICTORI ‖ MODIANO V · E · PROC · ‖ AVGGG · NNN · PER NVMIDIAM V A[1]) PROC · TRACTVS THEVESTINI ‖ FOR ·[2]) IVNIVS VINDEX ‖ ET DIOTIMVS AVGGG ‖ LIB · ADIVT · TABVL ‖ IVS ·[3]) AB · AMORE EIVS ‖ SEMPER ET DIGNA‖TIONE PROTECTI — Constantinae. Hefner, *R. Inschr. mit Bemerk., Algerien* XXVI (*Abhh. d. k. b. Akad. d. W.* V, 2).

1) *Vice Agens.* 2) Fortasse POS*uerunt*? [Malim FORTVNATVS. MOMMSEN.] 3) I. *e*IVS. — Cf. titulum Grut. 586, 9:

6935. D · M ‖ BASSO · AVG · LIB ‖ PROX · AB · EPISTVL ‖ GRAECIS · PROC · TRACTVS ‖ CARTHAGINIENSIS ‖ FABIA · Q · F · PRISCILLA ‖ MARITO · PIISSIMO ‖ ITEM · CLAVDIVS · COMON ‖ PATRI · BENEMERENTI ‖ FECERVNT —

6936. TIB · CLAVDIO ‖ TIB · F · QVIR ‖ AVGVSTANO PATRI ‖ BELLICI · SOLLERTIS[1]) ‖ PROC · AVG · PROV · BRITAN ‖ CLAVDIA · TI · F · MARCELLINA[2]) — *Terenzuolo* in agro Veronensi. Ann. Inst. Arch. 1830, p. 258.

1) Hic Bellicius Sollers pater videtur esse Belliciі commemorati n. 6912. 2) Cf. l. l. et Grut. 865, 14; Maff. M. V. p. 120, 2.

6937. L · MARCIVS · Q · F · GAL · OPTATVS ‖ AEDIL · TARRACONE · IIVIR · ILVRONE · ET · IIVIR · QVINQVENNALIS · PRIMVS ‖ PRAEFECTVS · ASTVRIAE · TRIBVN · MILIT ‖ LEGIONIS · SECVNDAE · AVGVSTAE ‖ ANNOR · XXXVI · IN · PHRIGIA DECESSIT — *Mataró. Mem. de la R. Acad. de la historia, Madrid* VII, 1832, p. XXIV.

1) Asturiam a praefectis administratam esse, hoc titulo primum docemur. [Vide ne hic agatur de oppido Asturica Augusta. MOMMSEN.] Alios huius generis praefectos habes in sequentibus monumentis.

6938. C · BAEBIO · P · F · CLA ‖ ATTICO ‖ IIVIR · I · D · PRIMO PIL · LEG · V · MACEDONIC · PRAEF ‖ CIVITATIVM · MOESIAE · ET ‖ TREBALLIAE · PRAEF · CIVITAT ‖ IN ALPIB · MARITVMIS · TR · MIL · COH ‖ VIII ·[1]) PR · PRIMO · PIL · ITER · PROCVRATOR ‖ TI · CLAVDI · CAESARIS · AVG · GERMANICI ‖ IN NORICO ‖ CIVITAS ‖ SAEVATVM · ET · LAIANCORVM[2]) — Rep. prope Iuliam Carnicam, nunc in Museo civitatis *Cividale.* Cardinali, *Dipl. mil.* n. 436; *Istria* 1847, p. 40; misit mihi Orlandius v. c., qui duo inscriptionis exempla litteris aeneis ornata ibi exstare auctor est, in quorum altero versus duos ultimos deesse ex apographo eius apparet.

1) VII, Istria. 2) Male TALANCORVM Card. — Cum *Saevatibus* cf. *Sebatum* Norici, Forbiger, Geogr. III. p. 460.

6939. SEX · PEDIO · S · F · AN ‖ LVSIANO · HIRRVTO ‖ PRIM · PIL · LEG · XXI · PRAE*f* ‖ RAETIS · VINDOLICIS · VALL*is* ‖ ROENINAE ·[1]) ET · LEVIS · ARMATV*r*[2]) ‖ IIII · VIR · I . D · PRAEF · GERMANIC*i* ‖ CAESARIS · QVINQVENNALIC*i* · *i*VRIS ·[3]) EX · S · C · QVINQVEN · ITERVM ‖ HIC · AMPHITHEATRVM · D · S · P · FECIT ‖ M · DVLLIVS · M · F · GAL-

LVS — Inserta parieti ecclesiae D. Donati pagi S. Valentini; spectat ad Interpromium. Mommsen, I. N. 5330, ubi v. cett.

1) l. *Poeninae*. Supplevi cum Mommsenio VALL*is*, non VALL*i*, iis Vindolicis Pedium praefuisse ratus, qui vallem Poeninam tenebant. Neque enim virum primopilarem tribus populis praepositum fuisse credo, et Vindelicos aeque ac vallem Poeninam ad Raetos pertinuisse constat; cf. Mannert, Geogr. III, p. 609; 617. [Equidem volui sic intellegi genetivum ut suppleatur *incolis*; Vindolicos enim vallis Poeninae nequaquam probo. MOMMSEN.] 2) Cf. 3426. 3) Cf. 3874 seqq, et quae ipse exposui in Eph. litt. Ienens 1847, n. 62, p. 247 sq.

6939 a. L · VOMANIO · VICTORI ‖ PROCVRATORI · AVG ‖ NOSTRI · PRAESIDI ‖ ALPIVM · COTTIAR · · · · ‖ ABSTINENTIA · · · · · ‖ VMANIT · · · · · · · · · · ‖ (cetera evanida) — Segusione. Gazzera, *del ponderario e delle antiche lapidi eporediesi*, *Torino* 1852, 4 (*ex Memorie della R. Accad. d. scienze*, *serie* II, t. XIV), p. 47.

6940. Q · COSCONIO · M · F · FRONTONI ‖ PRAEF · FABR · A · COS · ADLECTO · PRAEF · COH · I ‖ · · · · TI · TRIB · MIL · LEG · I · ITAL · PROC · AVGG ‖ AD · VECTIG · XX · HER · PER · PONTVM · ET · BITHY‖NIAM · ET · PONTVM · MEDITERRANEVM · ET ‖ PAPHLAGONIAM · PROC · AVGG · ITEM · AD ‖ VECTIG · XX · HER · PER · ASIAM · 1) LYCIAM ‖ PHRYGIAM · GALATIAM · INSVLAS · CY‖CLADAS · SVB · PRAEF · ANN · VRB · PROC ‖ AVGG · 2) ET PRAEF · 3) PR · SARDINIAE ‖ OPTIMO · ET · RARISSIMO PRAES ‖ T · SEMPRONIVS · VICTOR ‖ OPTIO PRAETORI 4) — Carali. Della Marmora, *voyage* II, 480, 36 cuius exemplum ex alio quodam titulo eidem homini posito restitui; cf. Murat. 695, 2.

1) Mur. PAMPHYLIAM pro ASIAM exhibet. 2) Mur. PROC . AVGG . AD VECTIG . PR . GALLIC ‖ PROC . AVGG cet. 3) Cf. 4929 et Mur. 682, 4. 4) Titulum Murat. posuit OPTIMO . ET . SANCTISSIMO . PRAEPOSITO ‖ LVCRETIVS VCC (sum AVGG?) TABVL . PROV . SARD .

6941. D · SEVERIO · D · F ‖ PAL · SEVERO · AED ‖ IIII · VIR · I · D · PRAEF · PRAE‖SIDIORVM · ET · MONTIS · BERONICES 1) ‖ SCRIBAE · QVAESTORIO ‖ DECIMIA · PROPOSIS · MARITO ‖ OPTIMO — Sulmone. Lupoli, It. Venus. p. 374, male; corr. ex Cod. de Matteis Mommsen, I. N. 5444.

1) Cf. n. 3880. 3881.

6942. Q · LICINIO ‖ M · F · GAL · SILVA‖NO · GRANIANO ‖ FLAMINI · ROMAE ‖ ET · AVG · PROVINC ‖ HISPAN · CITER ‖ PRAEFECTO · ORAE ‖ MARITIMAE 1) ‖ PROC · AVG ‖ P · H · C — Tarracone. *Mem. de la R. Academia de la historia*, *Madrid*, V, p. XIX.

1) Sc. Laletanae; cf. Grut. 430, 4.

6943. VASIENS · VOC ‖ C · SAPPIO · C · FILIO · VOT 1) ‖ FLAVO ‖ PRAEFECTO · IVLIENSIVM · 2) TRIBVN ‖ MILITVM · LEG · XXI · RAPACIS · PRAEF ‖ ALAE · THRACVM · HERCVLANIAE · PRAEF ‖ RIPAE · FLVMINIS · EVPHRATIS 3) ‖ QVI HS XII REIPVBLICAE IVLIENSIVM ‖ QVOD AD HS XXXX VSSVRIS PERDV‖CERETVR TESTAMENTO RELIQVIT IDEM ‖ HS ·

L · AD PORTICVM ANTE THERMAS ‖ MARMORIBVS ORNANDAM LEGAVIT — Vasione rep., nunc in Museo Avenionensi. Grut. 1090, 21; corr. *Mém. des Antiquaires de France* XVI, p. 140.

1) VOLTinia. 2) Iulienses sunt cives *Fori Iulii*, s. *coloniae Octavanorum Pacensis*, quae et *classica* dicebatur (Plin. N. H. III, 4, 35; Mela II, 5). Eorum *praefectus* nescio utrum *praefectus* sit pro *IIviro*, an magistratus quidam, ut ita dicam, militaris. Quum enim praefectura illa eo loco in honorum serie posita sit, quo praefecturae cohortium laudari solent, ipsa vero colonia ob classem ibi tendentem gravioris sane momenti fuerit, non sine probabilitate fortasse statuere licet, curatorem quasi quendam ei ab imperatore datum esse, cui praefecto nomen fuerit. Forum autem Iulii, ναύσταθμον Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ a Strabone dictum (IV, 1, p. 184), quo Caesar Augustus rostratas naves Actiaca victoria captas miserat (Tac. Ann. IV, 5), Tacitus *claustra maris* dixit (Hist. III, 43). 3) Cf. 3234, et Tac. Hist. IV, 55: *praefectus ripae Rheni*.

6944. TIB · ANTISTIO · FAVSΙΙTI · FIL · QVIRINA · MARCIΙΙANO · DOMO · CIRCINA · ‖ PRAEF · COH · II · H*isp*ANAE · ‖ TRIB · LEG · XV · *apol*LINARIS ‖ PIAE · FIDELI*s* · *pr*AEFECTO · ALAE · SVLPIC*ia*E · C · R · SECVN·ΙΙDVM · MANDATA · IMPP · DOΙΙMINOR · NN · AVGG · INTEGΙΙERRIM · ABSTINENTISSIMOΙΙQ · PROCVR · TRES · PROVINC ‖ GALLIAE · PRIMO · VMQVAM · EQ · R · A · CENSIBVS · ACCIPIΙΙENDIS · [1]) AD · ARAM · CAESAΙΙRVM · STATVAM · EQVESTREM · PONENDAM · CENSVE·ΙΙRVNT — Lugduni. Grut. 355, 6.

1) Antea enim viri consulares, interdum praetorii, census conficiendo in provinciis praefuerant; cf. Borghesium in Ann. Inst. Arch. 1846, p. 316 seqq. (qui hunc titulum aetati vel M. Aurelii et L. Veri, vel Severi et Antonini tribuit), et nn. 384; 3652; 6453 cet. — Opera autem utebantur hominum gradus inferioris, i. e. *adiutorum ad census* (cf. l. l. et Grut. 403, 5), vel singulas provinciarum civitates singulis magistratibus censendas tribuebant; cf. Or. 208, nostrum n. 5212, et titulos sequentes.

6945. C · AEMILIO · C · F · GAL · FRATERN*o* ‖ PRAEF · FABR · II ‖ TRIB · MIL · LEGIOΙΙNIS · V · ALAVDA*e* ‖ FLAMIN · P · H · C ‖ HIC · CENSVM ‖ EGIT · IN · PROVIN*c* ‖ GALLIA · AQVITANC ‖ P · H · C — Tarracone. De Laborde, *Voyage de l'Espagne* pl. 88, 13; *Mem. de la R. Acad. de la historia*, *Madrid V*, p. XIX.

6946. Q · LOLLIO · Q · F ‖ ANI · FRONTONI ‖ TRIB · MIL · LEG · III · AVG ‖ PRAEF · FABR · TERT ‖ PRAEF · EQVITVM · ALA · I · · ‖ NVMID · IIVIR · PONT ‖ CIVITATES · XXXXIIII ‖ EX · PROVIN · AFRICA ‖ QVAE · SVB · EO · CENSAE · SVNT [1]) — Ad Ilium Troadis. Kellerm. Vig. 256.

1) Cf. n. 5209.

6947. *t* · *haterio* · · · *fil* · *nepoti* [1]) ‖ · · · · · *primipil*O · PRAE*fecto* ‖ *coh*ORTIS · TRIB · MILI*tum* ‖ *p*RAEF · EQVIT · CENSITO*ri* ‖ BRITTONVM · ANAVION*ens* [2]) ‖ PROC · AVG · ARMENIAE · MAI*or* [3]) ‖ LVDI · MAGNI · HEREDITATIVM ‖ ET · A · CENSIBVS · A · LIBELLIS · AV*g* [4]) ‖ PRAEF · VIGILVM · PRAEF · AEGYP*ti* [5]) ‖ M · TAMINIVS · CRI · · · · · ‖ · · · · · · · · · · · · · · · — Fulginiis. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 313.

1) Cf. Borghesium, l. l. 2) Populus ignotus. 3) Armeniae maiori a p. R. c. 867 a Traiano imperio additae Hadrianus anno 870 *regem habere permisit* (Spart.

27; l. l. p. 327—333); itaque de tempore, quo Haterius ea procuratione functus sit, satis constat. 4) Particula ET ex sententia Borghesii (p. 321) indicatur, PROC illud in sequentibus non esse repetendum. *A censibus* s. *ad census* habes n. 3180; cf. ἐπὶ κῆνσον C. I. Gr. 3497 et 3751; *a libellis et censibus* n. 6929. Officium *a censibus* senatorium non est, unde facile distinguitur a *legatione censibus accipiendis*. Pertinet autem ad censum urbanum (cf. Dion. 78, 4 et l. l. p. 323), et *magister census* posteriori aetate dicitur. — Munus *a libellis Augusti* ab initio libertorum imperatoris erat, Hadrianus vero *ab epistulis et libellis primus equites Romanos habuit* (Spart. 22). Id confirmant inscriptiones antiquae. Quamquam enim liberti quidam *ab epistulis* post Hadrianum (Grut. 586, 8; Donat. 309, 4), Titinius autem Capito praetoriis ornamentis honoratus Nervae et Traiano *ab epistulis* fuerunt (Kellerm. Vig. 7), nullum certe *a libellis* sese repperisse Borghesius declarat (l. l. p. 323), de quo verba Spartiani non valeant. 5) Anno 874 = 121; cf. l. l. p. 335, et auctores ibi laudatos.

6948. D M V F 1) ‖ T VISVLANIO ‖ ÀVFIDIO ‖ TREBIO CLEMENTI ‖ T · VISVLANIVS · CRESCENS ‖ PRAEF · FABR · BIS · PRAEF ‖ COHOR · II · RAETOR · 2) TRIB ‖ MIL · COHORT · CIVIVM ‖ ROMANOR ‖ PRAEF EQVITVM ALAE ‖ MOESICAE ‖ CENSOR GERM · INFERIOR ‖ PATRI OPTIMO — Bononiae, rep. ad S. Mariae in Duno. *Guida al Museo* p. 72; vidit Mommsen.

1) *Vivus Fecit.* 2) M. legere sibi visus est FI . GAIIOR; quod si verum est, in lapide fuit II . GALLOR.

6949. TIB · SVLPICIO ‖ TIB · IVLI PACATIA‖NI · FILIO C*a*NO *omni*‖BVS HONORIBVS ‖ APVD SVÓS FVNC‖TO IVDICI ÁRCAE ‖ GALLIÁRVM ‖ TRES PROVINCI‖*ae galliae* — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* VII, 34, p. 279.

6950. L · BESIO SVPERIORI ‖ VIROMAND EQ · R · ‖ OMNIBVS HONORIB ‖ APVD SVOS FVNCTO ‖ PATRON · NAVTAR ‖ ARARICOR · ET RHO‖DANICOR PATRON ‖ CONDE*atium et* ‖ *arec*ARIOR 1) LVGVD ‖ CONSISTENTIVM ‖ ALLECT AR*k* 2) GALLIAR ‖ OB · ALLECTVR · FIDELI‖TER ADMINISTRATAM ‖ TRES PROVINC · GALLIAE — Ibd. Grut. 375, 3; corr. Boissieu, Op. cit.

1) Cf. Grut. 472, 1 = Boissieu VII, 16, n. 259, et Mommsen, Ann. Inst. Arch. 1853, p. 68. 2) Ita corr. ALLECTARI descriptorum antiquorum, ex quo Grut. ALLECTORI; cf. Boissieu et Mommsen, ll. ll. Hic et *iudicem arcae Galliarum*, et *allectorem inquisitoremque* (Or. 3653) ad commune trium provinciarum pertinere et fortasse tria unius magistratus nomina esse credit; l. l.

6951. AVG · SACRVM ‖ GABINVS · TRIB · MIL · CVR · VIAR ‖ PROVINC · AFR · PAT · MVN · P · S · F — Rep. in ruderibus veteris Tufici (*Albacinae*). *Giorn. di Perugia* 1835, 2; Actt. Acad. Pont. Arch. IV, p. 129. Cf. n. 3176.

6952. D · M · S ‖ IVLIAE · IVSTAE · ANTIOCHVS AVG ‖ N̄ · LVCCONIANVS · ARK · PROVINCIAE ‖ AFRICAE · CONIVGI · KARIS · FECIT — Romae, in aedd. Matthaeianis, sarcophagus.

6953. D · M ‖ SoSo · AVG · SER ‖ VIL · MAVRET ‖ CAES · VIX · A · XXXX ‖ FELIX · VIC · FECIT · B · M — Sitifi. *Exploration de l'Algérie, archéol.* pl. 76.

6954. MEMORIAE SANCTISSIMAE ‖ C · SVBRII SECVNDINI ‖ PRIMATIS ET PATRON PROVINCIAE ‖ PIETATIS ELOQVEN-

TIAE MORVM ‖ MAGISTRI ‖ SVBRIVS SEVERINVS FRATER ‖ EIVS IMMATVRA MORTE DECEPTVS — *Saint-Pons* prope Nicaeam. *Mém. des Antiquaires de France* XX, p. 87.

6955. *a.* EXEMPL EPISTVLAE *imper*ATORIS SCRIPTAE AD ‖ QVIETVM ‖ SI IN QVANTAS PARTICVLAS QVOS CLEROS APPELLANT AGER AEZANEN‖SI IOVI DICATVS A REGIBVS DIVISV*s sit* NON APPARET OPTIMVM EST ‖ SICVT TV QVOQVE EXISTIMAS EVM QVI IN VICINIS CIVITATIBVS ‖ CLERORVM NEC MAXIMVS *nec mi*NIMVS EST OBSERVARI ET SI CVM ‖ METTIVS MODESTVS CON*stitueret* VT VECTIGAL PRO IS PENDERE‖TVR CONSTITIT QVI ES*se*NT C*leri aezanit*ICI AGRI AEQVOM EST EX E*o* ‖ TEMPORE VECTIGAL PENDI S*i non co*NSTITIT IAM EX HOC TEMPO‖RE VECTIGAL PENDEND*u*M E*st* . . . SI QVAE MORAE QV[1]) . . . . ‖ . . . VS . . . . NTINT . . . .

b. EXEMPL EPISTVLAE QVIETI SCRIPTAE AD ‖ HESPERVM ‖ CVM VARIAM ESSE CLERORVM MENSVRAM ‖ COGNOVERIM ET SACRATISSIMVS IMP CON‖STITVTIONIS SVAE CAVSA NEQ MAXIMI NEQ ‖ *mi*NIMI MENSVRAM INIRI IVSSERIT IN EA RE‖*gione* QVAE IOVI AEZANITICO DICATA DICITVR ‖ *quaeso m*I HESPER[2]) CARISSIME EXPLORES QV‖*ae maximi cle*RI MENSVRA QVAE MINIMI ‖ . . . . IN IPSA ILLA REGIONE SIT ET ID ‖ *n*OTVM MIHI FACIAS

c. EXEMPL EPISTVLAE SCRIPTAE QVIE‖TO AB HESPERO ‖ QVAEDAM NEGOTIA DOMINE NON ALI‖TER AD CONSVMMATIONEM PERDVCI ‖ POSSVNT QVAM PER EOS QVI VSV SVNT ‖ EORVM PITIOR[3]) HOC CVM MIHI INIVN‖XISSES VT TIBI · *r*ENVNTIAREM QVAE ‖ MENSVRA ESSET CLERORVM CIRCA RE‖GIONEM AEZANITICAM MISI IN REM ‖ PRAESENTEM IEI (epistulam?) — In muro templi Aezanitici. C. I. Gr. 3835 ex schedis Delabordii, et Keppelii Itin. II, p. 227. Quae aliter ego exhibui, diligentissimo debentur Falkeneri apographo; quapropter varias scripturas non adnotavi. — Ut vero ipsa res melius perspiciatur, Graecam inscriptionem in eodem loco exstantem, a Boeckhio restitutam hic adiungam: *Ἀουΐδιος Κουιῆτος Αἰζανειτῶν ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ χαίρειν. Ἀμφισβήτησις περὶ χώρας ἱερᾶς ἀνατεθείσης πάλαι τῷ Διΐ, τρειβομένη πολλῶν ἐτῶν, τῇ προνοίᾳ τοῦ μεγίστου αὐτοκράτορος τέλους ἔτυχε. ἐπεὶ γὰρ ἐπέστειλα αὐτῷ δηλῶν τὸ πρᾶγμα ὅλον ἠρόμην τε ὅ,τι χρὴ ποιεῖν, δύο τὰ μάλιστα τὴν διαφορὰν ὑμεῖν κεινοῦντα καὶ τὸ δυςεργὲς καὶ δυςευρετὸν τοῦ πράγματος παρεχόμενα, μείξας τῷ φιλανθρώπῳ τὸ δίκαιον ἀκο[λ]ούθως τῇ περὶ τὰς κρίσεις ἐπιμελείᾳ, τὴν πολυχρόνιον ὑμῶν μάχην καὶ ὑποψίαν πρὸς ἀλλήλους ἔλυσεν, καθὼς ἐκ τῆς ἐπιστολῆς, ἣν ἔπεμψεν πρός με, μαθήσεσθε, ἧς τὸ ἀντίγραφον ὑμεῖν πέπομφα. ἐπέστειλα δὲ Ἑσπέρῳ τῷ ἐπιτρόπῳ τοῦ Σεβαστοῦ, ὅπως γεωμέτρας ἐπιτη[δείους ἐπὶ τοῦτο ἐκλ]εξάμενος ἐκείνοις προςχρήσηται τὴν χώραν διαμετρῶν, κακ· · · · · · [δῆλο]ν ὑμεῖν γενήσεται καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν τοῦ Καί-*

σαρος γραμμάτ[ων · · · · · · · · δ]εδήλωκα ὅ,τι δεῖ τελεῖν ὑπὲρ ἑκάστου κλήρου κατὰ τὴν τοῦ [Καίσαρος ἀπό]φασι[ν], ἐξ ἧς ἂν ἡμέρας λάβητε τὴν ἐπιστολήν· ἕκαστ· · · · [ὑπ]ὲρ [τῆς ἱε]ρᾶς χώρας τελέσει, ἵνα μὴ πάλιν τινὲς · · · · · · · · · · · βράδιον ἀπολαῦσαι τὴν πόλιν τῆς · · · · · · · · · γένωνται. ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς τὸ μέχρι · · · · · · · · · · · [πέπομ]φα δὲ καὶ τῆς πρὸς Ἕσπερον ἐπιστο[λῆς ὑμεῖν ἀντίγραφον, καὶ ἧς οὗτος ἐ]μο[ὶ] ἔγρα[ψ]εν. Ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς εὔχ[ομαι] —

1) Hoc loco quum, quae Falkenerus legit, cum textu Boeckhiano fere consentiant, Lachmanni certe coniectura admitti nequit. 2) sic, F.; ceteri HESPERE, rectius fortasse. Si ille recte legit, nominativus HESPER accipiendus est. 3) Num PERITI? PERITIORes? [Puto PERITI OB. MOMMSEN.] Falkeneri exemplum ceteris multo melius in hac tamen voce cum illis plane convenit. Lapsus fortasse est scalpri quadratarii Graeci.

6956. Partem quandam iurisdictionis magistratuum publicorum municipalibus magistratibus nonnunquam delegatam esse, titulo Rusicadensi probatur (Clarac, *Musée*, *Inscr.* p. LXXXIV, n. 3; *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 30, 3): C · CAECILIVS · Q · F · GAL · GALLVS · HAB • ‖ EQVVM · PVB · AED · HAB · IVR · DIC · Q · PRO • ‖ PRAET · [1]) PRAEF · PRO · III · VIR · [2]) IIII · PRAEF · FABR · COS • ‖ II · ET · PRAET · II · [3]) HAB · ORN · QVINQ · D · D · [4]) EX · V · DECVRIIS • ‖ DEC · III · [5]) QVINQVENNALIS · PRAEF · I · D · RVSICADI • ‖ FLAM · DIVI · IVLI • ‖ NOMINE · SVO · ET · PROXINIAE · M · F · PROCVLAE · VXORIS · SVAE · ET ‖ FIL · GALLAE · ET · GALLI · ET · CORVNCANIAE · ET · NIGELLINAE · TRIBVNAL ‖ ET ROSTRA · ‖ S · P · F · C —

1) AED*ilis* HAB*ens* IVR*is*DIC*tionem* *Quaestoris* PRO PRAET*ore*, Borghesius in litteris ad me datis, quamquam ipse dubitans, quae pars iurisdictionis quaestoriae aedili municipali potuerit delegari. [In re implicata si mihi quoque licet aperire quae sentiam, equidem iungo sic: *quaestoris pro praetore praefectus pro IIIviro quater*, et sic explico, ut qui cum quattuor praesidibus, a quibus praefecturam fabrum abstulit Gallus, simul missi sunt quaestores pro praetore, ii in moneta vel examinanda vel etiam cudenda eundem adhibuerint, id est eo usi sint pro IIIviro monetali. Genetivus contra usum praepositus est, ne turbaretur qui legit duplici *pro*. Quaestorem in provincia imperatoria nullum fuisse non ignoro; sed tamen cum Numidia proprie non fuerit nisi Africae provinciae dioecesis, recte quaestor proconsulis Africae Rusicadensi homine pro adiutore uti potuit. MOMMSEN.] 2) Corr. *IIvir*, vel *IIIIvir*, quamquam in utroque apographo *IIIvir* legitur. 3) i. e. legati consularis et legati praetorii. 4) HAB*ens* ORN*amenta* QVINQ*uennalicia* *Decreto* *Decurionum*. 5) DEC*uria* *tertia*. [Imo DEC*uriarum* *trium*, id est maiorum; ut alibi dicitur *iudex decuriarum quinque inter quadringenarios*, v. n. 6469. MOMMSEN.] Hoc titulo confirmatur lectio inscriptionis Tarraconensis Grut. 443, 1: IVDICI . DECVR . I ., quam corrigendam esse Hagenbuchius proposuit; cf. Or. 3155.

6956a. M · MAGIO · M · F · MAXIMO [1]) ‖ PRAEF · AEGYPTI · TARRACONENSES — Aeclani, nunc *Boniti* apud Dionysium Cassittum, qui misit mihi.

1) Aegyptum, ni fallor, rexit sub Caesare Augusto, pro eodem habendus cum *Manio* illo *Maximo*, de quo Philo adv. Flacc. p. 975; facile enim *Manius* pro *Magio* scribi poterat. Quod si verum est, de eodem verba facere videntur Plin. N. H. XXXVI, 14 et C. I. Gr. 4956, 27; cf. seriem praefectorum Aegypti in Introductione ad Inscriptt. Aegypti, C. I. Gr. vol. III.

CAPVT XVI.

RES MVNICIPALIS.

§. 1. LEGES MVNICIPALES ET COLONICAE.

N. 3677: not. 2. male *Castrimoeniensium* Or.; scr. *Petelinorum*.

N. 3678 ex Gualteri apographo Mommsenius I. N. 79. nonnullis locis correxit: v. 13. QVA . MEA; v. 15. DVor‖VM; v. 21. CETERVM; v. 24. dele PETELI-NORVM; v. 28. VOBIS . AVGVSTALES; v. 34. COMPELLENTVR. Variam aliorum lectionem videsis l. l.; versuumque in finibus nota litteras nonnunquam desiderari, quas plerique ut conservatas exhibent.

N. 3679, v. 1. dele F alteram. De *lege Petronia* cf. Mommsen, I. N. index n. XXVI, s. v. *praefectus*, et A. W. Zumpt, Comm. epigr. p. 60, qui suo iure notas IIII . VIR . P . L . P fastorum Casinatium, qui dicuntur, ita explicandas esse proposuit: IIII . VIR . *Praefectus Lege Petronia*, l. l. — Ceterum fastos illos ad Interamnam Lirinatem pertinere docet Mommsenius, I. N. 4195.

6957. D · M ‖ D · PVBLICIVS · D · F ‖ *t*ROM · EPHEBV*s* ‖ AED · POT · IIII · VI*r* ‖ I · D · IIII · VIR · LEG*e* ‖ PETRONIA · V · A · XL ‖ H · S · E ‖ FILI · PATRI · PIEN*tissimo* — Aeserniae. Garrucci, *St. d'Isernia* n. 34; Mommsen, apud Gerhard, *Arch. Ztg.* VI, p. 335 et I. N. 5041.

§. 2. DEDVCTIO COLONIARVM. MVNICIPIA FOEDERATA. IMMVNIA. COLONIARVM NOMINA SVB IMPP. PRAEFECTVRAE. COMITIA CET.

N. 3682, v. 4. NEPOTI . DIVI . TRAIANI male ab Orellio omissos.

N. 3683, magnus cippus nunc in Museo Borbonico asservatus, quem ita Mommsenius, I. N. 3590, exhibet: IVSSV . IMP . CAESARIS ‖ QVA . ARATRVM . DVCTVM ‖ EST.

N. 3685: accuratius Apiani exemplum male Gruterus correxit; vidit Mommsenius in aedd. publicis Reatinis, ex cuius apographo scribe: v. 3 et 4: LONGINO . DOMO ‖ VOLTINIA; v. 15. dele LIB . LIBERTABVS; v. 16. POSTERISQVE. Praeterea versus aliter divisi sunt.

N. 3687 spectat ad eum ipsum annum, quo Caracalla a patre Augustus dictus et tribunicia potestate donatus est; unde ne mireris, quod solis his titulis eum ornatum vides. Quamquam igitur inscriptionem Donius ex schedis Manutianis, Muratorius ex Farnesiis et Ligorio desumpserunt, Gudius autem, unde habuerit, non indicat, nihilo tamen minus eam pro spuria habere non audeo, licet suspectam eam et Caracalla praenomine carens et praetor genitivo casu adiunctus reddere possint; cf. praeterea n. 896. Ceterum in fine mutilum titulum esse notant Gudius et Galletti, *Capena* p. 18.

N. 3690, melius n. 4086.

N. 3692, susp.; Grut. accepit a Fulvio Ursino.

N. 3693, v. 2. STIPENDIARIORVM legitur apud Mar., itaque legit Mommsenius.

N. 3696, recte Mommsenio, I. N. 5350, genuinus est; vidit nuper Brunnius, qui in v. 3. legi affirmat MACELLVM LVCCEIVM.

N. 3699: scripturam Giovenazzii iidem probant; I. N. 5755.
N. 3700, e: de explicandis notis cf. ad n. 6968.
N. 3701, v. 3. Q . TINElo; v. ult. IO FVSCO; vidi ipse in Mus. Vat.

6958. IMP · CAESAR · AVG ‖ PONT · MAX · PARENS ‖ COLONIÆ · [1]) DEDIT — Firmi, in aedd. publicis. V. Borghesius; cf. eius dissertationem *sull' iscr. della porta Marzia* (*Archivio stor.* XVI), p. 11.

1) Sc. Firmanae. — Cf. Or. 605.

6959. M · BILLIENVS · M · F ‖ ROM · ACTIACVS[1]) ‖ LEGIONE · XI · PROE‖LIO · NAVALI · FACTO ‖ IN · COLONIAM · DE‖DVCTVS · AB ORDI‖NE · DECVRIO · ALLEC ‖ · · · IO · ERVC · ·[2]) — Rep. *Poglianae* territorii Atestini, nunc Vicetiae. Fabr. 716, 371, all.; Furlanetto, *lap. pat.* p. 173, CLXIV.

1) Cf. Furlanetto, l. l. n. CLXV—CLXVIII. 2) Consulatum in ultimo versu indicari negat Borghesius apud Furlanettum, *Museo d'Este* p. 47. — In penultimo l. ALLECtus.

6960. L · VALERIO ‖ VALENTI ‖ VETERANO LEG ‖ $\overline{\text{VIIII}}$ · DEDVCTO · REATE ‖ A · DIVO · AVGVSTO ‖ VESPASIANO ‖ VALERIAE · CALE ‖ L · VALERIVS · FORTVNATVs ‖ PATRONIS · BENE‖MERENTIBVS · FECIT — Reate. Exscr. Mommsen.

6961. Ad deductionem coloniae verba quoque tabulae honestae missionis Card. *Dipl.* V (= Grut. 573, 1 = Mar. Arv. 454. 455) spectant, in qua legimus: IMP · CAESAR · VESPASIANVS · AVG · PONT ‖ MAX · TR · POT · $\overline{\text{II}}$ · IMP $\overline{\text{VI}}$ PP COS $\overline{\text{III}}$ DESIG ‖ $\overline{\text{IIII}}$ VETERANIS QVI MILITAVERVNT IN ‖ CLASSE RAVENNATE SVB SEX LVCILIO BASSO ‖ QVI SENA ET VICENA STIPENDIA AVT PLVRA ‖ MERVERVNT ET SVNT DEDVCTI IN PANNONIAM *cet.*

6962. Q · C · POPPAEEI · Q · F · PATRON ‖ MVNICIPI · ET · COLONIAI[1]) ‖ MVNICIPIBVS · COLONEIS · INCOLEIS ‖ HOSPITIBVS · ADVENTORIBVS ‖ LAVATIONEM · IN · PERPETVOM · DE ‖ SVA · PECVNIA · DANT — Olim ad D. Pauli in Turricula, nunc Interamnae Praetutianorum in Museo Delfico. *Filologia abruzzese* VII, p. 129; Mommsen, I. N. 6149.

1) Nota civitatem municipii simul et coloniae nomine appellatam, de qua re nuper in Bull. Inst. Arch. 1851, p. 85 et 173 disputavi; cf. Zumpt, Comm. epigr. p. 252, et quae de coloniis Sullanis scimus, titulosque haud paucos, in quibus cives *novi* et *veteres* oppidorum commemorantur, qui suis utrique legibus utebantur.

6963. CLEMENTIA TEMPORIS ET VIRTVTE ‖ DIVINA · D · D · N · N · CONSTANTINI ET LICINI INVIC ‖ SEMP · AVGg · ORNAMENTA · LIBERTAt[1]) RESTITVTA ET VETERA CIVI‖TATIS INSIGNIA[2]) CVRANTE CEIONIO APRONIANO CL V ‖ PATROn CIVITATIS — In colonia Scillitana (*Gusereen* s. *Kasareen* in regno Tunetano). Temple, *Excursions in the Mediterranean*, app. n. 114; rest. Borghesius ex apographo Catherwoodii Bull. Inst. Arch. 1845, p. 63, n. 14.

1) Sc. post tyrannidem Maxentii. 2) *Insignia civitatis* in altera inscriptione eiusdem coloniae in arcu quodam insculpta commemorantur: COLONIAE SCILLITANAE ‖ Q . MANLIVS . FELIX . C . FILIVS PAPIRIA RECEP‖TVS POST ALIA ARCVM

QVOQVE CVM INSIGNIBVS COLONIAE ‖ SOLITA IN PATRIAM LIBERALITATE ‖ EREXIT OB CVIVS DEDICATIONEM ‖ DECVRIONIBVS SPORTVLAS CVRIIS EPVLAS . . . . — inferius litteris minoribus: INSIGNIA CVRANTE M CAELIO AN . CV — Maff. M. V. 462, 1; Temple, *Excursions* n. 113; *Revue Archéol.* IV, p. 269. Restitui ex variis apographis, quorum lectiones referre superfluum, nisi quod pro *epulas* EPVLATICIVM Temple exhibet.

6964. Colonias a pluribus imperatoribus denominatas habes nn. 5315; 5329; 6932.

6965. *m* · *ag*RIPPAE · L · F ‖ COS · TERT [1]) ‖ *pr*AEFECTVR · REATIN ‖ PATRONO — In aedd. publicis Reatinis vidit Mommsen.

1) A. 727 = 27 a. Chr. — Praefecturae dicuntur etiam Amiternum (Or. 3699; I. N. 5781), Aveia (I. N. 5989), Fundi (n. 7000), Peltuinum (Or. 4036).

6966. POSTVMIVM · AED ‖ SCR · INFANTIO · INFRA ‖ SCRIBENTE · PARENTE · II ‖ ROG · PAQVIVM · PROCVLVM · D · I · D · D · R · P [1]) — Pompeiis, scr. in pariete domus privatae. *Bull. Nap. nuova serie*, 1853, p. 177.

1) *Duumvirum Iuri Dicundo Dignum Re Publica.*

6967. M · MARIVM ‖ AED · FACI ‖ ORO · VOS [1]) — Pompeiis, parieti domus cuiusdam inscriptum. *Bull. Nap. nuova serie*, I, p. 5.

1) Hoc titulo reperto, litteras O . V . F *oro vos faciatis* explicandas esse constat, quamquam, qui interpretationem *Oro* V̂T *Faciatis* tueri voluerit, inscriptione Or. 4265: ROG . VT . *Faciatis* uti poterit.

6968. M · HOLCONIVM AED O V F D R P [1]) ‖ ALBVCIVM ET MARCELLVM ‖ V · A · S · P · P · [2]) D · R · P · O · V · F · · · — Ibd. Bull. Inst. Arch. 1841, p. 172.

1) *Orant Vos Faciatis Dignum Re Publica.* 2) Avellinius, Opusc. II, p. 181, collato Cic. de legg. III, 3, ita has notas explicat: *Vrbi Annonae Sollemnibus Publice Procurandis*; Mommsenius, I. N. in Indice n. V s. v. *Pompeii* praefert: *Votis Augustalibus Sacris Publicis Procurandis*; quia in titulis tantum ministrorum Augusti notae illae inveniantur. Quum tamen *aediles* quoque *v. a. s. p. p.* in programmatibus Pompeianis legantur (cf. nn. 3700, e; 6971; 7156, collato n. 6972), rectius mihi quidem Avellinius videtur iudicasse, nisi quod pro *Vrbi* ab eo proposito *Viis* proque *Solemnibus Publice*, *Sacris Publicis* legere maluerim. [Quem tituli lapidarii clare indicant nexum inter cultum Augusti et hoc munus publicum, programmata tacent, ut par est, neque tamen refellunt. Denique ad officii naturam nomen omnino accommodandum est. Mommsen.]

6969. C · IVLIVM · POLYBIVM ‖ AED · O V F ‖ PANEM · BONVM · FERT — Ibd. Bull. Nap. I, p. 10.

6970. M · CERRINIVM · VATIAM · ‖ AED · DIGNVM · REIP · TYRRANVS · CVPIENS · [1]) ‖ FECIT · CVM · SODALES (*sic*) — Ibd. Bull. Inst. Arch. 1829, p. 196, 3.

1) Cf. *cupit*; 3700, b.

6971. P · PAGVIVM · [1]) PROCVLVM · II·VIR · VIR · B · [2]) ‖ A · VETIVM · · · VM · FELICEM · II·VIR · V · B · D · R · P · OVF · DIGNI SVNT · ‖ G · MARIVM · · · L · M · EPIDIVM · AEDILES · V · A · S · P · P · OVF · DIGNI SVNT · ‖ S · · · VSIT [3]) · · · OSSIVS · DE · ALBATORE · [4]) ONESIMO — Ibd. l. l. n. 4.

1) scr. PAQVIVM. 2) VIR*um Bonum.* 3) *Scrip*SIT? [an *Scribii*VSIT? Mommsen.] 4) *Albarius* est n. 4142.

6972. *r*VSTIVM · Æ*d* ‖ ROGAMVS · DIGNVS · EST ‖ PAQVIVM · ET · CAPRASI*um* PROBISSIMOS · D · V · I · D ·[1]) OVF — Ibd. Op. cit. 1841, p. 171.

1) *Duum Viros Iuri Dicundo.*

6973. C · CVSPIVM · PANSAM · AED · D · P · O · F ·[1]) SATVRNINVS · CVM · ‖ DISCENTES · ROG · C · CALVENTIVM · SIL · · · · · IIVIR · I · D — Ibd. Op. cit. 1829, p. 148.

1) AED*ilem Dignum Populo Omnes Faciatis* (?).

6974. M · EPIDIVM ‖ SABINVM · AED ‖ CAMPANIENSES ·[1]) ROG — Ibd. Op. cit. 1841, p. 171.

1) Campanienses, ni fallor, Campani vel cives Capuani sunt Pompeiorum *incolae.*

6975. Ad usum nomina candidatorum in monumentis inscribendi spectant tituli sequentes:

ITA CANDIDATVS QVOD PETIT FIAT TVVS ‖ ET ITA PERENNES · SCRIPTOR · OPVS HOC PRAETERI ‖ HOC SI IMPETRO AT FELIX VIVAS BENE VALE — Ad pontem *Cardarum* prope Narniam. Gerhard, *Arch. Ztg.* 1846, p. 242.

6976. ITA CANDIDATVS FIAT HONO‖RATVS TVVS · ET · ITA · GRATVM · EDAT ‖ MVNVS · TVVS · MVNERARIVS · ET · TV ‖ FELIX · SCRIPTOR · SI · HIC · NON · SCRIPSER*is* — In arce Fori Popilii. Vecchiazzano, *St. di Forlimpopoli* I, p. 27; *Arch. Ztg.* l. l.

6977. INSCRIPTOR ROGO TE VT TRANSEAS HOC MONVMENTVM ‖ AS*t* · · · AN QVOIVS CANDIDATI NOMEN IN HOC ‖ MONVMENTO INSCRIPTVM FVERIT REPVLSAM FERAT NEQVE HONOREM ‖ VLLVM GERAT — Romae. *Arch. Ztg.* l. l. Cf. nn. 5663; 6566.

Notum est, nomina locorum Urbis aeternae interdum in civitates Italiae et provinciarum translata esse, cuius rei nonnulla exempla afferre liceat:

6978. *c*APITOLIV*m* ‖ *f*ABIVS · MAXIM*us* ‖ V · C ‖ *i*NSTAVRAV*it* — Histonii. Mommsen, I. N. 5242, ubi v. cett.

6979. · · · OCTAVIVS · LAENA*s* ‖ · · · CERVARIVS · P · F ‖ IIII·VIR · QVINQ ‖ VIAM · POST · CAPITOLIV*m* ‖ SILICE · STERNEND · EX · D · D ‖ LOCARVNT · IDEMQ · PROBA*runt* — *Trasacci* ad lacum Fucinum. Jahn, Specimen p. 139; Borghesius ex auctoritate Brocchii in oppido *Pescina* titulum esse dicit, Bull. Inst. Arch. 1845, p. 157, ibique collocat Mommsen, I. N. 5501.

6980. PRO MAGNIFICENTIA SAECVLI DD NN VALENTINIANI ET VALENTIS SEMPER AVGVSTORVM *quat*‖TVOR PORTICVS CAPITOLI SERIE VETVSTATIS ABSVMPTAS ET VSQVE AD IMA FVNDAMENTA C*orruptas* ‖ NOVO OPERE PERFECTAS EXORNATASQVE DEDICAVIT PVBLILIVS CAEIONIVS CAECI*na iulia*‖

NVS VIR CLARISSIMVS CONSVLARIS CVRANTIBVS AELIO IVLIANO ITERVM REIPVBLICAE *curatore* ‖ FL AQVILINO F F P P ANTONNO[1]) PETRONIANO F F P P ANTONIO IANVLARIANO (sic) FF PP[2]) — *Timegad* Africae. De Witte, *mémoire sur Salonine*, Bruxelles, 1852, p. 31; descr. et suppl. Renier, cuius tamen supplementa versuum 1 et 2 non recepi, secutus potius Mommsenium, qui titulum mecum communicavit.

1) L. ANTONO. 2) *Flamine PerPetuo.*

6981. C ARRIO C F ‖ QVIRINA ‖ CALPVRNIO ‖ FRONTINO ‖ HONORATO ‖ C V IIIVIR MONE‖TAII VALI[1]) QVAES‖TORI CANDIDATO ‖ PRAETORI CANDI*d* ‖ AVGVRI COS PA‖TRONO COI POS‖TVI POP[2]) IN THEATRO ‖ VIC VILABRVS[3]) — Antiochiae ad Pisidiam. Hamilton, *Researches in Asia minor*, vol. II, app. 181. Alterum monumentum plane simile posuit *vicus Aedilicius*, l. l. n. 182.

1) IIIVIR*o* MONETALI AAA F F, quae verba in altero titulo melius conservata sunt. 2) COL*oniae* POSTVL*ante* POP*ulo*. 3) VELABRVS; cf. Antiochiensium vicos *Tuscum* et *Germalum*; n. 6156. — De septem vicis Ariminensium v. Or. n. 80.

6982. C · FVRIVS · C · F · NVMIDA ‖ M · VERATIVS · C · F · POLLIO ‖ IIII·VIR · I · D ‖ STRATAM · AD · PORTAM ‖ SVMMAM ET · IN · CLIVIS ‖ AD PORTAM GEMINAM ‖ ET · INTRA · PORTAM ‖ MARTIALEM · AD ANGIPO*r* · [1]) ‖ MATVTAE E S · C · R · C[2]) ‖ IDEMQVE PROBAVERE — Calibus rep., nunc in R. Museo Neapol. Mommsen, I. N. 3952.

1) ANGIPO*rtum*. 2) E *Senatus Consulto Reficiendam Curavere.* — Hic adde titulos sequentes, in quibus varia loca et aedificia Calenorum et Lucerinorum commemorantur:

6983. AVGVSTALIS II*viralibus* ‖ ORNAMENTIS *honoratus* ‖ VIAM · AB · ANGIPORTO · AED*is* ‖ IVNONIS · LVCINAE · VSQVE · *ad* ‖ AEDEM · MATVTAE · ET · CLIVOM ‖ AB · IANV · (sic) AD · GISIARIOS · [1]) PORT*ae* ‖ STELLATINAE ET · VIAM · PATVLAM ‖ AD · PORTAM · LAEVAM · ET · AB · FORO ‖ AD · PORTAM · DOMESTICAM ‖ SVA · PECVNIA · STRAVIT — Ibd. l. l. 3953.

1) l. CISIARIOS.

6984. C · OBINIVS · FAVOR ‖ P · DIDIOLENVS ‖ STRATO ‖ AVGVSTALES ‖ PRO · MVNERE ‖ AB SVMMA QVADRAGINT ‖ IIIDA[1]) AD VICVM LARIS ‖ S P STRAVER — Luceriae. l. l. 951.

1) FIDA, FEDA, FISDA? M.

§. 3. POPVLVS. MVNICIPES. INCOLAE. CIVITAS CET.

N. 3703, v. 1. MVTICILIO; DECCIANO; v. 3. IN D*ecuriis*; v. 4. MVNICIPII; v. 5. BENEFICENTIAM; v. 8. AVGVSTALIBVS; v. 9. IV. N; v. 10. L . D . P . P . D . D; praeterea versus aliter divisi. Mommsen, I. N. 26; not. 1. explica: *QuinQuennali Censoriae Potestatis.*

N. 3706: Mommsen, I. N. 6825, ab initiis versuum omnes litteras ab Orellio uncis inclusas distincte legit, nisi quod in v. 1. littera C praenominis CN nunc desideratur; v. 3. AERAE sic.

N. 3707: pro L . P in lapide est I\; Bull. Inst. Arch. 1841, p. 14; vidit etiam Mommsenius.

N. 3714, v. 1. nomen hominis, ni fallor, corruptum est; v. 2. ante POPVLI aliquid deesse videtur.

N. 3716, v. 2. FIL; IIIIVIR; v. 6. PVBL; v. 10. HS . CENTENOS . N; Mommsen, I. N. 3549.

N. 3717: titulus *clarissimi* ad municipium minime pertinet.

N. 3718; cf. Fabr. 610, 83 et 84. Not. 1. COC . C quid significet, equidem nescio; sed hoc scio, Orellii correctionem minime approbari posse.

N. 3720: v. 2 seqq. DEMAR‖CHISANTI . II.VIR . ALI‖MENTORVM . QVAEST; v. 7. VIBO; Mommsen, I. N. 2454.

6985. COLONIS · INCOLIS ‖ PEREGRINIS ‖ LAVANDIS · GRATIS ‖ D · D · P · P · P — *Cittanova* Istriae. Stancovich, *delle tre Emone* p. 25.

6986. P · TETTIO · P · F · RVFO ‖ PONTIANO ‖ Q · TR · PL · PR · ATINATES ‖ VRBANI · [1]) PATRONO ‖ D · D — Atinae. Mur. 1030, 5; Don. VI, 34; Mommsen, I. N. 4549.

1) Cf. Or. 3853; *plebei urbani*, 3457.

6987. SOSSVLENAE ‖ C · F · OPPIDANI ‖ OB · MERITVM ‖ EIVS — Saepini (*Altiliae*). Mommsen, I. N. 4941.

6988. N ISTACIDIO · HELENO ‖ PAG · PAG · AVG [1]) ‖ N. ISTACIDIO IANVARIO ‖ MESONIAE SATVLLAE · IN · AGRO ‖ PEDES · XV INFRONTE · IIDES · XV (sic) — Pompeiis. Op. cit. 2343, ubi v. cett.

1) PAG*ano* PAG*i* AVG. — *Populus pagi* videtur esse in corrupto titulo Corfiniensi, I. N. 5366.

6989. · · · · · · · · · · *otacilius* · ‖ *ex tes*TAMENTO · OTACILI · GALLI · PATRIS · CAESARE*um vetustate* · · · ‖ CONLAPSVM · P *s* R CVIVS · OPERIS · DEDICATIONE · *dedit decurionibus* ‖ HS · XXX · AVGVSTALIBVS · HS · XX · VICANIS · HS · XII · VXORIBVS ‖

DECVRIONVM · HS · XVI
*dedicat*VM AVGVSTALIVM · HS · VIII *kal · aug* (?)
VICANORVM · HS · IIII

Volceiis. Op. cit. 221, ubi v. cett.

6990. M · VALERIO ‖ M · F · GAL ‖ ANIENSI ‖ CAPELLIANO ‖ DAMANITANO · ADLECIITO · IN · COLONIAM ‖ CAESAR · AVGVSTANAM ‖ EX BENEFIC · DIVI · HADRIANI ‖ OMNIB · HONORIB · IN · VTRAQ ‖ REP · FVNCTO · FLAM · ROM · DIVOR · ET · AVG ‖ P · H · C — Dactonii. Delaborde, *Voyage de l'Espagne* pl. 88, 15; Cortès, *Dicc.* II, 403.

6991. *d* (*ascia*) *m* ‖ ET · MEMORIAE · AETERN ‖ ILLIOMARI · APRI LINTIA‖RI [1]) EX CIVITATE · VELIOCAS‖SIVM · SVBLECTO INNVMER ‖ COLONOR · LVG · CORPORA‖TO · INTER · VTRICLAR · LVG ‖ CONSISTENTIVM (sic) ‖ QVI · VIX · ANN · LXXXV · SINE · VL‖IVS · ANIMI SVI LAESIONE ‖ APRIVS ·

ILLIOMARVS FIL PAIITRI · KARISSIM · P · C · ET · SVB · A · D [3]) — Lugduni. Caumont, *Bulletin monumental*, 2e série, t. II, p. 252; Boissieu, *Inscr. de Lyon*, p. 409.

1) Cf. n. 4254. 2) Cf. 3030: *Ponendum Curavit* ET SVB *Ascia Dedicavit.*

§. 4. DECVRIONES. ORDO SPLENDIDISSIMVS. SENATVS. CONSCRIPTI. CENTVMVIRI. SEXPRIMI. DECEMPRIMI. PRINCIPES. PRINCIPALES. PATRONI. PATRONAE. MATRES COLON.

N. 3721: duumviralicii sunt XXIX, ita ut centum decuriones in tabula commemorati sint, quum neque patronos nec praetextatos pro decurionibus habere liceat.

N. 3722: v. 5. FABR; v. penult. C . A; Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 43.

N. 3726 = 1228.

N. 3727: v. 1. NAMPAMONS legendum esse docet Cavedonius, *Iscrizz. cristiane dell' Algeria* p. 2—4; cf. Gesenius, Mon. Phoen. p. 412.

N. 3729, v. 2. SEPTIMINO; v. 4. COLON . IVL . PARENT; v. 5. VETER; v. 6. OMNIB; Kandler, *Istria* I, p. 348, qui ultimos tres versus ita exhibet: MVNICI . PATR . COL . FAB ‖ . . LOCO . DATO ‖ D . D, in quibus non omnia recte se habere opinor. Ceterum *Parentinis*, non Parentanis populo nomen esse docui ad n. 72.

N. 3730: v. 1. VILLIV; v. 2. CONLATICIA; v. 3. FACIVNDVM; Mommsen, I. N. 219.

N. 3732: v. 3. litteras D . V delendas censet Mommsenius I. N. 3956 qui Calenam esse docet inscriptionem; Zumptius, Comm. epigr. p. 181, *quattuorviri duumviri* legendum esse credit, collatis titulis quibusdam Perusinis (cf. Or. 3707), qui tamen facile explicantur, si coloniam ab Augusto Perusiam deductam esse memineris. Id quod male negavit Zumptius; cf. n. 5099.

N. 3736: nescio, an recens titulus sit antiquorum ad exemplum male compositus.

N. 3737: v. 11. APVLVS . II . ET; v. 18. OLO . ORTESIO; v. 19. FELICE; v. 20. SILVANO IIVIRIS. Vidi in Mus. Vat.; Nibby, *Dintorni* III, p. 413.

N. 3739: Perusiae male ab Orellio centumviri adsignantur; titulus enim, in quo centumviros Perusinos repperisse sibi visus est, ad Cures pertinet; cf. Sperandio, *Sabina* p. 354, et ipsum Vermigliolium in libro ab Or. laudato, II, p. 394, ed. 2. Ipse Perusiae inscriptionem vidi. Post v. 10. tres versus erasi sunt, in quorum altero GETAE nomen nihilo minus apparet. Borghesius eos ita restituit: P . SEPTIMIO . GETAE . PIO . AVG ‖ BRITANNICO . TRIB . POTESTAT . III ‖ COS . II . P . P; cf. *Iscr. perugina della porta Marzia*, p. 18, n. (*Archivio storico ital.* vol. XVI). Ego pontificatum quoque commemoratum fuisse crediderim. — In fine tituli haec leguntur: PEC SEV (*pecunia Severiana* ?) ‖ CVRATORE . M . VIBI . . . . . ‖ TIANO . E . V (*egregio viro*) ‖ L . VALERIO . SABINO I . . . — Not. 1. PRO nihil aliud est nisi PRO COS et ad Getam pertinet.

N. 3741: in fine tituli L . D . D . D. In dedicatione: v. 1. DEDIK; v. 3. FELIC; in fine haec omissa sunt: CVR . ABVDIO . PRISCO CASSIDARIO DEMETRIO . ET . CELERINO STATIENO CLEMENTIANO; Visconti, *Mon. Gab.* p. 149.

N. 3742: v. 1. PARTHIC; v. 2. NEPOT; v. 3. COS . III (sic re vera in lapide exstat); v. 4. PRINC; v. Mommsen, I. N. 2112.

N. 3743; v. 2. scr. IVLIANIVS.

N. 3746: in inscriptione Iulii Marci Mur. recte legit ANNIS . XII MSIBIIVS . DVOBVS.

N. 3747: in fine: AC ‖ PIENTISS . P; Mommsen, I. N. 5780.

N. 3748: v. 3. DECVRIONI; ANNIS; v. 4. TESTAMENTO; in fine P; op. cit. n. 6114.

N. 3750, not. 3. vocem *aureus* sola littera A indicari posse non credo; quare A *Divo* nescio quo Augusto legendum esse reputo.

N. 3756: not. 2. sexprimi munus pertinet ad decuriam scribarum quaestoriorum.

N. 3757, not. 1. male Hagenb.; num decuria III?

N. 3760; cf. n. 5567.

N. 3763: v. 1. l. TANONIO; Mommsen, I. N. 1429.

N. 3766, fractus adhuc Capuae exstat, ubi inferiorem partem Mommsenius exscripsit, I. N. 3607. Pro BENEFICIA legit VNIBERSA.

N. 3767: v. 1. TANNONIO; v. 2. CRHYSANTI (sic); I. N. 2505; 2506.

N. 3769: num PATR*i* PATR*um* cultus Mithriaci?

N. 3772: v. 3. MVNERIB; v. ult. POPVL; ibd. 2575.

N. 3774: v. 3. FLAMINICAE . SACERD; Tonini, *Rimini* p. 337, 17.

6992. NONIAE ‖ SEVERAE ‖ OFFERENTE ORDINE ‖ L CAELIVS SABINVS ‖ MARITVS ‖ SVA PEC ‖ POSVIT ‖ D · D — Madaurae. Vidit de Grabow; misit mihi Gerhardus.

6993. SEPTIMIO RVSTICO V C CONS CAMP ‖ PROVISORI ORDINIS [1]) RESTAVRATORI THERMARVM ‖ OB INSIGNEM AMOREM SPLENDIDISSIMVS ORDO ‖ ET HONESTISSIMVS POPVLVS ‖ PATRONO PRAESTANTISSIMO — Neapoli. Gervasio, *Iscr. Nap.* p. 51; Mommsen, I. N. 2621.

1) Provisorem Ordinis habes n. 3766.

6994. C · BICLEIO · C · F · CAM · PRISCO ‖ OMNIBVS · HONORIBVS ‖ FVNCTO · OPTIME · DE · RE ‖ PVBLICA · TIBVRTIVM ‖ MERITO ‖ S · P · Q · T — a latere: HIC · REM · PVBLICAM ‖ TIB · EX · ASSE ‖ HEREDEM ‖ FECIT — Tibure. *Giorn. Arcad.* LVIII, 1833, p. 333; Act. Acad. Pont. Arch. VI, p. 81; vidit Brunn.

6995. PATER POSVIT ‖ C · FLAVIO POLLION ‖ FIMBRIAE · C · N · C · PRON ‖ IN · SENATVM · COOPTATO ‖ LOCO · DATO · S · C · PER TABELLAM — Calibus. Mommsen, I. N. 3951, ubi v. cet. Corr. nuper Brunnius. Cf. hunc titulum Calenum nunc in R. Museo Neapolitano asservatum: PATER · POSVIT ‖ C · FLAVIO · POLLIONI ‖ AVGVRALI · C · N · C · PRON ‖ IIIIVIR · I · D · LOCO · DATO ‖ S · C · PER *t*ABELLAM — Gervasio, *Iscr. Mess.* p. 36; Mommsen, I. N. 3951, cet.

6996. M · PONTIO · M · F ‖ QVIR · FELICI ‖ SENATORI · AEDL ‖ MVNIC · SODAL ‖ ITEMQ AEDIL ‖ ET · CVRAT · SODAL ‖ MVNICIPES · ET ‖ INCOL · EX · A · C [1]) ‖ OB INNOC · ET · ADSIDVIT · CETERASQ ‖ ADMINISTR · EIVS ‖ POSIT · VIIII · K · IVNIAS ‖ M · ANTONIO · RVFINO ‖ S . OCTAVIO LENAT*e* ‖ CONS [2]) — Tusculi. Bull. Inst. Arch. 1835, p. 156; ipse vidi.

1) EX *Aere Collato.* 2) A. 131; cf. 6227.

6997. DE · SENATVS ‖ SENTENTIA ‖ EX · MVNERIBVS ‖ C FABI · C · F · PASSIENI ‖ SATVRNINI ‖ AVGVRIS · AED · LVSTR [1]) — Ibd. ad theatrum. Canina, *Tusculo*, p. 175. Vidi ipse cum Mommsenio.

1) Cf. ad 3142.

6998. · · · · · · · · · · · · · PAL · LABEONI
· · · *ii viro iuri dicu*ND BIS CVRIB · SABIN

· · · · · · · · · *co*LLEGIIS · EX · C̄ · VIROR · DECR · FEC · ·
· · · · · · · · · INCISVM EST 7 SECVND*o* · · ·
*duovira*TV · EPVLVM · POPVLO · DED PO · · · ·
· · · · *inte*R · SELECTOS · IVDIC · VIX · AN · · · · ·
· · · · · · · IO · PIISSIMO · FE · · · · · · · ·

Curibus rep., nunc in horreis Musei Vaticani, ubi vidi cum Mommsenio. Cf. ad n. 3739.

6999. PHILEROS ‖ EX · DECRETO XXX VIRVM¹) ‖ SACELLVM · SEMONI ‖ SANCO DE SVA PECVNIA · FECIT — In vinea Nicolai Zoffoli in territorio *Marini* ad muros qui dicuntur *de' Francesi.* Lapis Albanus est. Dedit mihi ectypum Rosa architectus. Bull. Inst. 1853, p. 131.

1) Ordo, ni fallor, oppidi cuiusdam parvi, fortasse Castrimoeniensium; quorum decuriones minus certe centum fuisse titulo n. 4034 probari videtur, si quidem decurionum decreta ita fieri solebant, ut non minus quam duae partes decurionum in decurionibus adessent (n. 6428). Nisi forte id ipsum huic sententiae adversatur, quod decuriones dicuntur senatores Castrimoenienses.

7000. *consc*RIPTES · COSE · ¹) T · F*I* · · · · · *praifecti* ‖ *et* · *p*RAIFECTVRA · TOT*a* · *fundi hospitium* ‖ FECERE QVOM · TI C*laudio* (?) · · · · · · ‖ *i*N · EIVS · FIDEM · OM*nes* · *nos* · *tradimus* · *et* ‖ COVENVMIS · CO*optamus eum patronum* ‖ M · CLAVDIO · M · F · · · · · · · *cos* ²) — „Piscis aereus satis crassus, cuius apparent oculus et squama; deest prima pars capitis et pars posterior tota; postica scripta est, ut, quum piscis rectus stat, scriptura inversa conspiciatur." Rep. est Fundis; vidit Agnone Mommsenius, I. N. 4139; cf. eundem *Arch. Ztg.* 1846, p. 332, et Bull. Nap. III, p. 90, tab. 3, n. 20.

1) CO*n*SE*nsu.* 2) Incertum, num anni 517, an 588, 599, 602 consul indicatus sit. — Ipsum monumentum tesseram esse hospitalem docuerunt et Mommsenius et Minervinius ll. ll. — *Fundos* inter praefecturas Festus recenset, s. v. *praefecturae*; *conscriptos* autem habes Peltuini (Or. 4036), Capuae (I. N. 3629), Trebulae (n. 5454), in colonia Valeria Piceni (n. 5127), suoque iure Mommsenius notas D . C . S in titulis Casinatium (I. N. 4221. 4246) et Interamnitium Praetutianorum (n. 7124) *De Conscriptorum Sententia* interpretatus est.

7001. · · · LVI · · · · · · · · · ‖ C · · · · · ONE · DED*iv* · · · · · ‖ ~~SS~~ · XX · DECVRIONIBVS · · · · ‖ POPVLARIBVS · LIBERISQVE ‖ EORVM · ~~SS~~ · VIII · SED · ET · POPVLO ‖ PASSIM · PECVNIAM · DISTRIBVIT ‖ LVDORVM · QVOQVE · SPECTACV‖LVM · EA · DIE · CIVIBVS · EXHIBVIT ‖ PATRONO · ABSTENENTISSIMO (sic) ‖ CIVI · PRESTANTISSIMO (sic) ‖ AMATORI CIVIVM SIMPLICISSIMO ‖ L · D · D · D — Telesiae (*Solopacae*). Mommsen, I. N. 4880.

7002. M · VTTEDIO ‖ SALLVBIANO ‖ C · PETILIO ‖ AMANDO ‖ DOMO IGVVIO VE‖TERANO LEG · XIIII ‖ GEMIN · DECVRIONI ‖ COLON SALONITAN ‖ QVAESTORI PONTIFI‖CI · PETILIA ‖ SECVNDINA ‖ CONIVX — Salonae. Lanza, *lapidi Salon.* n. LV.

7003. D · M ‖ C · IVLII · C · F · CL · HEGEMONIS ‖ ADLEC · IN · ORDIN · DECVR ‖ MISENI · VIX · AN · V · M · VI · D · VI ‖

C · IVLIVS · HEGEMON · ET ‖ CASSIA · VRBANA · FILIO ‖ DVLCISSIMO — Rep. Miseni, nunc in R. Museo Neapolitano. Mommsen, I. N. 2577.

N. 3964, not. 2. *Viatori.*

N. 3968 v. corr. ad n. 129.

N. 3969: v. 2. EXSIMIAE; v. 5. FLAMINIE; v. 8. DVODECIM . VIRO; vidi ipse in Mus. Cap.

N. 3970: P. CORNELIVS; vidi ad D. Pauli extra muros.

7089. De Augustalibus et Seviris Augustalibus cf. quae nuper scripserunt Egger in libro, cui titulus est *examen critique des historiens anciens de la vie et du règne d'Auguste*, *Paris* 1844, 8, append. II. *Recherches nouvelles sur l'histoire des institutions municipales chez les Romains*, p. 357 seqq., et in ephemeridibus *Revue archéologique*, *année* III, *livr.* 10 et 12; A. W. Zumpt, *de Augustalibus* et Seviris Augustalibus commentatio epigraphica, Berol. 1846, 4; I. Marquardt, in ephemeridibus litterariis Bergkii (*Ztschr. f. A. W.*), 1847, n. 63—65, et in libro de antiquitatibus Romanis (*Handbuch d. R. Alterthümer*), III, 1, p. 376 seqq. — Ipse denique de disputationibus Eggeri, Zumptii, priore Marquardtii in iisdem ephemeridibus Bergkianis, 1848, n. 25—27 et n. 37—40, disserui, et Augustales a magistris quidem Augustalibus s. Larum Augustorum diversos fuisse (cf. nn. 3959 = 6915; 6062; 6093), neque ita ortos esse proposui, ut seviri quotannis electi post munus administratum Augustalium ordinem efficerent; inscriptione enim qua-

dam Verulana (n. 7101), in qua sevirales una cum Augustalibus commemorantur, non omnes Augustales seviratu functos esse apparet; quod si verum est, seviros Augustalium quasi magistros fuisse necesse est (cf. praesertim n. 7165). Quamquam eodem ubique modo Augustalium corpus minime institutum fuisse facile intelliget, si quis collectis eorum inscriptionibus non solum diversos in singulis magistratus reppererit, sed etiam in multis quidem civitatibus seviros et Augustales fuisse cognoverit, in aliis vero sevirum, in aliis Augustalium nullam omnino mentionem fieri. Vix enim dubitari potest, quin in illis quidem seviri nulli fuerint; in his Augustalium collegium ex ipsis seviris constiterit. De singulis cf. dissertationem meam antea laudatam.

7090. M · ALLIO · M · L · BLASTO ‖ AVGVSTALI · CAPVAE ‖ ET · LIBERTIS · LIBERTAB · EIVS ‖ POSTERISQVE · EORVM ‖ HVIC · MONVMENTO · CEDVNT ‖ EX · AGRO · QVOQVO · VERSV ‖ PEDES · QVINQVAGENI — Capuae. Mommsen, I. N. 3642.

7091. N · AHIVS · ‖ SVCCESSVS · ‖ AVGVSTALIS · ‖ NVCERIAE · ‖ MARCIAE · MEROE · ‖ COIVGI · ET · SIBI · ‖ CVM · QVA · VIXIT · ‖ ANNIS · LIII — *Campagnae* prope Compsam. Mommsen, I. N. 211.

7092. MARCO ‖ COTOBO ‖ STATI · FIL · ‖ PATRI · ET ‖ COTOBAE · STATI ‖ FILIAE ‖ ······· ‖ M · COTOBO · VERO · F · ET ‖ SIBI · M · COTOBVS ‖ PRIMVS · AVG · ‖ T · F · I ‖ M · COTOBVS ‖ SECVNDINVS · L ‖ F · C — Augustae Taurinorum. Bull. Inst. Arch. 1830, p. 210; corr. 1832, p. 34.

7093. D · M ‖ Q · INSTEIO ‖ DIADVMENO ‖ AVGVSTALI ‖ COLVIT · 1) ANNIS ‖ XXXXV ‖ VIXIT · ANNIS ‖ LXXXIIII · MENS ‖ VI · DIEB · XV ‖ HEREDES — in latere: DECESSIT VIII IDVS IVNIAS ‖ PO*lli*ONE 2) II ET APRO·II COS — Puteolis. Mommsen, I. N. 2527.

1) Augustalitatem perpetuum fuisse munus hinc quoque apparet; cf. *Ztschr. f. A. IV.* 1848, p. 214. 2) Mommsenius male in lapide legisse se notat POETONE. 3) A. 176.

7094. C · MAMMIO ‖ PELASGI · L · FELICI ‖ AVGVST · ITER ‖ HONORATO ‖ BISELLIO — Larini. Labus, *Nuovo raccoglitore*, 1831, *giugno*, *quaderno* 78; Avellino, Opusc. III, p. 73; Mommsen, I. N. 5214 cet.

7095. ··········· ‖ V · A · LXXX · H · S ‖ HVIC · ORDO · DECVRIONVM ‖ F · L · P · 1) ORNAMENTAQVE ‖ AVGVSTALITATIS ‖ DECREVIT — Brundisii. *Nov. Fior.* 1784, p. 390; Mommsen, I. N. 464 cet.

1) *Funus Loco Publico.*

7096. S C · BALNEVM · CLODIANM ‖ EMPTVM · CVM · SVIS · AEDIFICIS ‖ EX · PECVNIA · AVGVSTAL · HS ↀ ↀ ‖ Q · MINVTI IKARI ‖ C · AVFILLI SVAVIS ‖ C · AISCIDI LEPOTIS (sic) ‖

N HERENNI OPTATI ‖ M · CALDI CHILONIS ‖ M · OVINI FAV-STI — Teani. Mommsen, I. N. 4000, ubi v. cet.

7097. C · CALVEDIVS · PRISCVS ‖ VI·VIR · AVG · SIBI · ET ‖ APRIAE · POETHADI ‖ CONIVGI · SVAE · ET ‖ SILVE-STRI · FIL · V · A · V ‖ POSTERISQ · SVVIS (sic) · FEC — *Nesce* in agro Aequiculano, incis. in rupe. Bull. Inst. Arch. 1831, p. 46; corr. Bunsenius in Ann. eiusd. 1834, p. 117, et ex apographo Leosinii, qui omisit FEC, Mommsen, I. N. 5714. Dodwellius, Bull. l. l. fasces in lapide esse affirmat, negat Bunsenius.

7097a. A · TITIO · A · L · BELLICO ‖ VI·VIRO · AVGVSTALI ‖ CHORAGIARIO — Eporediae Gazzera, *del ponderario e delle antiche lapidi eporediesi*, *Torino* 1852, 4 (ex *Memorie della R. Acc. d. scienze*, *serie* II, t. XIV), p. 29.

7098. TERENTIA ‖ CASTA · V · F ‖ SIBI · ET · GRANIO ‖ APOLLONIO ‖ CONIVGI · IIIIIIVIRo ‖ AQVILEIAE ‖ Q · ORTE-SIO · EVENO · CONIVGI ‖ L · GRANIO · PRIMIGENIO ‖ L · GRANIO · CRESCENTI — Aquileiae. Bull. Inst. Arch. 1839, p. 135.

7099. Q · TITIASIVS · Q · F · POL ‖ VESTALIS ‖ Q · TI-TIASIVS · Q · L · PHILEMO ‖ VI·VIR — Bononiae. *Guida al Museo di Bologna*, p. 88.

7100. NVMINI ‖ AESCVLAPI ‖ ET HYGIAE ‖ P · AEL · GENI-*alis* ‖ S*e*V*i*RA*lis* ‖ *mun* APVL — Apuli. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 178.

7101. L · ALFIO · L · F · COR ‖ VALENTINO · IIIIVIR · IIVIR · Q · Q · P · M · V [1] ‖ CVRAT · REIP · COL · ‖ CASINATIVM · ET ‖ PATRONO · ORDO ‖ SEVIRALIVM · ET ‖ AVGVSTALIVM · [2] OB ‖ MERITA EIVS ‖ L · D · D · D — in aversa: DEDICATA · KAL · IVN · ‖ LATERANO · ET ‖ RVFINO COS · [3] ‖ OB CVIVS DEDICATI‖ONE DEDIT DECVR · ET ‖ VI·VIR · ET · AVGVS · ✕ · IIII ‖ DENDROPHOR · ✕ · III · ADIEC‖TO PANE ET VINO PO-PV‖LO · ✕ · I · CVRANTE VRCV‖LANIO SECVNDO — Verulis, in aedd. publicis Mur. 1104, 7; Don. V, 14; inscriptionem partis aversae edd. *Novelle lett. Fior.* 1749, p. 65. Ipse vidi et exscripsi.

1) *Patrono Municipii Verulani.* 2) Cf. n. 7089. 3) A. 197.

7102. ❦ D ❦ M ❦ ‖ P · AEMILIO CONONI ❦ AVGVSTAL · CORP [1] ‖ HOMINI · VERICVNDO (sic) ❦ CVIVS MVNIM ‖ SEPVL-TVRAE DONATIONIS CAVSA · CoN‖CESSIT · BETVBIA · EVRE-SIS · PRAETER ‖ CVBICVLVM · VNVM · HOC · MVNIM · ‖ CONO · SIBI · ET · LIBERT · LIBERTABVSQ · SVIS · POSTER · AEOR (sic) — In R. Museo Neap. Puteolis tribuit Mommsen, I. N. 2522.

1) AVGVSTALI . CORPorato; cf. n. 6111 et hanc inscriptionem Puteolanam:

7103. IN · PRAEDIIS : : : : ‖ *a*V*g*VSTALIVM CORPORAT ‖ QVAE · EIS · L · L*a*ECANIVS ‖ *p*RIMITIVOS · CVRATOR · IPSOR · *p*ERPETVVS · *de*DIT · ITA · VT · EX · REDI*t*V ‖ *e*ORVM · QVOD-

ANNIS · DIE · NATALIS · SVI ‖ · · K IAN · DIVISIO FIAT · ET · EPVLENTVR [1]) — Maffei, M. V. 477, 2; corr. Mommsen, I. N. 2529, ubi v. cet.

1) Ego olim propter inscriptionem n. 6111 Miseni repertam omnes hos titulos Misenates Misenique Augustales corporatos proprios esse credidi (*Ztschr. f. A. W.* 1848, p. 203); sed Mommsenius illam ipsam inscriptionem Puteolanam esse hoc titulo et mentione *dei patrii* in alio quoque monumento Puteolano obvii (I. N. 2471) probavit.

7104. M · VERGILIVS · Ɔ · L ‖ GALLVS · AVG ‖ QVINQ — Aeclani. Mommsen, I. N. 1162, cet.

7105. C · MARIO ‖ SVAVI · AVG · QVIN*q* ‖ IS · DEDIT · VENVSI‖*nis* · · · · · — Venusiae. Id. 732, cet. Corr. nuper Brunnius.

7106. L · LEPIDIO · EVTYCHO ‖ SEVIRO · AVG · IDEM ‖ QVINQ · IN COLONIA ‖ OSTIENSI ‖ ET IN MVNICIPIO ‖ TVSCVLANORVM ‖ ET QVINQ PERPETVO CORPOR ‖ FABRVM NAVALIVM ‖ OSTIENSIVM ‖ FORTVNATVS LIB · ET · ALEXA · ACT — Ostiis. Fea, Viaggio, p. 20; Nibby, *Dintorni* II, p. 453.

7107. A · LIVIVS · STRATO · SEVI*r* ‖ AVGVSTALIS IDEM · QQ · ET · LIVIA ‖ EVTYCHIA · VXOR · FECERVNT · SE VIVI ‖ ET · LIVIIS · ZOTICO · STRATONI · STRATO‖NICE · ET · EVTYCHIANO · FILIS · SVIS · ET ‖ LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · POSTERISQV‖E EORVM ‖ CESSVM · SIBI · AB · A · LIVIO · AGRIPPA · ET · C ‖ CAETRANIO PRIMITIVO ET C · CAETRANIO ‖ VITALIONE ‖ STRATO DICIT AMICI HOC AT (sic) SECVROS — Ostiis rep., nunc in suburbano familiae Paccae Romanae; ipse exscripsi. — *Ztschr. f. A. W.* 1848, p. 313.

7108. · · · · · · · · NTONIO ‖ · · · · · Q · V · ANNIS · XXXVI ‖ *sev*IRO · AVGVSTALI · IDEM OO (sic) ‖ *d*ENDROFORO · LAVR · LABINAT ‖ HOMINI · BONO · ET · IVCVNDISSIM ‖ *m*ARCIA · HILARA · CONIVGI · DVLCI ‖ CVM QVO VIXIT ANNIS V · · · · · · — Ostiensis videtur esse; exscripsi cum Mommsenio in horreis Musei Vaticani; l. l.

7109. Ad indolem *quinquennalitatis* Augustalium declarandam versus nonnullos proponere liceat inscriptionis Ostiensis Fabr. 408, 332: D · M ‖ L · CARVLLIVS ‖ EPAPHRODITVS ‖ VI·VIR · AVG · IDEM · QQ ‖ et post vv. novem: HVIC · VIVIRI ‖ AVG · POST · CVRAM ‖ QVINQVENNALI‖TATEM · OPTVLER ‖ QVI · EGIT · ANNIS ‖ CONTINVIS · IIII; cf. *Ztschr. f. A. W.* l. l. — *Augustalem immunem* v. n. 6422.

7110. D · M ‖ CN · CORNELIO ‖ VERNAE · DELI‖CATO · AVGVSTALI ‖ DVPLICIARIO [1]) ‖ VIX · ANN · XXXXV · M · II ‖ ANTONIA ‖ LENTYBIANE · VXOR ‖ CONIVGI · RARISSIMO ‖ BENEMERENTI ‖ FECIT — Puteolis. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 56. I. N. 2526.

1) Cf. n. 3534. Male tamen Augustales dupliciarios Puteolis tantum reperiri olim affirmavi, oblitus titulorum Tiburtini Or. 3934, et Kestneriani Kellerm. 230, not., qui nescio ubi repertus sit:

7111. D · M ‖ L · SENTIO HELPIDEFORO AVG‖VSTALI DVPLICARI‖O · 1) L · SENTIVS HERMIP‖PVS · FRATER · · · · ‖ · · · · · · · · · —

1) Kellerm. male de milite Augustali cogitavit, collatis Vegetii (II, 7) verbis: *Augustales appellantur, qui ab Augusto ordinariis iuncti sunt.*

7112. FAVONIAE · M · F ‖ VERAE ‖ QVAE DOMVM · KARALIBVS ‖ POPVLO · NORENSE · DONAVIT ‖ M · FAVONIVS · CALLISTVS ‖ AVGVSTALIS · PRIMVS ‖ AVG · PERPETVVS · D · D 1) ‖ OB · MVNIFICENTIAM · IN · HON‖OREM · FILIAE · PIENTISSIMAE ‖ IVNONI · SACRVM · ‖ D — Rep. prope rudera Norae. Della Marmora, *Voyage en Sardaigne* II, 491, 60.

1) Coniunge PRIMVS AVGVSTALIS PERPETVVS *Decurionum Decreto*, ut est Or. 3914; cf. *Ztschr. f. A. W.* t. l. p. 215, ubi in certis quibusdam Augustalium collegiis *Augustalem primum* s. *primum Augustalem* fuisse conieci.

7113. P · VENETIVS · P · L ‖ MODESTVS · L ‖ VI·VIR SENIOR ‖ TESTAMENTO ‖ ROGATVS FECIT ‖ H M H N S — Mediolani. Borghesio misit Scheppig.

7114. L · AEDIVS · L · L ‖ OPTATVS · AVG ‖ Q · AVG · ALLIF*i*S ‖ SIBI · ET ‖ METHE · LIBER ‖ NATISQVE · SVIS ‖ V · F — Allifis. Mommsen, I. N. 4779 ex Guarinii Comment. XVII, p. 26.

Quaestorem ordinis Augustalium Tiburtium v. n. 6499.

7115. C · TORASIVS · C · F · HOR · SEVERVS · IIII·VIR · I · D ‖ AVGVR · SVO · ET · P · MECLONI · PROCVLI · TORASIANI · PONTIF ‖ FILI · SVI · NOMINE · LOCO · ET · PECVNIA · SVA · FECIT · IDEM ‖ AD CELEBRANDVM · NATALEM · FILI · SVI · IN PVBLICVM · DEDIT · HS · CCL ‖ EX QVORVM REDITV · III · K · SEPT · OMNIBVS · ANNIS · DECVRIONES · IN PVBLICO ‖ CENARENT · ET · MVNICIPES · PRAESENTES · ACCIPERENT · AERIS · OCTONOS · ITEM ‖ DEDIT · VI·VIRIS · AVG · ET · COMPIT · LARVM · AVG · 1) ET · MAG · VICORVM · HS · CXX · VT · EX · REDITV ‖ EIVS · SVMMAE · EODEM · DIE · IN PVBLICO · VESCERENTVR · HVNC · OB MERITA · EIVS ‖ ERGA · REM · PVBLICAM · ORDO · DECVRIONVM · PATRONVM · MVNICIPI · ADOPTAVIT — Spoletii in aedd. publicis. Grut. 179, 3. Ipse exscripsi. Cf. Or. 3959.

1) *Compitales Larum Aug.* eosdem cum *magistris Larum Aug.* esse facile concedes; seviri igitur Augustales a magistris Larum Aug. diversi sunt. Cf. *Ztschr. f. A. W.* l. l. p. 194.

7116. P · HORATIO ‖ CHRYSEROTI ‖ SEVIRO · AVGVSTAL · IDEM ‖ QVINQ · ET · IMMVNI · LARVM · AVG ‖ EX · S · C · SEVIRI · AVGVSTALES · STATVAM ‖ EI · PONENDAM · DECREVERVNT · QVOD ‖ IS · ARCAE · EORVM · HS X · M · N · OB · HONOREM · CVRAE ‖ SEX · HORATI · CHRYSEROTIANI · ET · RELIQVORVM ‖ HS XL · M · N · EXCEPTA · STIPVLATIONE · EX · VSVRIS ‖ SEMISSIBVS · ET · M · I · I · S · S · S · 1) QVODANNIS · IDIB · MARTIS ‖ NATALI · SVO INTER · PRAESENTES ·

HORA · II · VSQVE ‖ AD · ASSE DIVIDIATVR (*sic*) · DEDVCTA · ORNATIONE · STATVE (*sic*) ‖ ET · FAMILIAE AVGVSTAL · HS C · N · QVOTSI · ITA ‖ FACTVM NON ERIT · TVM EA · HS XL · M · N ‖ DARI REI · P · OST SVB EADEM CONDICIONE ‖ QVA · S · S · EST OB CVIVS DEDICATIONE (*sic*) DEDIT ‖ DECVRIONIBVS × V · ET AVGVSTALIBVS · × V ‖ ISQVE HONORE SIBI HABITO SVMPTVM STA‖TVAE ORDINI AVGVSTALIVM REMISIT — Cippus magnus Ostiae rep., nunc in Mus. Vaticano. Iahn, Specimen p. 114, n. 11; ipse vidi et pauca correxi. Cf. quae contra emendationes A. W. Zumptii (Augustal. p. 72) monui, *Ztschr. f. A. W.* 1848, p. 310. 311.

1) Has notas quamquam explicare non potui, in ipso tamen monumento ipse clare recognovi; praeterea in altero quodam monumento Ostiensi, cuius parvulum fragmentum adhuc in Museo Vaticano conservatur (*Novell. lett. Fiorent.* 1780, p. 599), eaedem redeunt.

7117. Q · LESIVS · Q · L ‖ HERMAISCVS ‖ IIIVIR · AVG ‖ PAENVLAM COLVMN ‖ PONDERA D S — Amiterni. I. N. 5793; Bull. Inst. Arch. 1835, p. 157, ubi nimis audacter Kellermannus *VIvirum* legendum esse censuit. Nunc certe multis exemplis de triumviris Augustalibus Amiterninis plane constat; cf. inscriptiones apud Mommsen, I. N. 5791; 5792; 5794; 5795; 5796; 5797, quarum duas priores ipse vidit, ultimas duas iam Orellius attulit (3961; 3962).

7118. *Quinqueviros* quosdam Interamnitium Praetuttianorum hic liceat proponere, quia sevirum modo libertini generis sunt: T · LICINIVS · T · L · DEM ‖ V·VIR — Mommsen, I. N. 6161.

7119. *t* · *licinius* T · L · ELEVTHE*rus* ‖ *t* · *licinius* · T · L · PAMPHILVS · RVC · · · ‖ V·VIR ‖ LICINIA · T · L · ELEVTHERIS — id. 6162.

7120. · · · · ILENVS · C · L · E · · · · ‖ QVINQ VIR · · · — id. 6163.

7121. His adde *quinquevirum* ingenuum honoribusque functum municipalibus: M · VIRTIÓ · M · F . MEN ‖ CERAVNÓ · ÁEDILÍ · IIVIR · IVRE ‖ DICVNDO · PRAÉFECTÓ · FABRVM · V·VIR ‖ CVI · DECVRIÓNES · OB · MVNIFICENTIAM ‖ EIVS · QVOD · EQVOM · MAGNVM · POSVERAT ‖ ET · DENARIOS · POPVLÓ · DEDICATIÓNE · EIVS ‖ DEDERAT · DVVMVIRATVM · GRATVITVM ‖ DEDERVNT · NVCERIAE — Nuceriae Alfaternae; ab utraque inscriptionis parte vir adstat togatus cum tribus bacillis, duobus tenuibus, tertio crassiore et fasciis ornato; infra sella curulis inter telamones parvos. Pellicano, *antico monumento in marmo*, *Napoli* 1826, aeri incidit; Mommsen, I. N. 2096; cf. Avellino, *Opusc.* III, p. 155; 173.

7122. De *octoviris* disputarunt nuper Borghesius, *Giornale di Perugia* 1838, f. *aprile*, *maggio e giugno*, eumque secutus Gennarellius, Bull.

Inst. Arch. 1839, p. 53 seqq., eoque nomine in nonnullis civitatibus magistratus omnes comprehensos fuisse demonstrarunt, ita ut bini quidem iuri dicundo praeessent, bini vero aedilium, quaestorum, fanorum curatorum officiis fungerentur, collegium autem octovirum omnes efficerent. Huius generis sunt octoviri Amiternini Or. 3699 (corr.), 3965, et:

7123. C · OVIOLENVS · P · · · · · ‖ Q · OCT · VIR · ‖ Q · OVIOLENVS · · ‖ Q · F · P · N · Q · EQVE · · · — Mommsen, I. N. 5785; cf. 5790, et Grut. 1106, 4.

7124. Eosdem reperimus apud Interamnites Praetuttianos: L · AGVSIVS · CN · F · L · N · MVSSVS ‖ C · ARRENVS · T · F · RVFVS ‖ OCTO · VIRI · ITERVM ‖ BALNEAS · REFIC · D · C · S · C [1]) — Delfico, *Interamnia Pretuzia*, p. 122; Mommsen, I. N. 6150.

1) *De Conscriptorum Sententia Curarunt.*

Praeterea Trebulae Mutuescae, Or. 3963; Fabr. 369, 132; inque inscriptionibus Perusina Or. 3967 et Trevii reperta Or. 3966. — Ab iis autem bene distinguendi sunt octoviri generis libertini Firmani et Falerionenses, quorum praeter Fabr. 402, 229, et Mur. 687, 5 haec exempla afferam:

7125. D · M ‖ M · SEPTIMI · ANTEROTIS ‖ VIII·VIR · FIRMI ‖ SEPTIMIA · M · L · ATLICE [1]) — Firmi. Bull. Inst. Arch. 1839, p. 59, n. 19.

1) Corr. AT*t*ICE. Graecum viri cognomen libertum eum esse declarat, ut Calpurnium quoque Celadum inscriptionis sequentis.

7126. C · CALPVRNIVS ‖ CELADVS ‖ VIIIVIR BIS [1]) ET ‖ C · CAVAE · SALLVIE ‖ CONIVGI — Ibd. l. l. n. 20.

1) Corrigendum esse SIB ex sequenti particula ET Gennarellius coniecit [num BISELL*iarius*? MOMMSEN.]; ceterum versus quoque quartus corruptus est.

Hos autem octoviros Augustalium in illis civitatibus praesides fuisse e Falerionensi titulo I. l. p. 58, n. 15 patet:

7127. C · FVFICIO ‖ C · L · GENIALI VIII‖VIR · AVG · FIRMI ‖ ET · FALERIONE ‖ CARDANA · T · F ‖ PROCVLA VXSOR ‖ POSVIT ·

7128. DIVIDI IVSSIT XII K OCTOBR DIE NATALIS SVI ‖ *decurioni*BVS ET XVIRIS ET Q̅ V̅ V̅ I̅ [1]) VXORIBVSQVE ‖ *filiis fra*TRIBVS ET FILIABVS SORORIBVSQ SIMVL ‖ *discumben*TIB ITEM V̅I̅VIRIS AVG ET VXORIB EORVM ‖ · · · · · · · VS SPORTVLAS ITEM POPVLO FIERI ‖ *divisiones* ET PVERIS NVCES SPARGI DIE · S S · ET ‖ · · · · *il*LVMINATIONE — Ferentini. Mur. 762, 6; exscripsit mihi accuratissimus Giorgius Ferentinas.

1) Quae in his litteris lateant, equidem ignoro. Neque de decemviris satis mihi constat, nisi collegium quoddam eos credere licet magistratuum extra ordinem, si quando ordinarii magistratus creari non potuerant; cf. inscriptionem sequentem.

7129. C · ACONIVS · L · F ‖ PORRVS ‖ Q · X·VIR · S · C · PRO ‖ IIIIVIR [1]) — Rep. Faleriis, nunc in horreis Musei Vaticani, ubi vidi cum Mommsenio. *Memorie Romane* III, p. 74, n. 46.

1) *Quaestor decem*VIR, *Senatus Consulto* PRO IIIIVIR*o*.

§. 13. AEDILES MVNICIPIORVM ET COLONIARVM. QVAESTORES. CEREALES.

N. 3972: vv. 5 et 6 ab initio et in fine mutili; Zandonati, *Guida d'Aquileja* p. 223, XCV.

N. 3975: v. 3. ITERVM; v. 4. POMPEIS; v. 7. pro SP I. ST, *Statii*; v. penult. ∞ L (?); Mommsen, I. N. 1999.

N. 3978, susp.

N. 3979: v. 3. CVI; v. 5. PLEBEIA; v. 6. EST, ita ut recte Hagenbuchius correxerit; post VRBANA insere: EX . AERE . CONLATO; v. penult. ADMINISTRATVM. Litteras I . D (v. 4) explica *iurisdictio*. Tonini, *Rimini* p. 336, n. 13 ex Cod. Rigazziano.

N. 3980: v. 2. ARAM; v. 3. LATIN(*ius*); v. 4. Q . ALiM . AED. — Mommsen, I. N. 243.

N. 3987: v. 2. CALVENTIVS; v. ult. AERAR; Furlanetto, *lap. pat.* XLVI, p. 46.

N. 3988: male Or. *arcarios* pro iisdem cum quaestoribus habet, quum hi ingenui, illi liberti vel servi publici esse soleant.

N. 3991, qualis ab Orellio datur, ex textu Gruteriano et Doniano s. Muratoriano compositus est; hic autem Ligorianus est. Titulum vidit nuper de Rossi, qui scripturam Gruteri ita confirmat, ut in versu quidem altero nihil legi, in tertio vero et quarto sola vocabula AED et Q . AL adhuc exstare tradat; ante versum denique ultimum notas vidit L . A . D . D, *loco adsignato decreto decurionum*.

N. 3992: v. 2. C . FIL; v. 4. IVR . D; Mommsen, I. N. 1478.

N. 3993: fin. ET . BASSAEA ‖ IANVARIA . PARENT; id. 1479.

N. 3994: v. 1. FIL; v. 3. pro PRIMO scr. PR, qua lectione omnia refutantur, quae de *primo cereali* Or. proposuit (cf. n. 7025 seqq.), et *Praetores Cereales* Beneventi fuisse apparet; v. 11. LENTIAM (pro *linteam*) CAETERAQ; v. ult. RVT . MANILIVS.

N. 3996, v. corr. n. 6671.

7130. C · HERENNIO · C · F ‖ TER · MELAI ‖ AEDILI · II·VIR · I ‖ L · NONIO · ASPRENATE · CoS 1) ‖ III · NON · SEPT · H · X · NATVS · EST ‖ A · GABINIO · SECVNDO · COS 2) ‖ III · NON · SEPT · H · X · MORITVr ‖ MELANTA · FILIO — Venafri. Mommsen, I. N. 4632; cf. Bull. Inst. Arch. 1847, p. 1.

1) A. 6 p. Chr. n. cum M. Aemilio Lepido, suff. in locum L. Arruntii. 2) Cos. ante annum 41, quo legatus fuit Germaniae inferioris; cf. Borghesi, Bull. l. l.

7131. D · M ‖ P · AELI · P · F · CAMIL ‖ OCTAVI ‖ AED · II·VIR · I · D · POL — Polae. *Istria* VI, p. 137.

7132. D · M ‖ T · TER · CAE·SIANO ‖ DECVRIONI ‖ AEDIL · DEF · AN · XXIII ‖ TE·RENT · PRIMVS ‖ LIBERT — Salonae. Lanza, *lap. Salonit.* n. XXXIII.

7133. EX INIQVITATIBVS ‖ MENSVRARVM ET PONDER ‖ C · SEPTIMIVS CANDIDVS ET ‖ P · MVNATIVS CELER AED ‖ STATERAM AEREA ET PON‖DERA DECRET · DECVR ‖ PONENDA CVRAVERVNT — Tabula aerea rep. prope *Catholicam* inter Pisaurum et Ariminum. Bull. Inst. Arch. 1840, p. 96; Tonini, *Storia di Rimini* p. 297, n. 23, qui ligno incisam dat.

7134. · · · AIDILIS ‖ · · AIRID · · ‖ AV · · · · · — Lanuvii; litteris vetustissimis. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 67.

7135. M · VLPIO · M · f ‖ AEM · NATALI ‖ AED · [1]) Q · ALIM ‖ HIC · AD · DECLARAN‖DAM · ORDIN · DEC ‖ ET · POPVLI · BENIVO‖LENTIAM · OBLAtam ‖ SIBI · OB · EDITIO‖NEM · MVNE‖RIS · P · STATVAM ‖ D · D · S · P · p · — Fundis. Ann. Inst. Arch. 1849, p. 238; Mommsen, I. N. 4151.

1) Aediles Fundis summum magistratum obtinuisse vidimus; cf. nn. 7037. 7038.

7136. RVSTIVM · VERVM · A · V · A · S · P · P [1]) ‖ AVGVSTO · FELICITER · AEDILES · SIC · DECET — Pompeiis. Bull. Inst. Arch. 1841, p. 171.

1) Aedilem Viis Annonae Sacris Publicis Procurandis; cf. 6971, et n. 6972, in quo idem Rustius aedilis dicitur.

7137. Aediles Pompeianos antea vidimus *duumviros* nonnunquam dictos esse *Viis Annonae Sacris Publicis Procurandis*, ut in hoc monumento: M · SITTIVS · M · L ‖ SERAPA ‖ MERC · MAIAE [1]) ‖ SACRVM · EX · D · D ‖ IVSSV ‖ P · ROGI · P · F · VARI ‖ M · MELSONi · A · F · ITER ‖ D · V · I · d ‖ N · PACCI · N · F · CHILOnis ‖ M · NINNI · M · F · POLLion ‖ D · V · V · A · S · P · P ‖ M · CRASSO · CN · LENTVLO ‖ *cos* [2]) — Mommsen, I. N. 2258. Cf. nostros nn. 6968, 7051 cet.

1) Mercurio, Maiae. 2) 740.

7138. A . VETTIVM ‖ FIRMVM VERECVNDISSIMVM ‖ IVVENEM · D · V · A · S · P · P · O · V · FACIATIS — Pompeiis. Bull. Inst. Arch. 1841, p. 118.

7139. L · VINNIO · L · F · PAP ‖ FRONTONI · AED · I · D [1]) ‖ OB · MERITA · VINNĪ ‖ FLAVIANI · *tr* [2]) MIL ‖ PATRIS · EIVS ‖ P · D · D ‖ AVRELIA · MARCELLA · AVIA ‖ M · ANNIVS · MAR‖CELLVS · FRATER ‖ REMISSO · R · P · SVMpTu — Ausculi Apuli. Torcia, *Effem. enciclop. Giugno* 1795, p. 78; Mommsen, I. N. 911 suo iure correxit.

1) Eosdem magistratus novimus apud Caeretanos (Or. 3787) et Beneventanos (v. n. sequentem). 2) Torcia PATR; fortasse P . P . TR, Mommsen. [Iam malim *Patroni Municipii* TRibuni. Idem.]

7140. M · GAVIVS ‖ M · FIL · PALAT ‖ SABINVS ‖ SCRIBA · AED ‖ I · D · PRAEF · FAB ‖ SIBI · ET ‖ NASENNIAE · M · F ‖ IVSTAE · VXORI · B · M — Grut. 415, 9; corr. Mommsen, I. N. 1484, ex apographo Ambroschii. Cf. eiusdem n. 1489.

7141. *Quaestores* vide passim. Hic sufficiat proposuisse inscriptionem sequentem Brixianam *quaestoris aerarii*: M · MINICIO ‖ M · F · FAB ‖ QVINTIANO ‖ DECVR · BRIX · ‖ Q · AER · M · MINICIVS ‖ MINICIANVS ‖ AVNCVLVS · EX · TESTAM ‖ AEIVS · FACIENDVM ‖ CVRAVIT — Labus, *epigrafe di Brescia*. — De *cerealibus* autem et quaestoribus rei alimentariae cf. ad n. 7025 et n. 6666 cet.

§. 14. VARIA MVNERA MVNICIPALIA.

N. 4002, spurius; Mommsen, I. N. 166*.

N. 4006, v. 6. scr. MAXIMILIANO.

N. 4007: Mommsenius, I. N. 1436, in textu inscriptionis constituendo exemplum secutus est, quod de Vita proposuit, confirmatum a correctore quodam operis Smetiani in Bibliotheca Borbonica asservati.

N. 4008: v. 1, *procuratorem kalendarii* nunquam me videre memini; si recte titulus exscriptus est, explico: PROC. *Kastrensis*; quamvis enim ne procuratorem quidem castrensem noverim praeter suspectum n. 2972, *procuratorem* certe *rationis castrensis* habemus n. 6529.

N. 4009: confictus esse videtur ex Suet. de illustr. gramm. c. 17, nec FAS pro *fastigio* posuit falsarius, sed FAS*tos* Verrii indicare voluit.

N. 4011, corr. 3264.

N. 4012, in fine deest P. P; Mommsen, I. N. 2003, cuius testis locupletissimus Remondinius, *St. Nol.* I, 35, de sinceritate tituli dubitari non posse demonstrat.

7142. C · [1]) ACLVTIVS · L · F · TER · GALLVS ‖ DVOVIR · VRBIS · MOENIVNDAE · BIS [2]) ‖ PRAEFECTVS · IVRE DEICVNDO · BIS ‖ DVOVIR · IVRE DEICVNDO · TR · MIL ‖ LEGIONIS · *pr*IMAE · [3]) TR · MILITVM ‖ LEGIONIS · SECVNDAE · SABINAE [4]) Venafri. Cotugno, *Mem. storiche di Venafro*, p. 267; de Utris Ms. Ex his Mommsen, I. N. 4627, qui in lapide scalpro abraso pauca tantum vocabula ipse enucleavit.

1) L, Cot. 2) Fuit igitur Aclutius inter primos colonos Venafranos. *Venafrum* autem *oppidum quinque viri deduxerunt sine colonis* (de col. p. 239 ed. Lachm.), ubi Borghesius (*Archivio storico* XVI, I p. XCIV) cum Panvinio *IIIviri* legendum esse inscriptione quadam Venafrana comprobat, in qua COL. IVL. VENAFRVM civitas illa dicitur (n. 6662; cf. I. N. 4622); sed fortasse ad Sullanam quandam coloniam quinqueviri spectabant; cf. Zumpt, Comm. epigr. p. 347 et quae ipse de colonia Venafrana notavi in explicatione edicti Caesaris Augusti de aquae ductu Venafrano (*Strenna giubilare offerta a' fautori dell' Instituto archeologico* cet. p. 10, n. 4.). 3) IX. IMAE, male de Utr.; corr. M. 4) Cf. n. 6672.

7143. Q · OVIVS · OV · F ‖ TR · PL · [1]) VIAM ‖ STRAVIT — Venusiae. Mur. 507, 6; corr. Mommsen, I. N. 704, ubi v. cet. — Litterae sunt vetustissimae. Est iam n. 6218.

1) Cf. Tribunum plebis Teanensem n. 5985.

7144. *Actorem publicum* magistratum, non servum vidimus in monumento Lugdunensi n. 6931.

7145. L · D · D · D ‖ T · FL · T · F · FAB · SILVANO · PATR · MVN ‖ EBVR · IIVIR · II QQ QVEST (sic)· ARK · CVR ‖ REI FRVMENT · HVIC · COLL · DENDIIROPHORR (sic) · OB EXSIMIAM ERGA ‖ SE BENIVOLENTIAM ET SPEM PER‖*p*ETVAM STATVAM DIGNISSIMO ‖ PATRONO POSVERVNT CVIVS STA‖TVAE HONORE CONTENTVS OB‖TVLIT · COLL · SS · HS VIII M N VT QVODANNIS ‖ NATALI EIVS DIE III IDVVM DECEMBR ‖ CONFREQVENTENT V*bi dedit o*B STATVAE D*e*‖DICATIONEM COL P*atron sing* HS XX N E*t* ‖ *q*Q IIVIR AEDILIC · S*ing iis* · · N ET CETE‖RIS · CONDEC · SING · HS · · · *n singul*ISS (sic) [1]) AVGV*s*‖TALIB · HS XII N COLL DEND*r*OPHOR ET ‖ FAB · SING · HS · MILLENOS ET EPVLVM ‖ PLEBEIS · SING · HS · · · N ET VISCERATIONEM — in latere sinistro: DEDICATA · V · KAL · APRIL ‖ *an*NO IIVIR C STLACCI VA· · · · ‖ CN · BRINNII · STEP*h*ANI — Ebure. Interpolatum ed. Lupoli, Opusc. p. 254; vidit et corr. Mommsen, I. N. 189; cf. eundem Bull. Inst. Arch. 1847, p. 119.

1) Alteram S errori scalpri M. tribuit, et supplevit *sevir*ISS; ego vocem *singulis* vix omitti posse, et in omnibus fere illius regionis civitatibus solos Augustales fuisse puto; cf. *Ztschr. f. A. W.* 1848, n. 26, p. 102.

7146. D · M · S ‖ M · MARCIO · M · F · FAB ‖ IVSTO · VET · DIVI · HAD ‖ EQVITI · CHO · VII · PR · ‖ IIII·VIR · AED · IIII·VIR · I · D ‖ CVRATORI · ANNO · II 1) ‖ CVRATORI · AQVAEDVCTV^s ‖ VIX · A · LXV ‖ M · MARCIVS · EVTYCHES ‖ ET · MARCIA · RESTITVTA ‖ PATRONO · OPTIMO · SVIS ‖ AMANTISSIMO · B · M ‖ ET · SIBI · SVISQVE · POS‖TERIS · EORVM ‖ HVIC · MONVMENTO ‖ TERRA · CEDIT ‖ IN · FRONT · P · XXXV · IN · AG · P · LX — Rep. inter Albam Fucentem et Lucum. Mommsen, I. N. 5690; ubi videsis varias scripturas editorum. Vidit nuper Brunnius.

1) Ita Brunnius cum omnibus praeter Promis, *Alba Fucentis* p. 249, qui ANNOS scripsit, quod Mommsenius in textum recepit. Nec mihi dubium, quin recte hoc factum sit, ita ut errore quadratarii illud ANNO . II in lapide scriptum esse credam.

7147. D M S ‖ SVITIAE SEX · F · SECVNDIN ‖ C · MVNATIVS C · F · VOL ‖ MARCELLVS AED IIVIR ‖ I · D · QVAEST · II · FRVMENTI ‖ CVRATOR · 1) FECIT SIBI ET 2) ‖ VXORI OPTIMAE ET HONES‖TISSIMAE CVM QVA PER ‖ ANNOS IX CONTINVA *et* ‖ INCOMPARABILI CO*Mitate* ‖ VIXIT — Tereventi. Id. 5175. Eius tamen apographum cum archetypo nuper contulit Ambrosius Caraba vir diligentissimus artisque epigraphicae valde peritus, cuius scriptura quum nonnullas, quae in exemplo Mommseniano reliquae erant, difficultates tolli vidissem, in textum eam recipere non dubitavi; v. Ann. Inst. Arch. 1854, p. 23.

1) Est igitur *quaestor iterum*, *frumenti curator*. 2) Mommsenius legit E S C S P F ex senatus consulto sua pecunia fecit, recte; quae enim hoc loco Caraba legere sibi visus est, ad cetera minus bene quadrant.

7148. IN · H · D · D ‖ DEABVS · NIM‖PHIS · SIGNA · ET ‖ ARAM · C · CA‖RANTINIVS ‖ MATERNV‖S · PRAEFECT‖VS · AQVE 1) ‖ V · S · L · L · M — Castelli, nunc Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 338; I. Dan. et Rh. I, 256.

1) AQV*a*E, St., munus plane singulare, unde de praefecto AQVE*nsium* (Mattiacorum) aliquis cogitare possit; cf. tamen titulum sequentem.

7149. T · SABIDIO · T · F · PAL ‖ MAXIMO ‖ SCRIBAE · Q · SEX · ‖ PRIM BIS · PRAEF · ‖ FABRVM PONTIFICI ‖ SALIO CVRATORI ‖ FANI HERCVLIS V 1) ‖ TRIBVNO AQVARVM ‖ Q · Q · PATRONO ‖ MVNICIPII LOCVS ‖ SEPVLTVRAE DATVS ‖ VOLVNTATE POPVLI ‖ DECRETO SENATVS ‖ TIBVRTIVM — Tibure. *Giorn. Arcad.* LXXVI, p. 323; Viola, *Tivoli nel Decennio* cet. p. 7; Bull. Inst. Arch. 1849, p. 90; vidi ipse cum Mommsenio.

1) Hercules *Victor* Tiburtinus.

7150. L · APPVLEIVS ‖ C · F · ANI · NIGER ‖ IIVIR ‖ CVRATOR VIARVM ‖ STERNENDARVM ‖ PEDVM · DECEM ‖ MILLIA . VIAM ‖ SVA · PECVNIA ‖ FECIT — Allifis. Grut. 152, 1 cet.; v. Mommsen, I. N. 4764.

7151. IN · H · D · D ‖ DEO · MERCVRIO · L · SENILIVS ‖ DECMANVS · Q ‖ C · C · R · M · NEG · MOG ‖ C · T · [1]) V · S · L · L · M · SAT‖VRNIO · [2]) ET · GALLO · COS — *Finthen* prope Mogontiacum. Steiner, I. Rh. et Danub. I, n. 557.

1) *Quaestor*, *Curator Civium Romanorum Mogontiaci*, NEG*otiator* MOG*ontiaci*, *Civis Taunensis*; ita recte St. et Klein, *Ztschr. d. A. V. zu Mainz* I, 2, p. 211, 68, nisi quod pro *curatore* scribunt *censitor*; sed cf. nn. 4020. 4976. 2) l. SATVRNINO, cos. a. 198.

Propter raritatem officiorum hunc quoque titulum afferre liceat:

7152. C · CALPVRNIO ‖ P · F · QVIR · FLACCO ‖ FLAM · P · H · C ‖ CVRATORI · TEMPLI ‖ PRAEF · MVRORVM ‖ COL · TARR · EX · D · D ‖ C · CALPVRNIVS · FLACCVS ‖ HONOREM · ACCEPIT ‖ IMPENSAM · REMISIT — Tarracone. Grut. 382, 7; Finestres, Inscr. Catal. III, 12.

7153. *ti · caesari divi au*GVSTI · F · DIVI · IVLI · N · AVG*usto* ‖ *pont · ma*XIMO · TRIB · POTEST · XXXIIII · COS · V · IMP · VIII [1]) ‖ · · · · L PRISCVS FILIVS CVRATOR LVSVS [2]) — Tusculi. Bull. Inst. Arch. 1835, p. 154; ipse vidi.

1) A. 32 vel 33. 2) Sc. *iuvenum*.

7154. ATHENASI ‖ L · ANNIO · L · FIL · OVF ‖ RVFO · E · V · IN OMNI ‖ ACTV · VITAE · SVAE · ‖ PATR · COL · HVIC · POPV · ‖ APVT · IVDICES · [1]) EQVES‖TREM · POSTVLASSET (sic) ‖ CONTENTVS · HONOREM (sic) ‖ STATVAE PEDESTRIS ‖ VOLVNTATI EORVM GRA‖TIAM RETVLIT — Canusii. Mommsen, I. N. 643.

1) Mommsenius in Indice XIV. *s. v. corrector*, collatis nn. 1422. 1423 (Grut. 424, 1; Mur. 1032, 5), indices pro correctoribus habet. Mihi contra municipales magistratus indicatos esse magis placet; populus enim apud ordinem honores patronorum postulare solet.

7155. T · SABIDIO · VICTORE · ET · D · RVPILIO ‖ *me*NANDRO · SCRIB · R · P [1]) — Tibure in fistulis plumbeis. Viola, *Tivoli nel decennio* cet. p. 13; Bull. Inst. Arch. 1849, p. 92; vidi ipse cum Mommsenio.

1) Scribas rei publicae operibus publicis praefuisse nomenque in iis inscripsisse, mihi certe novum est.

7156. CAECILIA · SALVTARIS · MAT ‖ P · OCTAVIO · P · LIB · SVCCESSO ‖ LIC · [1]) IIVIRALI · CAPVAE ‖ CAECILIAE · Q · F · SALVTARI ‖ SIBI · SVISQVE · SOLO · PRIVATO ‖ VIVI · FECERVNT — Capuae; exstabat olim Casertae, nunc in R. Museo Neapolitano. Mur. app. 6, 8; Mommsen, I. N. 3632.

1) LIC*tori*.

7157. ANTEROS · L · HERACLEO · SVMMAR ‖ MAG ‖ LARIB · ET · FAMIL · D · D — Stabiis in R. Mus. Neap. allatus. Avellino, Opusc. III, p. 20; Donat. 46, 3; Mommsen, I. N. 2173, ubi v. cet.

7158. C · NORBANI ‖ SORICIS ‖ SECVNDARVM ‖ MAG · PAGI ‖ AVG · FELICIS ‖ SVBVRBANI ‖ EX · D · D ‖ LOC · D — Pompeiis, nunc in R. Mus. Neap. I. N. 2209, ubi v. cet.

7159. PHILEMONIS · SECV · MAG · GEN · C [1] — Herculanei. Id. 2388; cf. Avellino, Opusc. III, p. 11.

1) SECVndarum MAGistri GENio Civitatis. Inscriptio legitur in basi parvae statuae Fortunae.

7160. DAMA · PVP · AGRIPPAE ‖ MANLIANVS · LVCRETI ‖ ANTEROS · STAI · RVFI ‖ PRINCEPS · MESCINI ‖ MINISTRI · PAGI ‖ AVG · FEL · SVB*urb*AN ‖ PRIMI · POSIE*run*T (sic) ‖ TI · CLAVDIO · NERONE · ITER ‖ CN · CALPVRNIO · PISONE · COS [1] — Pompeiis. Id. 2293, ubi v. cet.

1) A. v. c. 747. — Ceterum hi *ministri* ad sacra pagi pertinent iidemque sunt, qui *ministri Fortunae Aug.* dicuntur; cf. n. 2465.

7161. C · CLOD*i*‖VS · MILE*s* ‖ BRVNDIS*i*‖NVS [1] — Brundisii. Mommsen, I. N. 487, qui sinceritatem tituli testimonio suo confirmat.

1) Miles, ni fallor, est municipalis publicae securitatis caussa delectus, ut cohortes Urbanae et vigiles Nemausenses. [Vide ne *Miles* cognomen sit. Mommsen.]

7162. · · · · · · ı · · POIVII · · · · · · · ‖ · · · III · · · OCCIVS FELIX · · · · · · · ‖ · · · M FILIO VIR · · EOP · · · · · · · · ‖ · *i*IIIVIR SAC · · · · · · · · · · ‖ M ANTONI N · · · · · · · · · · · · ‖ OB HONOREM *i*IIIVIR*atus statuam* ‖ EX HS VI MIL N̄ SVA *pecunia* · ‖ POSVIT AD CVIVS DEM · · · · · · [1] ‖ SPORTVLAS DENARIOS · · · CVI [2] · · · · · · · · · ‖ SECVNDVM MATRICEM PVBLIC*am et* · · *den* · · · ‖ CIVIBVS DE SVO DEDIT EM [3] · · · · · · · · · ‖ LVDOS SCAEFLCOS [4] · · · VM IISSIIIF — Constantinae. Exscr. de Grabow; misit Gerhardus. Ipse restitui, quae potui.

1) l. DE*dicationem*. 2) l. . . . *de*CV*rionibus*. 3) *it*EM? 4) l. SCAENICOS.

§. 15. MAGISTRATVS IN MVNICIPIIS ET COLONIIS GALLICIS.

N. 4020: not. 2. Q est *quaestor*.
N. 4025: not. 1. PR ad cohortem spectat et est PR*aetoriae*.
N. 4030: IIIIvir, quem Or. coloniae Apollinaris Reiorum magistratum fuisse censet, Nemausensis videtur esse, *pontifex* coloniae Reiorum; cf. Grut. 468, 6.

§. 16. IMPERATORVM ET PRAESIDVM RESCRIPTA AD MAGISTRATVS MVNICIPALES. FASTI MVNICIPALES. DECRETA MVNICIPALIA DE PATRONATV, HOSPITIO, STATVIS PONENDIS, BISELLII ET FVNERIS PVBLICI HONORE CET.

N. 4033: omisit Or. v. 12: SVF . K . IVL . L . FVLCINIVS . TRIO . COS . — Cetera quae varie apud varios editores exhibentur, v. apud Mommsen, I. N. 1968.

N. 4034: in vv. 1. et 2. sola vocabula FAVSTO et SEX adhuc apparent; vv. 3. 4. RVPILLVS ‖ V F CVM; R tamen parum certa est, quare PVPILLVM legendum eundemque eum esse puto cum Cornelio Pupillo Or. 1393 et Grut. 397, 3; v. 22. pro *in ara et* l. ITA AMET; v. 25. pro *omnia eius* l. ORNATVS; vidi ipse in Mus. Cap.

N. 4035: spurius; cf. Mommsen, I. N. 123*.

N. 4036: v. 4. 5. AVIDI‖ACCO; deinde T . BLAESIO.

N. 4038: v. 3. IACH . NA; deest littera una, vel fortasse duae; v. 7. LEONAN; not. 1. consules sunt anni 162; Borghesi, *Iscr. d. porta Marsia*, p. 2 (ex *Archivio storico ital.* vol. XVI). Legitur in eodem lapide cum n. 2531. Vidi ipse.

N. 4039: v. 15. QVIBVS; vidi ipse.
N. 4040, v. n. 7168.
N. 4042: Mommsen, I. N. 4554, non recepit quae sequuntur post DEDICAVITQVE.
N. 4043: v. 1—3. M. SENTIO CRISPINO ‖ DECVR. II.VIR. OMNIB. HONER ‖ FVNCTO. HVIC cet.; v. 8. 9. ES‖TIVALIVM; v. 11. init. QVE. PORTICOS; vv. 11. 12. CIRCV‖MCINGENTES COLIMBVM A SOLO; v. 13. 14. AMPLI‖FICANDAM. Versus quoque minus recte ab Or. divisi. Post curas Eduardi Philippi (Mommsen, I. N. 7234) correxit nuper diligentissimus Brunnius, qui, quamvis recte in celeris viderit, ea certe, quae in v. 2. legisse sibi visus est, mihi quidem minime persuasit. Neque enim duumvir, nec decurio esse poterat, qui bisellialu et ornamentis decurionatus honoratur. Quapropter verum credo vidisse Philippium, qui scripsit: DECVRIONAT. HONORIBVS. HONER‖ATO. — V. 13. ante *amplificandam* particulam AD a quadratario omissam esse patet. — Mommsenius, l. l. et n. 4209 Interamnae Lirinati titulum tribuit.
N. 4044; v. 6. L̄. LIB; v. penult. MONIMENTVM; v. ult. MVNATI. FAVSTI. F.; Mommsen, I. N. 2342. 2346.
N. 4045: v. 1. N. ISTACIDIO; v. 2. PAG. PAG.; v. 3. N. ISTACIDIO; SATVLLAE; v. ult. IN FRONTE. ĪĪ DES; id. 2343. De *paganis* cf. Borghesi, apud Furlanettum, *lap. d'Este* p. 16 seqq., ubi collegium eos fuisse probavit pago praepositum, cui magister pagi praesidebat.
N. 4046: v. 7. INPENSIS; in nominibus eorum, qui adfuerunt, v. 2. GRACCHVS; v. 3. Ꟶ. FLAVIVS; vidi ipse in Mus. Cap.
N. 4047: v. 2. pro ĪĪ correxi BIS, *bisellario*; *Ztschr. f. A. W.* 1848, p. 305. Varias scripturas v. apud Mommsen, I. N. 4040.
N. 4050, idem qui n. 3810.
N. 4052: v. 7. OPTVMO; v. ult. PEDESTRE (sic); Mommsen, I. N. 4052.

7163. Fragmenta fastorum municipalium reperta a. 1778 in foro Praenestino, ed. Petrini, *Memorie prenest.* III, 4:

. . . . *s* EDATV*s* . . .
LVS · II·VIR
AED
· · AVIVS · MVSCA Q
*germ*ANICI · F · IIVIR · QVINQ ·
. . . . SEDATVS · PR [1])
. . . VS · AED
. . . QVEST

. . . . CI
. . . . VS · Q · SPID · ·
. . . . VS · CELER · SI · ·
. . . NVS · A . . . .

1) PR*aefectus*, sc. duumviri quinquennalis principis familiae Augustae. Cf. quae de quinquennalitate a summis magistratibus assumpta exposuimus, n. 7075. — Ad eandem coloniam pertinet hoc fragmentum et ipsum in foro Praenestino effossum:

		DOLABELLA	II*vir*
7164.	M · SAMARIVS [1])	ROIANVS [2])	A*ed*
	C · MASSIENVS [3])	Q · AVIVS [4])	QV*aest*
	SEX · CAESIVS	P · CORNELIVS	*iivir*
	Q · CALLEIVS [5])	L · NASSIVS	A*ed*
	C · SALVIVS	C · SERTORIVS	QV*aest* [6])
	L · CVRTIVS	T · LVCRETIVS	ĪĪV*ir*
	STATIOLENVS	C · VIBIVS	A*ed*

C · PASSIVS QVA*est*
M · PETRONIVS QV*inq*
Q · ARRASIDIVS *aed*
T · APONIVS QV*aest*

— Cecconi, *St. di Palestrina* p. 27. Columna prior maioribus litteris scripta exhibetur; dubito tamen, num re vera monumentum ita exaratum fuerit, quum nomina columnae alterius cum alterius nominibus coniungenda esse facile appareat.

1) SAMIARIVS, Petrini, Memorie III, 5. 2) ROTANIVS (?), l. l. 3) MESSIENVS, id. 4) Q . FLAVIVS, id. 5) CALEIVS, id. 6) QVA*est*, id.

7165.

· · · · · · · SIVI ET O
· · · · · O · HVNC · VIVI*ri et*
HONORE FVNCTI ROGARVNT VT EO
HONORE FVNGERETVR
C · IVLIVS DIVI AVGVSTI L · SOSTHENES
M · IVNIVS FELIX
M · ETRILIVS · EROS
L · FADIVS · HETARIO
K · AVG · HONOR · P · D · LVDOS · IN · FORO
PER IIII FECERVNT
a. 23. C · ASINIO · C · ANTIST · COS
L · MANLIO L PLAVTIO II·VIR
Q · CALVIVS AQVILA
L · TREBVLANVS PAMPHILIO
M · ETRILIVS · ONOMASTVS
Q · VRSIVS · SECVNDIO
T · TREBVLANVS · FELIX · PRAEC
K · AVG · HONOREM · EDEDERVNT · LVD
PER · IIII · FECERVNT · IIII · PRIMI
NATALE IVLIAE AVGVST IN PV*blic*
CENAM DECVRION ET AVGV*stalibus*
DEDERVNT EORVM SEVIRI[1] *munus*
FAMILIA GLADIAT *ediderunt*
a. 108. APPIO ANNIO GALLO M ATIL*io*

ANTONIVS
M · TREBVLAN
K · AVG · HONOR
a. 30. L · CASSIO LONG
M · VRSEIO · RVFO
SABINO
C · IVLIVS
C · GEMIN
SEX · RVBR
TI · PLAVTIVS
K · AVG
M · IVN

— Fragmentum fastorum collegii, ni fallor, magistrorum Augustalium nescio cuius coloniae; cf *Ztschr. f. A. W.* 1848, p. 195 sq. — Ed. E. Q. Visconti, *Opere varie* I, p. 79. Parvulum eius fragmentum asservatur in Mus. Vat., in quod ex Museo Ienkins illatum est.

1) Seviros Augustalium magistros esse, ex his quoque verbis apparet; aliter enim illud *seviri eorum* intelligi nequit.

7166. EXEMPL · DECR · Q · F ‖ Q · IVNIO · SILANO · ET ‖ L · SEPTIMIO · VALERIANO · COS[1] ‖ POSTVLANTE · CLAVDIO · MARONE ‖ VTI · LOCVS · AD · STATVAM · PONENDAM ‖ OPTIMAE · MEMORIAE · VIRO · QVOND ‖ FILIO . AELI · AVG · LIB · ANATELLON · ‖ AMANTISSIMO · REIPVBLICAE · NOSTRAE ‖ PLACVIT · ET · IN · HONOREM · ANATELLONTIS[2] ‖

SEMPER · ET · VBIQVE · DE · REP · OPT · MER · ‖ ET · IN · GRATIAM · CLAVDI · MARONIS ‖ LOCVM · AD · STATVAM · PONENDAM ‖ AD · ELECTIONEM · IPSIVS · ARBITR · DARE — Praeneste. Grut. 389, 8; ex apographis Fr. Iucundi, Ligorii, Manutii corr. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1849, p. 64.

1) Fortasse Valerianus ille est, qui cum P. Cornelio Anulino exercitui Severiano in bello contra Pescenuium gerendo praefuit (Dio 74, 7); cf. Borghesi, l. l.

7167. C · CAELIO C · FIL ‖ PAL VERO ‖ QVAEST · ALIMENT ‖ C · IVLIO · SEVERO · 1) M · IVNIO · RVFINO · SABINIaNO · COS 2) ‖ III · NONAS · DECEMBRES · ABELLAE · IN BASILICa · SCRI‖BVNDO ATFVERE · M · MVNATIVS · M · FIL · GAL · PRIS‖CIANVS · T 3) EGNATIVS · T · F · PA*l* RV*fus* · · HERENNIVS 4) T F GAL CLEMENS N PETTIVS N F GaL VNP · · 5) ‖ A FVFICIVS A F GAL PRISCVS QV*od* VNIVERSIS ‖ ORDINIS · VIRIS · 6) POSTVLANTI*bus* · · Q · · · · · · · · · · YI ‖ PRO E*x*SIMII · 7) IVVENIS · ET · MI · · · · · · · · · · ‖ ACERVISSIMaM MORTEM II · · *funere publ*ICO ‖ PROSEQVENDaM · ESSE Q · D · E · *r* · *f* · *p* · *d* · E · R · I · C ‖ D D — in latere altero pauca litterarum vestigia supersunt, alterum in muro latet. Abellae, nunc Neapoli ad portam monasterii Crucis S. Lucae. Primos versus edd. Grut. 394, 2; Mur. 352, 2 cet.; integrum titulum ex apographo Mommsenii edidi Ann. Inst. Arch. 1849, p. 235; deinde Mommsenius, I. N. 1951. Nuper denuo eum publicavit Gervasius, *intorno all' iscrizione onoraria di C. Celio Vero* cet. *Napoli* 1852, 4.

1) Gervasius inseruit ET. 2) A. 155. 3) L, et L . F Gerv., qui eo tempore, quo ipse titulum exscripsit, litteras nonnullas melius conservatas fuisse asserit. 4) T . . . INNIVS, id. 5) Tribum et cognomen non vidit G. 6) VIRIZ „sic", G. 7) In fine versus 10. nihil G. vidit, ab initio vero versus 11. legit PROBISSIMI.

7168. Decretum Tergestinum n. 4040, male ab Orellio ex exemplo Gruteriano editum, tot locis corrigendum erat, ut totum denuo proponere et lecturis et scribenti magis videretur commodum esse. In textu autem constituendo Kandleri exemplo usus sum a C. T. Zumptio vulgato (*decretum municipale Tergestinum*, Berolini 1837, 4), quod ex ipso lapide Mommsenius aliquot locis emendavit. Qui enim post Zumptium nuper monumento celeberrimo operam navavit, Ioannes Labus (*antiche lapidi tergestine* in *Denkschriften der kais. Akad. d. W., phil. hist. Cl. vol.* I, *Wien* 1850, 4, p. 346. 347) num totum ipse documentum oculis perlustraverit, mihi certe dubium est; haud pauca enim ille recepit, quae in ipso lapide minime legi Kandleri certe et Carlii (*Antichck. Italiche*, p. II, l. II, §. 2, p. 76) consensu satis comprobatur. Neque inscriptionem honorariam in latere principali basis insculptam recte Labusius edidit, quippe qui *aedilem plebis* et *praetorem* Fabium fuisse in ea repperisse sibi visus est. Contra Mommsenius ita eam descripsit: L · FABIO · *l* · *f* · ‖ PVP · SEVeRo ‖ QVAESTOR*i* ‖ VRBANO ‖ *de*CV*r et* PLEBS ‖ T*ergesti*NOR — Exemplum autem Göttlingii (*Funfzehn Römische Urkunden* cet. *Halle* 1845, 4, p. 68 seqq.) de consilio praetermitto.

Quod . *hi*SPANIVS . *le*NTVLVS . ET
. . . *iuliu*S . NEPOS . II . V*i*R . IVR . DIC . V . F
*l . fabium s*EVERVM . CLARISSIMVM . VI
rum . *m*VLTA . IAM . PRIDEM . IN REM . P . NOS
*tra*M . BENEFICIA . CONTVLISSE . VT . QVI . A . PRI
*m*A . SVA . STATIM . AETATE . ID . EGE*r*IT . VTI . IN AD
*iuva*NDA . [1]) PATRIA . SVA . ET . DIGNITATE . ET . EL*o*QVENTIA . CRES
*ce*RET . NAM . ITA . MVLTAS . ET . MAGNIFICAS . CAVSAS . PVBLI
*c*AS . APVD . OPTIMVM . PRINCIPEM . ANTONINVM . AVG . PIVM
*a*DSERVISSE · EGISSE · VICISSE · SINE · VLLO · QVIDEM · AERARI · NOS
*t*RI · INPENDIO · VT · QVAM · VIS · ADMODVM · ADVLESCENS · SENILI
BVS · TAMEN · ET · PERFECTIS · OPERIBVS · AC · FACTIS · PATRIAM · SVAM · NOS
QVE · INSVPE*r* · SIBI · VNIVERSOS · OBSTRINXERIT · NVNC · VERO · TAM · GR
ANDI · BENEFICIO · TAM · SALVBRI · INGENIO · TA*m* · PERPETVA · VT*il*ITATE · REM
P · N · ADFECISSE · VT · OMNIA · PRAECEDENTIA · FACTA · SVA · QVAMQVAM · IM
MENSA · ET · EXIMIA · S*u*NT · FACILE · SVPERARI*t* · NAM · IN · HOC · QVOQVE · MIRA
BILEM · ESSE · C · V · VIRTVTEM · QVOD · COTIDIE · IN · BENEFACIENDO · ET · IN · PA
TRIA · SVA · TVENDA · IPSE · SE · VINCAT · ET · ID*e*O · [2]) *q*VAM · VIS · PRO MENSV
RA · BENEFICIORVM · EIVS · IMPARES · IN REFERENDA · GRATIA · SIMVS · INTE
RIM · TAMEN · PRO TEMPORE · VEL · FACVLTATE · VT · ADIVVET · SAEPE · FACTV
RVS · REM*u*NERANDAM · ESSE · C · V · BENEVOLENTIAM · NON · VT · ILLVM · PRO
NIOREM · HABEAMVS · ALIVT · ENIM · VIR · ITA · NATVS · NON · POTEST · FACERE · SED
VT · NOS · IVDICANTIBVS · GRATOS · PRAEBEAMVS · ET · DIGNOS · TALI · DECORE · TA

1) Ita Zumptius; ceteri AD*auge*NDA. [Recte; lapis ɪNDA. Mommsen.] 2) Sic Kandl. IDCIRCO ceteri. [Recte; lapis ID // ɪCO. Mommsen]. 2 *a)* L. quod insert Kandl, non est in lapide. Mommsen]. 3) Versum eminere et a litteris "V incipere notavit Mommsenius. 4) Sic Kandl, et Garlius; ceteri EXCVBVIT vel EXCVBITOR; Zumptius EIVS . EXCVBET [EIVS . EX . CVBI/ lapis; scribe EIVS . EXCVBIA.

LIQVE · PRAESIDIO · Q · F · P · D · E · R · I · C · PRIMO · CENSENTE ·2 a) CALPVRNIO · CERTO
CVM · 3) FABIVS · SEVERV*s* · *vi*R · AMPLISSIMVS · ADQVE · CLARISSIMVS · TANTA · PIETATE · TANTA
qVe · ADFECTIONE · REM · P · N · AMPLEXVS · SIT · ITAQVE · PRO MINIMIS · MA
*x*IMISQVE · COMMODIS · PIVS · EXCVBIT · 4) ADQVE · OMNEM · PRAESTANTIAM
*ad*AVXERAT · 5) VT · MANIFESTVM · SIT · ID EVM · AGERE · VT · NON · MODO · NOBIS · SED · PRO
XIMIS · QVOQVE · CIVITATIBVS · DECLARA · TVM · VELIT · ESSE · SE · NON · ALI · QVAM
*pa*TRIAE · SVAE · NATVM · ET · CIVILIA · STVDIA · QVAE · IN · EO · QVAM · VIS · ADMODVA (sic)
IVVENE · IAM · SINT · PERACTA · ADQVE · PERFE*c*TA · AC · SENATORIAM · DIG
*ni*TATEM · HAC · MAXIME · EX · CAVSA · CONCVPIVISSE · VTI · PATRIAM · SV
am · *c*VM · ORNATAM · TVM · AB OMNIB*us* · INIVRIIS · TVTAM · DEFENSAMQVE
PRAESTARET · INTERIM · APVT · IVDICES · A · CAE*sar*E · DATOS · INTERIM · APVT · IP
sum · *i*MPERATOREM · CAVSIS 5a) · PVBLICIS · PATRO*ci*NANDO · QVAS · CVM · IVSTI
TIA · DIVINI · PRINCIPIS · TVM · SV*a* · EXIMI*a* · AC · *pr*VDENTISSIMA · ORATION (sic)
S*e*M*pe*R · NO*b*IS · CVM · VICTORIA · FIRMIORES · *re*MISIT 5b) · EX · PROXIMO · VERO
VT · MANIFESTATVR · CAEL*es*TIBVS · LITTERIS · A*ntoni*
NI · AVG · PII · TAM · FELICITER · D*e*SID*e*RIVM · PV*b*LI*cum* · *a*
PVD · EVM · SIT · PROSECVTVS · IMPETRANDO · VT · *car*
NI · CATALIQVE · ATTRIBVTI · A · DIVO · AVGVSTO · REI 6) · *publi*
CAE · NOSTRAE · PRO · VT · QVI · MERVISSENT · VITA · ATQVE · CEN
SV · PER · AEDILITATIS · GRADVM · IN · CVRIAM : NOSTRAM ADMIT*te*
RENTVR · AC · PER · HOC · CIVITATEM · ROMANAM · APISCEREN
TVR · ET · AERARIVM · NOSTRVM · DITAVIT · ET · CVRIAM · COMPLEV*it*
ET · VNIVERSAM · REM · P · N · CVM · EGMINIIS · 7) AMPLIAVIT · ADM*it*
TENDO · AD · HONORVM · COMMVNIONEM · ET · VSVRPATION*em*
ROMANAE · CIVITATIS · ET · OPTIMVM · ET · LOCVPLETISSIMVM
QVEMQVE · VT · SCILICET · QVI · OLIM · ERANT · TANTVM · IN · REDIT*u*

MOMMSEN.] 5) Corrigit *ad*AVXERIT Zumptius. [Lapis visus est habere \IIIIS^cERAT; sed incerta omnia praeter *erat*. Scribendum *artis* ſERAT vel simile quid. MOMMSEN.] 5a) [Male CAVSISQ. Kandl. MOMMSEN] 5b) FIRMIORE . SV*b*MISIT (sic) lapis.] MOMMSEN.] 6) [REI in lapide deprehendi. MOMMSEN]. 7) Egregie Mommsenius coniecit FOMENTIS. [Mox legi. MOMMSEN.] Labusius Hagenbuchium secutus *muneribus*,

PECVNIARIO · NVNC · ET · IN · ILLO · IPSO · DVPLICI · QVIDEM · PER
HONORARIAE · 8) NVMERATIONEM · REPPERIANTV*r* · *et* · *u*T · SI*nt* · 9)
CVM · QVIBVS · MVNERA · DECVRIONATVS · IAM · VT · PAVCI*s* · *one*
ROSA · HONESTE · DE PL*e*NO · 10) COMPARTIAMVR · AD · CVI*us* · *rei* 11)
GRATIAM · HABENDAM · VT · IN · SAECVLA · PERM*a*NSV*ram* 11a) · *eius*
MODI · BENEFICIO · OPORTVERAT · QVIDEM · SI · FIERI · POSS*et* · *et*
SI · VERECVNDIA · CLARISSIMI · VIRI · PERMITTERET · VNIVERSOS · N*os* 12)
IRE · ET · GRATIAS · EI · IVXTA · OPTIMVM · PRINCIPEM · AGERE · SED
QVONIAM · CERTVM · EST · NOBIS · ONEROSVM · EI · FVTVRVM · T*a*
LE · NOSTRVM · OFFICIVM · ILLVT · CERTE · PROXIME · FIERI · OPO*rte*
BIT · O · 13) STATVAM · EI · AVRATAM · EQVESTREM · PRIMO · QVOQVE
TEMPORE · IN CELEBERRIMA · FORI · *n*OSTRI · PAR*te* · PONI · ET · I*n*
BASI · EIVS · HANC · NOSTRAM · C*o*NSENSIONEM · ADQVE · HOC
DECRETVM · INSCRIBI · VTI · AD POSTEROS · NOSTROS · TAM · VOL*untas* 13a)
AMPLISSIMI · VIRI · QVAM · FACTA · PER*m*ANEANT · PETIQVE · A *fa*
BIO · VERO · EGREGIO · VIRO · PATRIS (sic) · SEVERI · VTI · QVANDOQ*ui*
DEM · ET · COMMENTVM · HOC · IPSIVS · SIT · PROVIDENTIAE · QVA
REM · PVBLICAM · N · IN*f*ATIGABILI · CVRA · GVBERNAT · ET · IN · HOC
PIVS · 14) PVBLICI · BENEFICI · QVOD · TALEM · ET · NOBIS · ET · IMPERIO · CIVEM · P*ro*
CREAVIT · ADQVE · FORMAVIT · CVIVS · OPERA · STVDIOQ · ET · ORNATIO*res*
ET · TVTIORES · IN · DIES · NOS · MAGIS · MAGISQVE · SENTIAMVS · VTI · PATIATV*r* 15)
SE · IN · HANC · REM · AD FILI*u*M · 16) SVVM · LEGARI · MANDARIQVE · SIBI
VTI · GRATIAS · PVBLICE · C*l*ARISS*im*O · VIRO · MANDATV · NO*s*
TRO · AGAT · ET · GAVDIVM · VNIVERSORVM · SINGVLORVMQV*e*
AC · VOLVNTATEM · VT · MAG*i*STER · TALIVM · RERVM · IN · NOTITIA*m*
EIVS · PERFERAT CENSVERVNT

qua coniectura virum cl. ipsum lapidem non excussisse satis declaratur. 8) Sc. Summae, quam pro honore pendebant. 9) *ut et ipsi sint,* Lab., qui Apianum sequitur. Zumptius: *et simul sint.* Verborum vestigia apud Kandlerum obvia facile restituuntur, ut feci. [At spatium vestigiaque /TSI.// flagitant *e*T SIN*t*. MOMMSEN.] 10) Alii DE PL*e*No. 11) Illud *rei* suo iure addidit Z. [Imo PERM*a*NSV*ro*. MOMMSEN.]

12) Kandlerus post VNIVERSOS notat superstitem litterae alicuius lineolam; Wittius, *de Tergestino lapide epistola*, Vratisl. 1832, 4, tres litteras ibi desiderari indicat. Propterea *nos* equidem restitui. 13) *Oportebit* recte restitui, manifestum est ex Kandleri et Wittii exemplis. De reliqua autem littera O nihil ausim affirmare, quum parum placeat Zumptii sententia, notam eam esse et distinctionem, qua significetur, incipere iam summam sententiae. [Lapis TET . O. Mommsen.] 13a) [Imo VOLT*us*; T adest. Mommsen]. 14) Sic Kandlerus, Carlius, Wittius. Errorem quadratarii dicit Z. legendumque OPVS. [Lectio certa est; sed potest excidisse *sit* post HOC. Mommsen.] 15) Ita legit Mommsenius, eamque unice veram lectionem esse facile concedes. 16) Idem. Zumptius voluit *ad Severum suum*, retentis litterarum formis a Kandlero et Carlio signatis.

7412. DIS · MANIBVS ‖ M · PVBLICI · M · LIB · VNIONIS ‖ TE · ROGO · PRAETERIENS · FAC ‖ MORA · ET · PERLEGE · VERSVS · QVOS · EGO ‖ DICTAVI · ET · IVSSI · SCRIBERE · QVENDAM ‖ EST · MIHI · TERRA · LEVIS · MERITO · SED · QVIESCO ‖ MARMORE · CLAVSVS · REDDIDI · [1]) DEPOSITVM ‖ COAGLAVI · [2]) SEMPER · AMICOS · NVLLIVS · THALAMOS ‖ TVRBAVI · NEMO · QVERETVR · CONIVNX · KARA ‖ MIHI · MECVM · BENE · VIXIT · SEMPER HONESTE ‖ PRAESTITI · QVOD · POTVI · SEMPER · SINE · LITE · RECESSI ‖ VNVS · AMICVS · ERAT · TANTVM · MIHI · QVI ‖ PRAESTITIT · OMNIA · SEMPER · HONESTE ‖ T · FL · HERMES · V̄ · Q · [3]) ‖ TVNC · MEVS · ADSIDVE · SEMPER · BENE · LVXIT · [4]) AMICE · FOCVS ‖ FECIT · VNIO · SIBI · ET · GALLIAE · TYCHE ‖ OPTIMAE · CONIVGI · ET · AEMILIO ‖ ISIDORO · VERNAE · SVO · ET · POSTERISQ · ‖ SVORVM · ET · CONIVGIS · SVAE ‖ ET · ISIDORI · ET · EORVM · POSTERISQ · ET ‖ M · PVBLICIO · FELICI · ALVMNO · SVO — Frascati. Nibby, *Dintorni* III, p. 353; corr. Brunn.

1) REDDEDI, N. 2) COAMAVI? N. [Imo *coagulavi* i. e. *convocavi*. MOMMSEN.] 3) *Viator Quaestorius*. 4) VIXIT, N.

7413. TV QVI SECVRA SPATIARVS (sic) MENTE VIATOR ‖ ET NOSTRI VOLTVS DERIGIS INFERIEIS ‖ SI QVAERIS QVAE SIM CINIS EN ET TOSTA FAVILLA ‖ ANTE OBITVS TRISTEIS HELVIA PRIMA FVI ‖ CONIVGE SVM CADMO FRVCTA SCRATEIO ‖ CONCORDESQVE PARI VIXIMVS INGENIO ‖ NVNC DATA SVM DITI LONGVM MANSVRA PER AEVM ‖ DEDVCTA ET FATALI IGNE ET AQVA STYGIA — Beneventi rep., nunc Neapoli in Museo Jesuitarum. Mommsen, Bull. Inst. Arch. 1847, p. 24; *Arch. Ztg.* IV, p. 334; I. N. 1623, ubi v. cet.

7414. · D · M · ‖ GLYPTES ‖ CONIVGI · OPTIMAE · FIDELIS ‖ MARITVS · FECIT ‖ DVLCE ISTIC NOMEN C · LYPTE (sic) IACET OMNIBVS OLIM ‖ QVAS VENVS · INSPEXIT · PRAEFI-

CIENDA · BONIS ‖ ET · PROBA IVDICIO · CVNCTORVM ET · AMICA · PVDORIS ‖ NEC · SINE · LAETITIA · SERMO · FACETA LOQVI ‖ SI · DE CONSVLTA · PALMAM · LOQVERERE · FEREBAT ‖ SI · DE FORMOSA · NEMO · NEGATOR · ERAT ‖ APSTVLIT · HAEC · VNVS TOT · TANTA · Q · MVNERA · NOB*is* ‖ PERFIDVS · INFELIX · HORRIFICVSQVE DIES — Baiis, nunc Neapoli apud Temple oratorem reginae Anglorum. Mommsen, I. N. 3133.

Praetermitto capita XXI et XXII, quorum alterum criticas quasdam exhibet Hagenbuchii observationes[1]), alterum kalendaria antiqua comprehendit, quae si ita, ut fas est, emendare vellem, nova plane eorum editio paranda esset. Ceterum kalendaria Allifanum, Amiterninum, Capranicorum, Venusinum habes in Inscriptionibus Neapolitanis Mommsenii, Antiatinum ipsi correctum dedimus (n. 6445).

1) N. 4883. 84. 85. figlinas ex n. 4887 confictas esse iudicat Marinius in libro ms. Vaticano de figlinis, n. 20 falsarum. — N. 4872 vidit cl. de Rossi Veronae et falsum esse mihi affirmavit.

Ad caput XXIII, *Analecta nonnulla* continens, pauca liceat adnotare:

N. 4904 = 1219, et vol. II, p. 446.

N. 4906 = 3669, ubi nonnulla melius. — Nota enim FN nihil est nisi EN vocis *flamen*, cuius pars prior periit, et pro II.VIR . I . D recte in altero exemplo exhibetur II . ‖ IIII.VIR . I . D.

N. 4908, v. corr. ad 2483.

N. 4921, v. 3. HYPATIANO; v. 6. PVTEOLANOR; Mommsen, I. N. 6799.

N. 4926: v. 1. CRYSEROS; v. 2. CONPAR; v. ult. EOFRVM (sic); ex altera parte: D . M ‖ FLA . CRYSOROTE . ‖ COCAIVS DERISOR ‖ LIBARTIS LIBAR — id. 6871.

N. 4934: v. ult. PRAET . VRB; vidi ipse in hortis Vaticanis.

N. 4935: v. 2. PYRGENSIS; Kellerm. apud. Orell. Anall. p. 45.

N. 4940: v. 2. C . MESSIO; v. 7. pro I . AE Neigebaur, qui vidit in loco *Stenjevetz* Dalmatiae, legit IT, qua nota *iterum* videtur significatum esse. At quum tribunicia potestate prima Decius ornatus esset, consul iterum designatus erat.

N. 4941 = 3270: v. 3. V . F; v. 4. T . F; v. ult. CVRARVNT; ex schedis Antinorii Mommsen, *Bull. Inst. Arch.* 1846, p. 179, et I. N. 5351.

N. 4942: Brocchius, qui Borghesio exscripsit, legit MINVS EST MALE . . RFAT, parum recte. Supple: *malus est*, *male pereat*.

N. 4943: n. 1. mira Orellii interpretatio; ENATER quin errore scriptum sit pro FRATER, mihi certe minime dubium, probatque idem omissum nomen gentilicium, quod omitti vix poterat, nisi et ipsum erat *Domitii*.

N. 4944: corrige:

QVID TIBI . NVNC . PRODEST STRICTE VIXISSE
*to*T ANNIS HEREDVM . RATIO . NVNTIAT
. . . . TIBI PRIMA FVIT . LITIS . VICESIMA
. . . ESOLVTA DENDE . RVDES . HOMINES
. . . IE SATVRNO . MORANTES . DELATI
. . . . . IS . AMEN HOC SVB IVDICE IVSTO
. . . . . MEL SED LONGIS PROTRACTIBVS
VICTOR CVM PALMA . RELATVS . SEMANIMIS
ARTE MALORV VICI . QVIDEM . DOMINE
IACVI . MEDICI . MALE . MEMBRA . SECARVNT
CORPORI . QVOD . SVPER . EST . TVMVLVM . TIBI
FECI LIBENTER . NON . MIHI . MANDAST*i*
SED . VIVOS . SAEPE . VOLEBA*t*

Mommsen, I. N. 7143.

N. 4952 = 3569.

N. 4955: spurius.

N. 4962: v. 7. LEG . X; v. 8. COH . I; Vodnek, *Mittheil. f. Krain* 1848, p. 90: *Istria* II, p. 236.

N. 4965: not. 1. multo probabilius Or.

N. 4970: v. 1. supple M . *aurelio*; v. 7. COS . I . ., i. e. III; v. 8. COI . . . ., i. e. *cohors iv Vindelicorum*, ut Steinerus, I. Dan. et Rh. I, 628, ex monumentis eius ibidem obviis coniecit.

N. 4971 fin. V . C . R, *voluntariorum civium Romanorum*; l. l. II, n. 917.

N. 4974: v. 2. Q pro C l. l. n. 50; v. penult. explica *Piae Fidelis Dedit*, vel *Dedicavit*.

N. 4979: v. 2. SOEMVS; v. 3. COH . I . FL; v. 4. DAMASC ∞; l. l. n. 208; cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1839, p. 135.

N. 4983: v. 3. CONLABSVM; v. 4. RESTITVERVNT; v. 6. imperatoris nomen abrasum; v. 7. pro II l. HI; v. 8. ISTA; v. 9. MEDDEGNATIVS; CVR BIS (pro C . VRBIVS); v. 10. QVETVS; v. 11. VITALINIVS; MACRINIVS; v. 13. C RIXIVS (?); . . ERRIVS; v. 14. C LAMILLIVS; v. 15. BELATVLLVS; v. penult. LICINIVS . COSTAS male omissus; SERVANDIVS; Vescovalius, qui vidit, apud Borghesium, *fasti sacerdotali*, *Memorie d. Inst. Arch.* p. 219; Steiner, I. Dan. et Rh. I, n. 239. v. 9. MEDDIGNATIVS; v. 10. male OVIETVS et ARROSVS; v. 12. CONSTANTIVS; v. 14. IAMILLIVS; v. 15. BELLATVLVS. — Num *hastiferi* pro interpretatione Latina *dendrophororum* habendi sunt? an pro militia quadam municipali? [Hoc verum esse puto me demonstrasse *Ber. der sächs. Ges.* 1852, 197. Mommsen.]

N. 4984: not. 1. male Osannus litteras illas AIE certo corruptas et mutilas restituit, nam *ex auctorit*ATE legendum esse patet; cf. Grut. 197, 4. 5; 198, 4.

N. 4985 = 1024.

N. 4986: v. 2. TORI fortasse male lectum, ita ut restituere liceat: BONO *Puero posph*ORo.

N. 4994; v. 1. coniunge CLOVTIVS; v. 3. pro II l. I; SVSARRV; in fine tituli CA . . .; Lanza, *lap. Salon.* LVI.

N. 4995: fin. Kellerm. apud Or. Anall. p. 45. pro P posuit D ex schedis Lanzae; sed ipse Lanza l. l. p. 80, n. LI habet P.

N. 4996: not. 1. *Miles*.

N. 4997: v. 8. SYR; v. 9. INPENDIIS; et n. 4998: v. 3. pro IM l. M; v. 5. LEG . XVI; dedit mihi Abeken, qui vidit; cf. Lepsius, *Arch. Ztg.* 1846, p. 279.

N. 5019, v. ult. AECLANI; Mommsen, I. N. 1092.

N. 5020: repetii n. 7082.

N. 5022: v. 5. MINISTORVM (sic); v. ult. PONERET; consules anni 44 (Borghesius); Mommsen, I. N. 2225.

N. 5024: male corrigitur n. 1767, ubi vide.

N. 5027: restitue: *in h*ONOR . D . D ‖ GENIO . STA*tio*‖NIS . V*ale*RI*u*S . PROBVS . *m*‖ILES . LEG . XXII ‖ ALEXANDRI*n*‖*a*E . P . F . IMP . D . N ‖ *al*EXAND*r*O ‖ . . . . — Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1839, p. 169.

N. 5030; v. corr. n. 6770.

N. 5031: NARIÆ ‖ NOVSAN‖TIÆ ‖ T . FRONTIN ‖ HIBERNVS ‖ V . S . L . M; Bull. Inst. Arch. 1832, p. 167.

N. 5034: spurius. Ipse Murat. ex Ligorio eum dedit.

N. 5037: v. 4. *San*CTAE; v. 6. HONORIB . FVNCTI; CVRTI; v. 7. ROMAN; deinde vv. 2. omissi ab Orellio: OMNIB . HONORIB . FVNCTI VXOR GAIVI . IVSTI . SPLENDIDI . EQVIT . ROMAN; v. 10. IN . MATVRA; v. 12. FOLEVM; v. 13. HON; v. 14. PEQVN (sic). — In inscriptione laterali corrige: v. 1. NOVEMBR; v. 2. CAEP; COSSVTIVS; v. 3. CL PRISCVS CALP PRISCVS; v. 4. LOCISQ; v. 6. EGNATIVS; DVOVIRVM; v. 8. PRIMARII; v. 9. GAVII; SOCERI; B M F; v. 11. QVAEREREMIIS (sic); EI (sic) IDEO; PERTINEAT ETIAM AD; v. 12. ANNI. Mommsen, I. N. 2517, cuius lectionem confirmavit nuper Brunnius. — Not. 2. male Or. et Osannus *foleum* pro *oleo* dictum esse opinantur; est enim *folium* unguentum

11. ad n. 5423: ab initio versus 6. scribe IVS pro *eius*, quod nescio quo errore vel meo vel typothetae in textum irrepsit. — Explicatio Mommsenii non placet; vix enim dici posse puto *neptis Augusti eius beneficio*, omisso nomine mulieris.

14. N. 777 suspectus; ex Ligorio enim desumptus est.

15. ad n. 5441, not. 1, b. 2. dele *esse*.

16. ad n. 5458: nuper A. W. Zumptius (Comment. epigr. II, p. 10 seqq.) Severum ab Hadriano Aug. bello Iudaico gerendo praepositum eundem esse affirmavit cum Ti. Severo, cui notissimae inscriptiones Ancyranae (C. I. Gr. 4033. 4034) dedicatae sunt; at cf. Borghesium, qui eundem eum fuisse reputat cum *Sexto* Iulio Ievero cos. anni 880 *età di Giovenale* p. 29 et Ann. Inst. Arch. 1853, p. 216; Card. Dipl. XIV.

7. adde inscriptionem, ut videtur, Pollentinam, quam Augustae Taurinorum ipse descripsi:

7414 δ. · · · · · · NTVTI ‖ · · · · · /)ESIG ‖ *sa*CERDOTI ‖ *div*AE PLOTINAE ‖ *p*OLLENTIAE ‖ *d*IVAE · FAVSTINAE ‖ TAVRIN ‖ DIVAE · FAVSTIN*ae m*AIO*ris* ‖ CONCORDI*a*E ‖ COLL · DENDR · POLL ‖ L · D · D · D

8. ad n. 5473: quae de familia M. Aurelii olim proposuerat Borghesius, nuper ipse correxit, *Bull. Nap. N. S.* III, p. 124 seqq., Fadillam Cn. Claudio Severo consuli a. 916 et 926 nupsisse affirmans, qui gener dicitur M. Aurelii Augusti C. I. Gr. 4154. Inde probabile, Vibiam Sabinam uxorem fuisse Petronii Mamertini, Cornificiam vero Antistii Burri; l. l. p. 125.

Ad n. 5478: de *dilectatoribus* v. ad 7420 a.

9. ad n. 5484: pro *Doneir* scribe *Dmeir* Syriae.

2. ad n. 5494, not. 1: pro *Pannoniam* scribe *Moesiam*. — De hoc titulo pluribus nuper egit Renier, *Mélang. d'épigr.* p. 163 seqq., qui exemplum secutus v. cl. de la Mare v. 10. pro AVG · PII legit AVGVSTI, minus recte, ut opinor. Idem v. d. hoc documento usus est, ut Septimium Severum una cum Pannonia etiam Germaniae praefuisse confirmaret, imperatorem eum unquam in hac provincia commoratum esse negans; sed oblitus est, Severum, quum contra Albinum legiones duceret ex oriente reversas, nullo alio itinere, nisi per Germaniam superiorem, in Gallias invadere potuisse.

i. ad nn. 5514. 5515 adde titulum sequentem, quo recte Borghesium sacerdotium Elagabali illis inseruisse confirmatur:

7414 a. · · · *hon*ORI IM*p* ‖ *m*. AVRELII ANTO‖*n*INI PII FELICIS AVG ‖ *sa*CERDAIIII [1]) INVICIITI SOLIS ELAGABA‖*li p*ONT MAX TRIB · POT ‖ III (vel IIII) COS III [2]) P P ‖ *s* · P · Q · F · [3]) — Olim Ferentini. Marinius in schedis suis Vaticanis in Museo Vaticano lapidem exstare dicit, ubi frustra eum quaesivi. Ed. Amaduttius, Anecd. III, p. 462, 5. Ego apographum Marinii dedi, sed ne hic quidem titulum intellexit.

1) Erit *sacerdot . dei*. 2) a. 220 vel 221. 3) *senatus populusque Ferentinas*.

§ 27. ad n. 5521: quae de inscriptione Maximino Aug. tribuenda proposui, iam non placent; Augusti enim nomine bis obvio monumentum eo tempore positum esse constat, quo solus Septimius eo nomine utebatur. Supplendum igitur ANTONINI CAESARIS; unde inter annos 196 et 198 monumentum factum esse, litteris de praesidibus Daciae nuper ad me datis Borghesius censuit.

§ 28. adde:

7414 a α. IMP CAES M ‖ AN [1]) GORDIANO ‖ P F INVICTO AVG ‖ PONTIF · MAX ‖ TRIB POT III [2]) ‖ PATRI PATRIAE ‖ COS PROCOS ‖ COH I ∞ HEM [3]) GORDIANA ‖ SAGITT · EQ · C · R ‖ NVMINI · EIVS ‖ DEVOTISSIMA — *Duna pentéle* Pannoniae. Seidl, *Beiträge zu einer Chronik d. arch. Funde* cet. ex *Archiv f. Kunde Oesterr. Gesch.-Quellen* XIII, 1, p. 123, 2.

1) corr. ANT. 2) a. 240. 3) Cf. n. 6927.

§ 30. ad 5535 typothetae errore omissa est not. 6: *Quae* EST S*ub* CL*audio* N · · · · CIA S*ub* PR*aefecto.*

Decium, antequam imperaret, legatum fuisse Lusitaniae probavit Borghesius, *diploma di Traiano Decio* p. 22, titulo Grut. 151, 5, correcto ex schedis quibusdam apud Labusium olim asservatis et ex cod. Vat. 5242, p. 97; cf. Grut. 1019, 11 et Murat. 2010, 3. 4.

§ 36. adde titulum Cuiculitanum a Borghesio mecum communicatum:

7414 a β. IOVI OPTIMO MAXIM ‖ CETERISQVE DIS ‖ IMMORTALIBVS ‖ GRATVM REFERENS ‖ QVOD ERASIS FVNDITVS ‖ SIBVS [1]) SECVNDA PRAEDA ‖ FACTA SALVVS ET INCOLVMIS ‖ CVM OMNIB · MILITIBVS ‖ DD · NN · DIOCLETIANI · ET ‖ MAXIMIANI AVGG ‖ REGRESSVS ‖ AVREL · LITVA V · P · P · M · C [2]) ‖ VOTVM LIBENS POSVIT —

1) HOSTBVS, corr. B. 2) *Vir Perfectissimus Praeses Mauretaniae Caesariensis.* — Cf. 7414 γ et Or. 529.

§ 39. ad n. 5594: immerito Mommsenius novicia iudicavit esse exempla Mesae asservata, quae praeter Philippium etiam de Rossi et vidit et antiqua esse mihi asseveravit. — De duobus exemplis Tarricinensibus disseruit Marinius, *difesa per la serie de' prefetti di Roma del ch. P. Corsini*, Bologna 1772, 4, qui paullo post annum 510 titulum incisum esse docuit, p. 60. De nota Ē minime rara in monumentis illius aetatis cf. l. l. p. 58.

Post n. 5595 adde titulum Capuae (*S. Maria di Capua*) nuper effossum:

7414 a γ. · · · · · · · · IISCI [1]) ‖ · · · · · · PLM ‖ ANNVM VNVM S M OCIITO DEPOSITVS SVB ‖ DIE NONV KAL IVNIAIIS IMP DN IVSTINO PP ‖ AVG ANNO QVARTO ‖ ITERVM PC EIVSDEM ‖ AVG ANNO TERTIO • [2]) — Bull. Nap. N. S. IV, p. 38.

1) l. *requiescit*, Minervini. 2) cf. I. N. 3896 et 3897. — Spectat ad annum 569, Min.

CAPVT IV. DII IMMORTALES.

§ 1. ad n. 5633 a: pro *Calibitae* scribe *Calybitae*.

Post n. 5635 adde titulum Pisauri nuper effossum, quem de ectypo chartaceo a Rocchio subministrato descripsit mihique misit Borghesius, in lapide valde evanido de nonnullis litteris non satis sibi constare confessus:

7415. CVLTORES · IOVIS · LATII[1])
M. FREMEDIVS SEVERVS · ET · BLASSIA VERA PATRONI
IN DEDICATIONE DEDERVNT PANE ET VINV ET · X · S[2])
P SENEKA CORNELIVS PATRONVS · AREAM · D · D ·
M FREMEDIVS IVSTVS ET IVSTINVS SECVNDVS MVRS · D[3])

L · LVRIVS CLEMEN S	P CEIIENNIVS[4]) LEO
T COSSONIVS SEVERVS	M INSTEIVS PVDEN S
C TEDIVS SALVTARI S	AVGVSTALIS VETV L[5])
· · · · · IIIIII · · · · · ·	T SVEDIVS PROCVLV S
	C · INSTEIVS · · · · · ·
· · · · · · · · · · · · · · ·	· · · · · · · · · · · · · · ·

1) Iuppiter Latius in monumentis epigraphicis antea ignotus. 2) i. e. Ӿsemis. 3) Haec corrupta. 4) Fortasse CESSENNIVS, B.; num CERFENNIVS? 5) Insteius Pudens Augustalis Vetuloniae erat.

Post n. 5369 insere inscriptionem arae fulmine Iovis ornatae, rep. in civitate *Heddernheim:*

7416. IOVI · OLBIO[1]) ‖ SELEVCVS ‖ HERMOCRA‖TVS ·[2]) QVI · ET · DIO‖GENES · D · D — Becker, *die R. Inschriften im Gebiete der Stadt Frankfurt a. M.*, p. 12.

1) De Olba Ciliciae et templo Iovis celeberrimo cf. Strabon. XIV, p. 672. 2) i. e. Hermocrateos, B.

Post n. 5650 adde monumenta Lambaesitana, Renier, *Inscr. de l'Algérie* n. 28 et 29:

7416 α. IOVI VALENTI AESCVLAPIO ET SALVTI SILVANO ‖ IMP · CAES · M · AVRELIVS ANTONINVS AVG · PONT · MAX · ET ‖ IMP · CAESAR · L · AVRELIVS VERVS AVGVSTVS ‖ HAS AEDES PER LEG · III · AVG · FECERVNT — Inscriptio in aede Aesculapii et aediculis ad latera eius positis distributa; cf. l. l. n. 28.

7416 β. IOVI VALENTI ‖ D · FONTEIVS FRONTINIANVS ‖ L · STERTINIVS RVFINVS LEG ‖ AVGVSTOR ·[1]) PR · PR · COS · DESIG · In aede Aesculapii.

1) M. Aurelii et L. Veri.

§ 3. ad n. 5666: eundem GEMINIVM Capellianum (ita enim scribendum est) habes Grut. 19, 4, neque mihi certe dubium, quin in tabulis honestae missionis Arneth. XI et XII idem legatus Pannoniae commemoratus sit; quod si verum est, sub Antonino Pio eum vixisse et ab adversario Gordianorum omnino diversum esse apparet.

§ 4. ad Or. 1356 adde:

7416 γ. N • AVG ‖ DEO MARIITI • SEGOMIIONI DVNATI[1] CASSIIIA SATVRIININA EX VOTO ‖ V · S · • L · M · • — *Culos, dép. de l'Ain. Revue archéol.* 1852, p. 315.

1) cf. SEGOMONI CVNTINO; l. l.

§ 10. ad n. 1446: corr. v. 2. DIANAE; v. 3. EISDEM; v. 4. D · S · F · C · Furlanetto, *Iscr. Pat.* p. 18, n. 26; Cavedoni, *Museo del Catajo* p. 108, n. 1511.

Ad n. 5706: suspicionem movent et nomen legionis a me correctum et veteranus miles sevir Augustalis; Romanum saltem monumentum esse nequit, quum Romae Augustales non fuerint.

§ 12. ad n. 5716: ex exemplo meo edidit Fr. Ritschl in indice scholarum in universitate Bonnensi per menses aestivos a. 1855 habendarum, Bonnae 1855, 4, versibusque *ionicis a minore* eum constare demonstravit. Idem optime inscriptionem interpretatus est, de qua minus accurate ipse disputavi in Bull. Inst. Arch. 1854, p. XXXVI. — Not. 3. intellige: *facias me videre R. a dominis*, sc. imperatoribus, *munere et honore auctum* cet.

§ 15. ad n. 5721: cf. p. 163, n. 1 libri laudati, quem opere absoluto et typis expresso tandem accepi. Coniecit tamen magis, quam legit, Renierus ABRECVRAE, quamquam satis probabiliter.

Post n. 5724 adde hos titulos Lambaesitanos:

7416 δ. DEO INVICTO SATVRIINO SACR P ANTOIINIVS DONATVS ‖ SACERDOS VNA ‖ CVM ANTONIO DOIINATO FILIO SVO A SOLO REIISTITVIT LA — et

7416 ε. FRVGIFERO ‖ SATVRNO ‖ AVG · SAC ‖ TI · TELTONIVS ‖ MARCELLVS ‖ PRAEFEC ‖ | LEG III | AG · P · V ‖ V · S · L · M — Renier, *Inscr. de l'Algérie* 167. 168.

§ 21. post n. 5749 adde:

7416 ζ. SILVANO PEGASIANO ‖ D · FONTEIVS FRONTINANVS ‖ L · STERTINIVS RVFINVS LEG ‖ AVGVSTOR · PR · PR · COS · DES — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 30.

Silvanum Sinquatem v. n. 7416 a.

§ 23. ad Or. 1632: De Severo et Pompeiano II cos disputavit nuper Borghesius *Bull. Nap. N. S.* III, p. 121 seqq. ad hanc inscriptionem Naronae inventam:

7416 η. TEMPLVM LIBERI ‖ PATRIS ET LIBERAE VETVS ‖ TATE DILAPSVM RESTITVIT ‖ COH · I · BLG · ADIECTIS PORIITICIBVS CVRAM AGENTE ‖ FL · VICTORE 7 LEG · · · AD · P · · ·[1] ‖ SEVERO ET POMPEIANO ‖ II · COS[2] —

1) l. *legionis adiutricis piae fidelis.* 2) Generi sunt M. Aurelii Aug., Cn. Claudius Severus primum fascibus ornatus anno 163, et Ti. Claudius Pompeianus legatus consularis Pannoniae inferioris anno 167, mariti hic Lucillae, ille Fadillae (cf. ad 5473 corr.), qui iterum consules processerunt anno 173. De singulis cf. l. l.

§ 24. ad Or. 1658: v. 5. l. BARNAI; v. 7. PLOTI · ANTEROTIS; ubique littera T super ceteras litteras eminet; vidit de Rossi in villa Carpinea ad viam Aureliam.

§ 25. adde inscriptionem hanc Lambaesitanam, Renier, *Inscr. de l'Algérie* 103.

7416 ϑ. GENIO CASTRORVM ‖ LEG · III · AVG · PRO ‖ SALVTE ET INCOLVMITATE · DD · NN ‖ IMPP ////////////////////// ‖ ///////////////////////////[1]) ‖ M AVREL DECIMVS ‖ V P P P · N · [2]) EX · PRIN‖CIPE PEREGRINO‖RVM VOTVM ‖ SOLVIT DEVO‖TVS *numini maies*‖TATIQVE EIVS [3])

1) Nomina erasa Diocletiani et Maximiani sunt; cf. 6922. 2) *Vir Perfectissimus Praeses Provinciae Numidiae.* 3) Verba minoribus litteris indicata ad erasam quandam inscriptionem priorem pertinent, R.

§ 27. ad n. 5802: scr. *ΔΕΣΠΟΙΝΗ.*

§ 35. ad n. 5862: inscr. Graecae v. 3. *ΣΕΞΤΟΣ;* inscr. Lat. v. 3. recte MENIS; cf. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 129 seqq., qui *menis magistrum* deum pro *menotyranno* dictum esse non sine probabilitate suspicatus est, de inscriptione autem Vario Marcello tribuenda et omnino ad Severum referenda ingeniosius quam verius disputavit.

§ 36. post n. 5902 insere sequentes inscriptiones Lambaesitanas:

7416 ι. DIS MAVRIS ‖ AVG SACR ‖ L · FLAVIVS ‖ M · FIL · QVR ‖ GEMINVS ‖ KALAMA ML ‖ |LEG III| AVG ‖ V · S · L · A — Renier, *Inscr. de l'Algérie* 149.

7416 κ. MEDAV‖RO AVG ‖ *Sacru*M — l. l. 153.

7416 λ. MOENIA · QVI · RISINNI · [1]) AEACIA · QVI · COLIS · ARCEM ‖ DELMATIAE · NOSTRI · PVBLICE · LAR · POPVLI · ‖ SANE MEDAVRE DOMI ESANCE [2]) HC NAM TEMPLA QVOQ ISTA ‖ VISE · PRECOR · PARVA · MAGNVS · IN · EFFIGIA · ‖ SVCCVSSVS · LAEVA · SONIPES · [3]) CVI · SVRGIT · IN · AVRAS ‖ ALTERA · DVM · LETVM · LIBRAT · AB · AVRE · MANVS ‖ TALEM · TE · CONSVL · IAM · DESIGNATVS · IN · ISTA ‖ SEDE · LOCAT · VENERANS · ILLE · TVVS /////////////// [4]) ‖ NOTVS · GRADIVO · BELLI VETVS · AC · TIBI · CAESAR ‖ MARCE · IN · PRIMORI · PARVS · VBIQVE · ACIE

ADEPTO · CONSVLATV ////////////////////////////[4]) ‖ TIBI · RESPIRANTEM · FACIEM · PATRII · NVMINIS ‖ HASTAM · EMINVS · QVAE · IACVLAT · REFRENO · EX . EQVO ‖ TVVS · MEDAVRE · DEDICAT · MEDAVRIVS · — l. l. 36.

1) Est *Rhizinium* Delmatiae; cf. Forbiger III, p. 842. — Idem (II, p. 859) *Medauram* civitatem fuisse Numidiae, quae vulgo *Admedera*, *Ammedera* vocatur, ex inscr. Grut. 600, 10 apparere male credit; *Medaurianus* enim agnomen est *Numidae* Augusti servo ideo inditum, quia antea Medaurio cuiusdam servus fuerat, ipsius, ni fallor, legati hac inscriptione clari. 2) l. DOMI ESSANCTE. 3) = equus. 4) Nomen dedicantis, legati, ut videtur, legionis III Aug., abrasum. — Habemus igitur deum sive heroem quendam patrium Delmatiae.

7416 μ. MOTMANO ‖ ET ‖ MERCVRIO ‖ SACRVM ‖ Q MANLIVS ‖ VICTOR ‖ 7 LEG III AVG ‖ V · S · L · A — l. l. 160.

§ 36. post n. 5911:

7416 a. DEO SILVANO SINQV[1] ‖ PATERNIVS PRO SAǁLVTE EMERITI FILI ‖ SVI · IOS[2] L M — In basi aerea parvulae statuae rep. anno 1851 in loco, cui nomen est *le Château*, *prope Géromont* in finibus Francogalliae et Belgicae. Jeantin, *les chroniques de l'Ardenne et des Woëpures*, t. I, Paris et Nancy, p. 567.

1) l. SINQV*ati*; v. n. sequentem. 2) l. POS.

7417. DEO SINQVAT ‖ L · HONORATǁIVS ANVS ‖ V · S · L · M — Lamina aerea affixa basi parvulae statuae, rep. a. 1846 in eodem loco, quo n. 7416 a. Op. cit. l. l.

CAPVT V. RES SACRAE.

§ 2. ad n. 5973, not. 2 fin. nota inscr. Grut. 331, 5 e schedis Knibbii, apud Murat. 1250, 4 e Ligorio datam esse.

7417 α. D M S ‖ AVILLIVS ‖ CELSVS SACERǁDOS SATVRNI ‖ VIXIT AN LXXX ‖ AVILLIA SATVRǁNINA FILIA ‖ P · M · F — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Algérie* 380.

§ 3. 7417 β. D M S ‖ SALLVSTIA VICǁTORIA SACERDA (sic) ‖ MAGNA V A XCV ‖ MENSIB VII IVǁLIVS FAVSTINVS ‖ ET IVLIA DONATA ‖ MATRI BENE MERENTI — Lambaese. Op. cit. 744.

§ 5. ad Or. 2202: l. 5 pro p. 202 scr. p. 220.

Adde n. 7417 γ. M · LVCRIITIO · FLAM · MARTIS DIICVRIONI POMPIII — Pompeiis, in epistola picta in pariete domus cuiusdam. Bull. Nap. N. S. IV, p. 55.

§ 8. ad Or. 2242: idem Sullinus commemoratur anno 186 in albo Saliorum Palatinorum.

Post n. 6008 insere inscriptionem, quam nescio quo casu ineditam descripsi nuper haud exiguo cum labore in Museo Vaticano:

7418. D · M · IN · HOC · TVMVLO · IACET · CORPVS ‖ EXANIMIS (sic) · CVIVS · SPIRITVS · INTER DEǁOS · RECEPTVS · EST · SIC · ENIM MERVIT ‖ M VLPIVS MAXIMVS EQVES ROMANVS QVI ET ‖ LVPERCVS CVCVRRIT[1] VIVS[2] LOCI REFRIGEǁRAT[3] CVIVS FAMA IN ETERNA (sic) NOTA EST ‖ QVI VIX ANN · XL · MENSIB · III · DIES · XXVIIII · ‖ · · · · · · IESIS · CONIVGI · INCONPARABILI ‖ · · · · · · · · TISSIMO MARITO MEO QVI · VI ‖ XIT MECVM PLVS · MINVS ANNOS · XVIII · IN QVO ‖ NVLLA QVERELLA ABVIT CVM BIXIT BIXIT (sic omnia) ‖ VBI DEFVNCTVS ES (sic) MALE BIXI ‖ · P · —

1) Nota verbum currendi huius sacerdotii proprium. 2) i. e. *huius*. 3) Incertum, utrum T, an S in marmore fuerit.

Post § 9. adde § 10: *fratres Arvales.*

7419. . . . . . T SEXTIVS · AFRICANVS · AEL*ius* · *lamia* · *m* · *valerius*[1])
*m*ESSALLA
IIII · K · IVLIAS · INCAP*itolio* · *l* · *vitellius* · *magister*[2])
*co*NLEGI · FRATRVM · ARVALIVM · N*omine* · *vota* · *nuncupavit* · *pro valetudine*[3])
*ne*RONIS · CLAVDI · DRVSI · GERMA*n* · *caes* · *praeunte* . . . . . *in e* · *v* · *q* · *i* · *s* · *s*[4])
*iu*PPITER · OPTIME · MAXIME · TE · PR*ecamur* · *atque* · *obsecramus* · *uti*
*t*V · NERONEM · CLAVDIVM · SVBO*lem* · *agrippinae* · *aug* · *imp. claudii* · *germ* ·
*d*IVINI · PRINCIPIS · PARENTISQVE · *publici* · *filium* · *princ* · *iuvent* · *salvom* · *incolu*[5])
*m*ENQVE · CONSERVES · ET · INRELIQ*uom* · *malae* · *valetudinis* · *primo* (sic)
QVOQVE · TEMPORE · PRAESTES · EX*pertem* · *quae* · *si* · *ita* · *sunt* · *eruntve* · *astu* · *ea* · *ita*
*f*ACXSIS · TVM · NOS · TIBI · BOɅE · AVR*ato* · *vovemus* · *esse* · *futurum*[6])
*iu*PPITER · OPTIME · MAXIME · QVAE · I*n verba* · *tibi* · *b* · *a* · *vovimus* · *esse* · *futurum*
QVOD · HODIE VOɅIMVS · ASTV · EA · IT*a* · *facxsis* · *tum* · *nos* · *in eadem* · *verba*
QVOD CONLEGIVM · FRATRVM · AR*valium* · *hodie* · *vovit* · *b* · *a* ·
*ti*RI · ɅOɅEMVS · ESSE · FVRVM (sic)
*iu*NO REGINA · QVAE IN VERBA · IOɅ*i* · *optimo* · *maximo* · *b* · *a* · *vovimus* · *esse*
*f*VTVRVM · QVOD · HODIE · ɅOɅIMV*s* · *astu* · *ea* · *ita* · *facxsis* · *tum* · *nos* · *tibi* · *in e* · *v*
*c*ONLEGI · FRATRVM · ARɅALIVM · NO*mine* · *bove* · *aurata* · *vovemus* · *esse* · *futurum*
*mi*NERVA · QVAE IN VERBA · IVNON*i* · *reginae* · *b* · *a* · *vovimus* · *esse* · *futurum* · *quod*
*h*ODIE · VOVIMVS · ASTV · EA · ITA · FAC*xsis* · *tum* · *nos* · *tibi* · *in eadem* · *verba* · *conlegi*
*frat*RVM · ARɅALIVM · NOMINE · BOɅ*e* · *aurata* · *vovemus* · *esse* · *futurum*
*sa*LVS · PVBLICA POPVLI · ROMANI · Q*uiritium* · *te* · *obsecramus* · *preca*[7])
*m*VRQVE · VTI · TV · NERONEM · CLAV*dium* · *subolem* · *agrippinae* · *aug* · *imp* · *claudii*
*g*ERMANICI · DIVINI · PRINCIPIS · *parentisque* · *publici* · *filium* · *princ* · *iuvent*
*s*ALVOM · INCOLVMEMQVE · CON*serves* · *et* · *in reliquom* · *malae*
*v*ALETVDINIS · PRIMO · QVOQVE · *tempore* · *praestes* · *expertem* · *quae* · *si* · *ita* · *sunt*
*e*RVNTVE · ASTV · EA · ITA · FACXSIS · TVM · *nos* · *tibi* · *b(ove)* · *a(urata)* · *vovemus* · *esse* · *futurum*
IN CONLEGIO · ADFV*erunt*
. . . . AIICI. . . . . ʃSSILA[8]) . . . .

— **Fragmentum actorum collegii fratrum Arvalium Romae erutum, nunc in Museo Capitolino. Melchiorri,** ***appendice agli atti de' fratelli Arvali di G. Marini, Roma*** **1855, 4 (opus postumum). Ipse vidi et paucis locis correxi.**

1) cf. Mar. Arv. XIV, XV, XVI, XVIIa, XVIIb, et p. 105 de Sextio Africano (Tac. Ann. XIV, 46). Aelium post hunc commemoratum Melchiorrius ex sententia Borghesii Aelium quendam Lamiam esse censet, p. 5. 2) Dies *iiii kal. iulias* quum in ceteris actis fratrum Arvalium nunquam commemoretur, extra ordinem collegium

convenisse ac vota singulari quadam oblata occasione nuncupasse apparet; quapropter editor ad vota pro *adoptione* Neronis Caesaris nuncupata tabulam pertinere suspicatus est. At melius verba cum sententia Mommsenii conspirant, qui vota pro *valetudine* Neronis nuncupata esse censuit. — Messallam ab initio versus eiusdem obvium M. Valerium M. consulem anni 58, magistrum vero collegii in fine desideratum L. Vitellium esse putat, quem tabula Mariniana XI eo magisterio functum esse sub Claudio imperatore docemur. 3) Ita Mommsenius, cui supplementa quoque debentur versuum 9. 10 et 25. 26. 4) Supplementa Melchiorrii, quamquam ceterorum versuum modum paullulum excedunt, vera tamen videntur esse; quae verbis per compendia notatis breviora reddere conatus sum. 5) Nota titulum *divini principis* hoc documento primum obvium: *parentis publici* nomen habes Mar. Arv. XIII. XXVIII et p. 90. — Titulum *principis iuventutis* ipse addidi vv. 8 et 24. — 6) Melchiorrius voce *aurato* versum terminat, eam cum *esse furum* v. 15 fortasse ratus coniungendam esse, versumque 12 voce *In verba* explet; sed parum bene sermonem tum procedere patet. Quamobrem ipsum votum equidem credidi repetitum versusque sequentes ea ratione supplendos esse, qua feci. In his nota errore quadratarii scriptum *tiri*, *furum* pro *tibi*, *futurum*. 7) Melch. supplevit: *Quae . in . verba . Minervae . vovimus . b . a . esse . futurum . te . obsecramus . precamurque*, et in v. 27: *tum . nos . tibi . in eadem . verba . conleg . fr . arv . nomine . b . a . vovemus . esse . futurum*; quibus verbis versus ceteris multo longiores fieri nemo est qui non videat. Praeterea ipsa verba, in quae vovetur, quum denuo proferantur (*uti — eruntve*), formulae de Iunone et Minerva usitatae in Salute publica locus esse nequit. Immo redeundum esse videtur ad ea verba, quibus votum continetur Iovi nuncupatum, nisi quod pro *bove aurato* ponendum erit *bove aurata*. — Q litteram *Quiritium* nominis vestigium esse credidi, licet in ceteris monumentis fratrum Arvalium *Salus publica populi Romani* simpliciter appellata sit. 8) Male Melchiorrius legit AEL et ..LA, *Aelii* et *Messallae* nomina hic exstare ratus. Mihi de prioribus litterarum fragmentis non plane constat num littera quarta re vera fuerit C, neque igitur decidere ausim de nomine iis indicato. Pro *Messalla* contra legendum est *iuni*VS SILA*nus*; cf. Marin. VIII. IX. — Nota litteram Claudianam Ⅎ raro admodum in tabula nostra positam.

Ad n. 7419 α. 1) Commodus quintum consul processit anno 186, sextum anno 190, unde recte R. aetatem fragmenti his annis circumscribi declaravit. 2) Omisi *et* particulam ab Rossio ante DIVI admissam. — PRQ est P*opuli* R*omani* Q*uiritium*. 3) Hoc versu praenomen *Gaio* fuisse docemur Arrio Antonino n. 6485. — M. Antonium Iuvenem habemus Mar. Arv. XXXII. XXXIII. 4) De L. Novio Rufo cf. Borghesium I. l. p. LIII, qui anno 193 eum legatum Pertinacis fuisse Hispaniae Tarraconensis inscriptione Grut. 209, 1 probat; anno 197 ut amicus Albini a Severo interfectus est (Spart. Sev. 13). Hinc Borghesius Rufum ducem fuisse suspicatur factionis Albinianae in Hispania, quam a Candido devictam esse scimus; cf. ad Or. 798. De consulatu eius nihil constat nisi quod de ipso fragmento proposuimus. 5) Errore quadratarii *segmetatis* pro *segmentatis*. 6) Pertinax iunior filius eius, qui postmodum imperavit, tum praefecti urbi. — Flavium Sulpicianum pro eodem cum Fl. Claudio Sulpiciano socero Pertinacis Rossius habet.

7419 α.

I · · 181 · · · · · · ·

· · · · *iovi* · *o* · *m* · *bovem* · *marem* · IVNONI RE*ginae bovem feminam*
saluti · *bovem* · *feminam* · *i*SDEM COS · · · *idus* · *ianuarias*
in pronao · *aedis* · *concordiae* · *fratres* · *arv*AL · SACRIFIC · DEAE DIAE IN*dixerunt*
ibique . *T. Fl. Sulpicianus* · *promagister* · *velato* CAPITE CONTRA ORIENTEM S*ub divo* · *columine*
quod · *bonum* · *faustum* · *felix* · *fort*VNAT · SALVTAREQ · SIT IMP CAES M · A*urelio* · *commodo*
antonino · *aug* · *pio* · *sarm* · *germ* · *max* · *p*·*m*·PP COS V · OPTIMO MAXIMOQ · PRINC*ipi* · *divi* · *marci* [1])
antonini · *filio* · *divi* · *ant*ON · PII NEPOTI · DIVI HADRIANI · PRO*nepoti* · *divi*
traiani · *parthici* · *abnepo*T DIVI NERVAE ADNEPOTI SENATVI · P R Q *fratribusque* [2])
arvalibus · *sacrificium* · DEAE DIAE HOC ANNO ERIT . ANTE DIEM VI K · IV*nias* · *romae*
ante · *diem* · *IIII* · *kal* · *iunias* · *i*N LVCO ET DOMI · III · K · IVN · CONSVMM · DOMI · AD*fuerunt*
in collegio · *t* · *flavius* · *sulpici*ANVS · PRO MAG · C · ARRIVS ANTONINVS · M · ANT*onius* · *iuvenis* [3])
· · · · · · · · · VOL NOVIO RVFO COS VI K IVN*ias* [4])
in palatio · *in divorum* · PER PROMAG · FL · SVLPICIANVM FRATR . AR*vales* · *prae*
textati · *sacrificium* · *deae* · *di*AE TVRE ET VINO FECERVNT · IBIQVE D*iscumbentes*
toralibus · *segm*ETATIS MINISTRANTIB · PVERIS PATR*imis* · *et* · *ma* [5])
trimis · *senatorum* · *filii*S ACILIO AVIOLA ET · ACILIO SEVERO E*t m* · *ulpio* · *boetho* (?)
et · *helvio* · *pertin*ACE IVN · CVM PVBLIC · AD ARAM RE*tulerunt* [6])
adfuerunt · *in* · *collegio* · *t* · *fl. sulpicianus* · *promag* · *m* · *antonius* · *iuvenis* · · ·

— **Fragmentum actorum fratrum Arvalium rep. Romae in Aventino ad D. Sabinae. Bull. Inst. Arch. 1855, p. LII. Supplementa sunt Ioannis Baptistae de Rossi; cf. imprimis Marin. Arv. tabb. XXXII et XXXIII.**

§ 20. post n. 6061:

7419 β. C · POMPONIVS · ZOTICVS · COLLEGIO ‖ APOLLINARIO D · D — Cumis in vase aereo Bull. Nap. N. S. IV, p. 51.

§ 24. ad n. 6110: habes nunc delineatum et aeri incisum in Annalibus Instituti Arch. 1854, p. 83.

Ad n. 6115: Mommsenii explicatio non placet; neque enim accusativus vocis *Danaës Danaënen* esse potest, nec sensus verborum convenit. Mihi *Danaë* vocativus est, *habes* autem male pro *habeas* scriptum, ita ut *Danaae* hostia a Sotericho offeratur, qua manes eius placentur, ne uxorem Eutychiam rapiant.

§ 25. ad n. 6123: v. ult. corr. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 252: QVI DI‖ES POST BIS VI K FVIT, anni bissexti mentionem in hac inscriptione exstare demonstrans.

CAPVT VI. LVDI. RES SCENICA CET.

Post n. 6153 adde:

7419 γ. .... ‖ DIVISIONES RELIQ .... CONSENTIENTE PLEBE ‖ IN MVNVS GLADIATORIVM ET SAEPTA LIGNEA ‖ INPENDERE ITA VT DEDICATIONE STATVAE ‖ IMP ANTONINI AVG PII PP EDITIO INCHOETVR ‖ ET EODEM DIE OMNIBVS ANNIS CELEBRETVR ‖ DVM EA QVAE LEGIBVS PLEBISVE SCITIS ‖ SENATVSQVE CONSVLTIS CAVTA COMPRE‖HENSAQVE SVNT SERVENTVR — Rep. in loco, cui nomen est *Calorretta*, prope *Saluzzo*, nunc Augustae Taurinorum. Muletti, *Saluzzo* p. 28; Durandi, *città di Pedona* p. 106; Vernazza, *lapide romana spiegata*, cet. Ipse descripsi; neque tamen de litteris mutilis in medio v. 1 plane mihi constat.

7419 a. DIVO PERTINACI ‖ AVG · PATRI[1] ‖ L · SCANTIVS · L · FIL · QVIR ‖ IVLIANVS · EQ · PVB ‖ EXORNATVS STATVAM ‖ QVAM PROMISIT ‖ EX REDITIBVS LO‖CORVM AMPITHE‖ATRI (sic) DIEI MVNERIS ‖ QVEM DE LIBERA‖LITATE SVA OB HO‖NOREM IIIVIRA‖TVS EDIDIT DEDIT — Constantinae. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 182.

1) sc. Severi Augusti.

7419 b. CVRANTE FVLVIO ‖ AEMILIANO C V[1] ‖ LOCA QVAE IVLIVS IANV‖ARIVS[2] REIP DONAVERAT ‖ CENTONARI SVO IMPEN‖DIO RESTITVERVNT — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* p. 466, et ex eo Renier, *Mél. d'épigr.* p. 10.

1) Idem cum n. 3134, diversus autem a n. 6486; cf. *Addenda* ad hunc titulum.
2) Cf. Maff. M. V. 312, 1 = Boissieu l. l.: LOCA N D IN CIRC ‖ SEX . IVL . IANVARIVS ‖ AEDIL DAT.

Post n. 6160 insere:

7419 b α. HYPOLITVS ‖ SEPTIMII ‖ SP · K · IAN ‖ M · LOLLIO · COS[1] — Romae. Descr. ipse.

1) Spectat ad a. 733 = 21 a. Chr.; cf. Dion. 54, 6.

Ad nn. 6162. 6163: consules fuerunt Sentius Saturninus anno 735 = 19, imp. Caesar Aug. X et C. Norbanus a. 730 = 24. — N. 6163 spurium indicat Mommsenius auctoritate Marinii, neque tamen, ubi

hanc tesseram condemnet, invenire mihi contigit, nec rationes perspicere, quibus adductus falsam eam reputare possim. Num Mommsenius fallitur, tesseram una cum nostra editam (I. N. 6304), quam re vera condemnavit Marinius Arv. 26, cum hac confundens? — Nota tamen SPECT pro SP scriptum.

Post n. 6173 adde:

7419 c. D · M ‖ PAERAEGRI (sic) ‖NO MVRMIL‖LONI PRISCA‖ COIVX PRIMO ‖ PALO[1]) BENE ‖ *merenti* — Rep. prope Puteolos, neque tamen certum, num Puteolis an Cumis tribuendus; exstat Neapoli apud Baronem antiquarium. Bull. Nap. N. S. III, p. 95.

1) Cf. Or. 2572. Nomen *primi pali* a *palo* deducendum esse, quo gladiatores exercebantur, exposui in explicatione musivi in villa Borghesiana asservati, p. 37 (in Actis acad. pont. archaeol. Rom.).

Or. 2596 spurius est.

Ad Or. 2643 cf. Minervinium, Bull. Nap. N, S. IV, p. 4 seqq. et p. 49. Cf. etiam nostros nn. 7421 $\alpha - \gamma$.

CAPVT VII. MATRIMONIVM.

7419 c α. D M S ‖ IVLIA FORTV‖NATA V A XXVIII M‖X CVM SPONSO SVO · ‖ ANN XII V CORNIFIC ‖ FORTVNATVS MENS LEG ‖ III AVG SPONSAE SVAE ‖ KARISSIMAE FECIT — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 564.

7419 c β. D M ‖ CASSIAE ‖ FAVSTINAE ‖ PVPAE V A IV ‖ CASSIA RVF‖INA FIL · P · FEC — Ibd. Op. cit. 497.

7419 c γ. D M ‖ CL · BACVLO QVI ‖ VIXIT ANN V ET DI‖ES XXX TELTONIVS ‖ EROSION COLL‖ACTITIO DVLCISSI‖MO FECIT — Ibd. Op. cit. 509.

CAPVT VIII. NOMINVM RATIO.

Ad n. 6212: cognomina tunc praesertim ante nomina ponebantur, quum pluribus cognominibus aliquis utebatur.

N. 6227 est iam n. 5395, ubi v. in *Corrigendis*.

Ad n. 6239: certum exemplum praenominis *Gaiae* hoc repperi:

7419 c δ. D M S ‖ C · ANNIAE ‖ MAXIMINE ‖ VIXIT ANIS (sic) ‖ XXXIII — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 301; nam in alio monumento Lambaesitano, op. cit. 727, cognomen potius est praenominis instar ante nomen collocatum:

7419 c ε. D · M ‖ GAIAE · IVLIAE ‖ C · IVLI · CELERIS ‖ FILIAE · VIXIT ‖ ANNOS · XVI · DIES · II ‖ C · IVLIVS · FLACCVS ‖ CONIVGI PIENTISSIMAE ‖ AC DE SE BENE MEREN‖TI · ITEM · C · IVLIVS · CE‖LER · PATER · FILIAE · PI‖ENTISSIMAE FECE‖RVNT — (cf. ad n. 6231.)

Ad n. 6246: nomen *Iulii* et *Iuliae* per compendium I expressum habemus nunc etiam in titulis Lambaesitanis, op. cit. 730 et 868:

7419 c ζ. D · M · ‖ I · DEMETRIAN‖VS · MIL · LEG · III ‖ AVG · VIX · AN ‖ XXV · FRATRES ‖ B · MERENTI ‖ FECERVNT — et

7419 c η. D M S ‖ I · MAXIM‖A · V · AN · VII ‖ II · PATER · IN ‖ FECIT —

CAPVT IX. SERVI. OFFICIA DOMVS AVGVSTAE. LIBERTI.

Ad Or. 2972: titulum pro spurio habui, quia ex schedis Farnesianis Fabrettius eum sine indicatione loci desumpsit; neque tamen tacendum erat, Marinium eo velut genuino usum esse (Arv. p. 95). — Nunc *procuratorem castrensem* habes in hac inscriptione nuper Minturnis eruta:

7419 d. · · *aur*ELIO · AVG · *lib* ‖ SATVRNINO ‖ PROCVR · CAST ‖ PLEBS · AERE · CONL ‖ OB · ADSIDVAM · ET · LIBERAM ‖ MVNIFICENTIAM · EIVS — Bull. Nap. N. S. III, p. 96.

Ad n. 6256, not. 1: post *illius* in annotatione Mommsenii excidit *mammae*.

Ad n. 6288, v. ult. supple: *sex · pompeio · ser · sul*PICIO cet.; consules autem sunt anni 749; cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1848, p. 255.

Ad n. 6364: quam de litteris singularibus M · D · M · A Mommsenius proposuit sententiam, vix credo probaturum esse, qui ipsum monumentum inspexerit, quod propterea retenta versuum distributione hic denuo afferre liceat:

C · P · P · TREB*oni*ORVM · P · P · C · *f*
THVRARIE*is* · ET · LIBERTEIS
P · TREBONIVS · · · · L · NICOSTRATS (sic)
M · C · P · L · MALCHIO
D · C · L · OLOPANTVS .
M · C · P · L · MACEDO
A · C · P · L · ALEXANDER
TREBONIA · C · P · L · IRENA
TREBONIA · C · P · L · AMMIA

— Cf. praeterea nn. 6380 — 6385, et de omissione nominis n. 6594, licet non plane similem.

CAPVT X. RES PVBLICA POPVLI ROMANI.

§ 2. ad Or. 3049, l. 3: pro *obtinaret* scr. *obtineret*.

§ 5. ad n. 6428: dissertationem editam in libello *Strenna* cet. denuo imprimendam curavi in Ann. Inst. Arch. 1854, p. 5 seqq.; ibidem p. 65 seqq. illustravi n. 6429.

§ 6. ad Or. 3134: male *pro magistro Saliorum* Fulvium fuisse dixi; erat enim haud dubie *pro magistro pontificum*; cf. n. 3969 et Bull. Inst. Arch. 1842, p. 143.

Ad n. 6442: l. 17 pro *germanicus* scr. GERMANIC. — not. 3. Borghesius prava lectione deceptum se *Scaurum* et *Firmum* huic anno tribuisse nuper litteris me docuit; in imagine enim tituli a Mommsenio et Garruccio sibi missa legi:

7419 d α. AEMILIO SCAVRO
CNTREMIIILLIO CoS
VII IDVS IVLIAS
PRIMOGENIAE OVIIS NATAE IN AQVI

Eosdem autem consules exstare in fragmento actorum Arvalium Mar. II, et suffectos esse anno 774. Ipsas litteras in Ann. Inst. Arch. 1855 mox publicandas curabo. — Quod deinde in fastis Capitolinis nomina suffectorum abrasa esse dixi, id minus accurate proposui. Abrasa enim re vera pars prior versus est, neque tamen suffectorum nominibus ibi spatium sufficiebat; praeterea collatis fastis annorum praecedentium facile concesseris, minime fieri potuisse, ut hoc quidem loco suffecti signarentur. Quapropter ibi quoque nomina *Caecina Largus* incisa fuisse conieci, deleta tum, quum effigies eius consulto senatus aboleretur; Tac. Ann. XI, 35. — Not. 5. quae de praenomine Pomponii Graecini Borghesius olim litteris mihi significavit, parum recte disputata erant; nam inscriptio Fabrettiana 701, 224 ad consules pertinet anni 797 = 44 p. C.; conf. Borghesium, Bull. Inst. 1848, p. 41 et n. 6445, not. 7. Nihil igitur obstat, quin Graecinus Scribonio Kalendis Iuliis suffectus esse credatur. — Not. 6. Nihilo minus *Caelium* verum hominis nomen fuisse, nunc videtur constare titulo n. 7419 d β contra auctoritatem Dionis et fastorum Lunensium. Inscriptio Maff. M. V. 353, 1 Antoninio debetur; cf. Mommsen, I. N. 20.* — Nuper in Actis acad. pont. arch. vol. XIV. Grifi, *iscrizione antica dell' Auriga Scirto*, tab. III, fragmentum parum accurate edidit.


7419 d β. (Anni ab U. c. 766 — 778.)

CARISIANESIS . Ↄ . L
SCIRTVS . AGITATOR . FACTION . ALBAE
L · MVNATIO · ET · C · SILIO · COS · QVADR · VIC · I · SEC · I · TER · I
SEX · POMPEIO · SEX · APPVLEIO · COS · VIC · I · SEC · I · TER · II
DRVSO · CAESAR · C · NORBANO · COS · VIC · I · SEC · II · TER · V
SISENNA · STATILI · L · SCRIBONIO · COS · · VIC · II · R · I · S · V · T · V
C · CAELIO · L · POMPONIO · COS · VIC · II · R · I · S · IIX · T · VI
TI · CAESARE · III · GERMANICO · CAESAR · II · COS SEC · VII · TER · XII
M · SILANO · L · NORBANO · COS R · I · S · V · TER · V
M · VALERIO · M · AVRELIO · COS SEC · III TER · IIII
TI · CAESARE · IIII · DRVSO · CAESAR · II · COS SEC · II · TER · V
D · HATERIO · AGRIPPA · ET · SVLPICIO · COS · SEC · III TER · IV
C · ASINIO · C · ANTISTIO VETERE · COS · R · I · S · I · TER · V
SER · CORNELIO · CETHEGO · L · VISELLIO · COS · SEC · I TER · IIII
COSSO · CORNELIO · LENTVLO · M · ASINIO · COS · TER · II
SVM · SVM · QVADR · VIC · VII · REVOC · IIII · SEC · XXXIX · TER ·
LX · [1]) ET · IVSTITIALE · I · SEIVGES · II

Rep. Romae, in via Latina. Grifi, l. l. tab. II. Videre mihi non licuit. De singulis vide in Annall. modo laudatis.

1) SVM*ma* SVM*marum* QVADR*iga* VIC*it* VII. REVOC*atus* IIII. SEC*undas (tulit)* XXXIX. TER*tias (tulit)* LX. Hinc explica notas in titulo obvias. Quid IVSTITIALE sit, equidem ignoro.

7419 d γ. (Anni U. c. 771 et 772.)



Fragmentum hucusque ignotum, quod in codice Pighii Berolinensi repperi, loco non indicato. Illustravit Borghesius in Bull. Inst. Arch. 1856. Hic repetii propter praetores in eo commemoratos, quos *praetores aerarii* esse ex Or. 3128 apparet. Inde B. fastos esse collegii cuiusdam suspicatus est cum aerario coniuncti.

Ad n. 6453: fieri potest, ut interpolata inscriptio sit; quam totam spuriam esse haud facile credam, quum honorum series optime se habeat.

Ad n. 6456 a: de rebus cf. nunc Bull. Inst. Arch. 1855, p. XXIV.

§ 7. ad Or. 3186: Smetius 67, 3 et cod. Vat. 5253, p. 52 solos versus 8 priores et fragmenta quaedam versus 9. exhibent; quibus male a Boissardo partem inferiorem alius cuiusdam tituli adglutinatam esse, ipso bello Germanico anni 168 expeditioni Armeniacae anni 163 anteposito facile intelligitur. Ceterum *Laeliano* legendum est (Borghesi).

Ad n. 6472: I. B. de Rossi, *Nicomaco Flaviano* p. 61, n. 1 (Ann. Inst. Arch. 1849, p. 351) ex cod. Vat. 5253, p. 158 priores duos versus inscriptioni mutilae ab Aldo Manutio adiunctos esse affirmat; reliqua pars exstat in Museo Capitolino.

Ad n. 6476: not. PALASS mihi cognomen est Panckarii per compendium expressum.

Ad n. 6485: editus circa idem tempus, quo a Borghesio et Mommsenio, amplissimoque instructus commentario ab A. W. Zumptio, qui et ipse Arrio Antonino titulum tribuendum esse recte invenit; Comment. epigr. II, p. 3—70. — Praenomen Arrio fuisse *Gaio*, iam constat e fragmento tabulae Arvalium n. 7419 α.

Ad n. 6486: Renier, *Mél. d'épigr.* p. 40 titulum ita restituit, ut eundem hunc Fulvium esse reputet cum eo, cui Or. 3134 positus est; id quod parum recte disputatum esse eo mihi probatur, quod pontifi-

catum illi quidem post praeturam, huic iam ante quaesturam datum esse ipsa honorum serie satis elucet; nam quod R. affirmat, sacerdotium *secundum consuetudinem* Romanorum statim post consulatum ante ceteros honores positum esse, eam nego equidem eorum fuisse consuetudinem, quum inter tot exempla Saliorum in hoc certe libro obvia decem (2242. 2285. 3134. 3135. 3782. 5003. 5435. 5447. 5999. 6007.) repppererim, quibus sacerdotium eo loco recensetur, quo in serie honorum re vera positum erat. De quattuor aliis (560. 2243. 2245. 4495) nihil constat, quum vel sola sacerdotia iis commemorentur, vel unus addatur magistratus. In n. 2761 sacerdotia ab initio tituli ante omnes honores collocantur. Ita solus titulus n. 6006 cum sententia Renieri conspirat; de n. 2151 enim certum iudicium non pronuncio, quum ad praetorem pertineat. Saliorum autem exempla ideo proposui, quia eo sacerdotio iuvenes functos esse constat patrimos et matrimos, qui impetrato alio quodam sacerdotio illo se abdicare tenebantur, ita ut de Saliis tantum certi aliquid affirmare possimus.

Ad n. 6487: ab hac inscriptione edenda tunc, quum librum conscriberem, abstinendum esse credidi, quia ipsum Melchiorrium eam mox editurum esse noveram; quem quum litteris et amicis nuper morte ereptum adhuc lugeamus, nihil nunc obstat, quo minus monumentum dudum a Borghesio mecum communicatum publici iuris faciam:

7420. C · SABVCIO · C · F · QVIR · MAIORI ‖ CAECILIANO · COS ‖ SODALI · AVGVST · CLAVDIAL · PROCOS · PROV ‖ ACHA · LEG · AVG · PR · PR · PROV · BELGICAE ‖ PRAEF · AERARI · MIL · LEG · IVRID · PROV ‖ BRITANNIAE · IVRID · PER · FLAMIN · ET ‖ VMBRIAM · CVRAT · VIAE · SALAR · ET ‖ ALIMENTORVM · PRAET · CANDID · TR · PLEB ‖ . . . .

Post n. 6489 insere:

7420 *α*. L · NOVIO · CRISPINO ‖ MARTIALI · SATVRNINO ‖ COS · DESIG · LEG · AVG · PR · PR ‖ PROVINCIAE · AFRICAE · [1]) PROCOS · GALLIAE ‖ NARBONENSIS · LEG · AVG · LEG · I · ITALICAE ‖ LEG · AVG · IVRIDICO · ASTYRIAE · ET · GALLAECIAE ‖ PRAETORI · TRIB · PLEB · QVAESTORI · PRO · PRAET ‖ PROVINCIAE · MACEDONIAE · TRIB · MIL ‖ LEG · VIIII · HISP · IIII · VIRO · VIARVM ‖ CVRANDARVM · SEVIRO · EQ · ROMANORVM ‖ VETERANI |LEG · III| AVG ‖ QVI · MILITARE · COEPERVNT · GLABRIONE ‖ ET · TORQVATO · ITEM · ASIATICO · II · ET · AQVILINO · COS [2]) — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 19.

1) Numidiam rexit sub Antonino Pio trib. pot. X et XI (l. l. 17. 18), i. e. annis 147 et 148, ita ut anno 146 C. Prastinae Messallino cos. 147 successisse videatur (l. l. 10. 11). Ipse igitur anno 149 fasces gessisse credendus est. 2) i. e. annis 124 et 125.

Ad n. 6502: vv. 10. 11. correxit Renier, *Mél. d'épigr.* p. 81. *dilect. per* ‖ AFRICAM · MAVR*etanias*, recte opinor; neque enim *legato*, quem equidem admisi, nec *comiti* ibi locum esse facile constat. — Idem

l. l. p. 75. titulum affert patris fortasse Caesernii, quem propterea hic proponendum esse censui, quia *missus* dicitur *ad dilectum iuniorum* cet.

7420 a. T · CAESERNIO · · · F · PALAT · STATIO || QVINTIO · STAT*ia*NO · MEMMIO · MA||CRINO · COS · SOD*al* · AVGVSTALI · LEG · PR · PR || PROVINCIAE · AF*ri*CAE · LEG · LEG XIIII · G · M · V [1]) || MISSO · AD · DILEC*tu*M · IVNIORVM · A · DIVO || HADRIANO · IN · R*e*GIONEM · TRANSPADA||NAM · [2]) TR · PL · QVAE*st* · CANDIDATO · DIVI · HADRIANI || COMITI · EIVSDEM · I*n ori*ENTE · XV · VIRVM · (sic) STLITIB || I*udican*DIS || D · D · PAT*rono* · *iiii* COLON P · P — Constantinae. Renier, qui bis titulum exscripsit, *praeturam* omissam et pro X*virum* re vera XV*virum* scriptum esse testatur. Eius supplementa recepi.

1) *Geminae Martiae* Victricis. 2) Cf. n. 5478, et *dilectatores*, quos minus recte ex solis praefectis electos esse scripsi ad titulum modo laudatum; cf. praeter n. 6502 inscriptionem n. 6453, quae quamvis interpolata, pro spuria tamen haberi nequit.

N. 6505 = 5575.

Ad n. 6509, not. 2: Titulus Toriniensis nunc exstat in civitate *Saint-Lo*; v. Mommsen, l. l.

Post n. 6521 adde:

7420 a *α*. · · · AELO RVFO LAVALI*r*IO VE FL PP [1]) DVVMVRAL||LCIO DO [2]) RP CVRATORI || AD FISCI ADVOCATIONES || TER NVMERO PROMOTO || THEVESTINAM HADRVMETINAM THAMVC AD ANNONAM || PERP [3]) AEL VICTORNVS || FL PP IIVR E HOR PARTOR AML [4]) || IIVR CONCORDSSIMO — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 237.

